* Egressus. Quia promisit vltra quã deberet, & sciẽs: vel melius, quia obligauit se suo nomine animo donãdi, cum pupillæ nomine facere debuerit, & sic non tenetur finito officio: vt C. quan. ex fa. tut. l. 1. licèt in procuratore secus: vt §. de procu. l. procurator, qui pro euictione. Accur.

* Spopondisset. Animo donandi. similiter.

* Gerendi. Credens rõnem pupillæ suffi cere: vt §. dixi.

* Promisit. Etiam si non soluit: quia id ei abesse videtur &c. vt §. de neg. gest. l. si quis mandato. & §. manda. l. si mandato §. item.

* In P. Fl. Puellæ.

* Obligatam. Ad reddendum si iam soluit, vel ad liberandum si non soluit, & hoc siue matrimonium duret, siue solutum est.

* Habet dotem. Eo quod vir habet promissionem: ar. supra de iu. dot. l. si extraneus. Accur.

* Bonorum dicitur. Nã confert mulier dotem tanto minus accipiendo, quando soluta est vel faciendo accepto ferri. qñ promissa est tantũ: vt infra de coll. dot. l. 1. §. 1. & §. conte-

* Eo qđ.

quens. Accur.

* In P. Fl. nõ queat.

* Exacta sit. A marito, id est, quia maritus exegit à curatore vel secundum Ir. quòd hic adulta exegit dotem à marito suo.

* Non quęrat. Id est nolit, & dic duobus modis. Primò, qđ petit ista restitui, quod põt: vt §. de min. l. si ex causa. §. in dotis. Sed tunc dubitatur, an hæc restitutio prosit curatori: an non: & an ipse petat ex sua persona ẽt ea petere nolente ad imitar fideiussoris minoris do lo inducti: vt C. de fideiussi. min. l. 2. quod quidam dicunt? Sed tu dic: cum vnam personã repræsentet puella & curator proficere curatori restitutionẽ puellę: maximè quia non põt conueniri nisi curatorio nomine: & ita nomine adultæ durante cura: post nullo modo: vt §. de re iudi. l. si fe. secundo quod ẽt si nõ petat puella restitui: quod tñ posset: vt dixi, habeat tam ipsa, quam curator exceptionem in eo quod vltra modum est: si modò caueat marito: vt subijcit: & secundum hoc denunciabit curatori, ne soluat primo & secundo casu: si aũt curator conueniretur nomine suo. tũc distingue, aut sic promisit, & tenet cum effectu: vt §. aut curatorio nõe promisit: & tunc non tenet ipso iure, ẽt sine ope exceptionis. Sed opp. imo vr non exceptione: sed ipso iure imandum curatorẽ. vt §. de iure dot. l. siue generalis. Sol. ibi vltra patrimonium: hic vltra vires patrimonij, vt ibi no. Item videtur qđ nec exceptionem habeat cõstante matrimonio: vt supr. de cõd. ob cau. l. si donaturus §. 1. ne habeat mulierem in dotatã, vt ibi dicitur Sol. ibi totũ erat indebitũ quod extraneus pro muliere promiserat: & sic oino fieret indotata: hic autem solum quod est vltra modum, vel aliud in curatore, vt hic, ne officium suũ sit sibi dãnosum vt §. quem ad. test. ape. l. si quis ex: & de fur. l. si seruus. §. quod verò. Sed certe & in contrario suus error eodem modo non debet illi extraneo nocere: arg. §. de cond. inde. l. sed & si me. Vel ibi suum negotium: & suo nomine: vt ipse ex sua persona teneretur, licet

curator cũ officiũ suum egressus spontè se obligauit, non puto ei à ptore subueniri debere, non magis, quàm si creditori pupillę pecuniã se daturũ spopondisset. Sed is, de quo tractamus, si non donandi animo, sed negotij gerendi causa dotem promisit: habet mulierem obligatam? & poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri, qa habet dotem: sicut in collatione bonorum dicitur, vel certè post diuortium, siue exacta sit dos, siue maneat nomen: quia potest efficere, vt ei accepto ferat. Quòd si mulier suum curatorẽ adimplere id, quod supra vires patrimonij eius in dotem dare promisit, non quęrat: curatorem quidem in hoc quod superfluum est, per exceptionẽ releuari, mulierem verò cautionem in maritum exponere debere: quòd si quandoq; locupletior cõstante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum maritus soluat.

Qui nomina quæ sibi à prior re administrare assignantur, agnouerit, eorum periculo est adjrtchus. Bar.

LEX XLV.

VI nominibus à curatoribus prioribus susceptis, siue tutoribus nomina agnouerunt: periculũ in se transferũt.

Per receptionem vsurarum pupillus non perdit priuilegiũ. Bartolus.

Sed si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus, vsuras acceptauerit: mandato mulieris fecit. at hic gessit negotium minoris & eius nomine se obligauit, vnde cum minor iuuatur, & ipse iuuatur. Vel secundum Io. ibi credens se debere promisit spontè: hic sciens se non obligatum mulieri, credebat tamen esse tantum in bonis eius quod sufficeret ad hanc dotem, ex necessitate officij sui promisit: ideoq; ei subuenitur: vt infr. de ips quib. vt indig. l. tutorem. Vel hic vir non erat dignus maiori dote, quam facultas mulieris patitur ibi erat dignus tota dote promissa: & alias non accepisset eam in vxorem. Accur.

* In P. Fl. seruat.

* Cautionem. Sic C. de rei vxo. act. §. cum autem.

QVI nominibus. CASVS. Pupillus vel adultus approbauit nomina facta per tutores & curatores: certè ad suũ periculum erũt anno Io. Sed quid si finita tutela, fecit pupillus rationem cum tutore: & de eo in quo tutorem constituit esse debitorem accepit vsuras, sicq; videtur approbasse rõnẽ tutelæ: & postea inuenit quod tutor aliquid dolo gessit? & sic post eum conuenire de hoc. Sed si non est soluendo tutor, nũquid potest conuenire hypothecaria possessores rerum quondam pupilli? & dicitur quod sic.

* Quid sit reliquatio, quid item reliquari pulchrè Petr. Cinnitus de honesta disciplı. lib. 15. cap. 3. cruciat. n. se Acc. in huius ver bi interpretatione. Budæ. in annot. in tit. ad municipal.

* Qui nominibus. Qui scilicet tutores vel curatores vt §. de tu. & ra. distr. l. si probatũ. Et quod dicit agnouerunt, scilicet tanquam debitores: alias non, vt §. eod. l. tutor, siue. & dicuntur agnoscere, vt dicitur §. de tut. l. si filius fam. Itẽ qđ dicit periculi sub tunc imminens. nã si tunc non imminebat, sed postea cœperunt esse minus idonei debitores, non imputatur eis nisi in culpa sint, qđ nõ cito exegerint. si facere potuerũt: vt C. eo. l. debitoribus. Itẽ dic, qđ coguntur illa nota in se trãsferre ẽt si minus sint idonea, non tñ agnoscere. vt sup. eo. l. tutor siue. vel dic, qui, id est illi quorũ tutela vel cura est gesta: vt sup. eo. l. cum quæritur.

* Reliquationem. Alias reliquationem, aliàs reliquorũ rationem, & dic quod tutor dicebat, & hoc & hoc habui: & ibi expendi: vnde adultus fuit contentus, & liberauit eum oino, & etiam accepto tulit vsuras, & secundum hoc reliquatio, id est retentio: sicut & ponitur §. eo. l. Lucius. in princ. sed secundum hoc, quomodo est priuilegium salauum? Respon. petita in integrum restitutione prius: si autem in vsuras tm liberaliter, in alijs remaneret ius saluũ adulto, siue restitutione. Vel dic secundo, reliquationẽ, id est, reliquorum

tum assignationem, & repræsentationem, nam dicebat centum apud se esse in reliquis. & inde vsuras minori sæpe soluit, sic ponitur §. de pact. l. tale. §. post diuisionem. & secundum hoc minor fuit contentus dictis centum pro reliquis: & sic benè dicit saluum priuilegium. Sed tunc est contra, §. de priui. cre. l. si ventri. §. in bonis. vbi deponens perdidit priuilegiũ accipiẽdo vsuras. Sol. vt ibi. Potes ẽt dicere secundum hanc lectu. acceptauerunt, i. liberauerunt, & non erit d. l. ex contraria.

ADDITIO. Solue secundũ Bar. & aliud est in priuil. quod datur depositario: illud enim pditur per receptionem vsurarum egreditur eũ terminos depositi, & aliud in priuile. quod datur pup. vt hic. Accur.

* In P. F. desunt. authoritate curatoris.

priuilegium * suum non amittit in bonis tutoris venditis. Prętor enim priuilegiũ ei seruare debet.

Quatenus vnus ex tutoribus est liberatus facto pupilli, eatenus alter eius nomine conuenri non potest. vel aliter: Qui tenetur cedere actionem si eam cedere non potest facto suo, repellitur exceptione cedendarum actionem. Bar.

Inscribitur aliis. Quæstionum. XLVI.

SI pupillus alterum ex tutoribus post pubertatem * authoritate curatoris liberasset * improbè alterum illius nomine * conabitur interpellare. Idemq; dicemus in duobus magistratib' col-

legis, * quorum alterũ Respublica cõuenit. Sed hæc in magistratibus tractaui, quasi duo rei eiusdem debiti essent omnimodo non ita est. * Nam si vterque idoneus est, electio locum non habet. * Is autem, qui tempore liberatus est, * non ei similis est, qui nihil habet, * sed ei, qui satisfecit: * habet enim, quòd obijciat petitori.

Si adultus debitorem suũ procuratorem constituat: non videtur eum ut debitorem idoneum ex causa præambula approbare. Bar.

Idem libro ix. Responsorum. XLVII.

LVcius Titius cura-

* Dic fm Dyn. quòd ibi non liberatur facto creditoris, sed facto testatoris legantis, qui vnũ ex hæredibus potuit liberare, & alios in solidum obligare: vt l. cum ab vno. §. de leg. 2. Bar.

* Collegis. Scilicet vt vno liberato alter tantùm pro virili teneatur.

* Tractaui. Ego Paulus. Accur.

* Quod non ita est. Vt in solidũ teneaẽ magistratus indistinctè: sed si ex dolo conueniuntur, non si ex culpa: vt infra de magist. con. l. antepe. & C. de magist. conue. l. 3.

* Locum non habet. Quia vt dixi, viriliter tenentur, nisi alter sit non soluendo: tunc. n. alius tenetur in solidum. Sed si vnus sit tempore liberatꝰ, soluisse videtur: & ideo alius in virilem tantũ tenetur: vt subijcit. Accur.

* Tempore liberatus est. Scilicet 30. annis, qui currunt contra actionem tutelæ. Sed quomodo põt vnus ante aliũ liberari: contestatione litis, vel agnitione debiti non: vt C. de duo. re. l. fi. Resp. quidam quod ante fuerat finita tutela in persona vnius, quam alterius, §. morte: vel quia vsque ad diem, vel conditionẽ fuit datus in testamento: vt Insti. qui. mo. tut. fi. §. sed si vsque. & qui dar. tut. pot. §. ad certum. Sed hoc hodie non valet, quia non currit in pupillari ætate: vt C. de præscr. xxx. an. l. fi. ut. §. non sexus. Tu ergo dic hoc posse contingere: quia finita tutela vnius per mortẽ, vel diem, vel conditionem, vt dixi, minor fuit litem contestatus, & sic in xl. ann. fuit perpetua: vt C. de præscrip xxx. ann. l. fi. altero postea anno fuit finita tutela alterius, & sic eius actio durat xxx. ann. tantum: nec potest dici quod ipsius actio sit perpetua in xl. ann. cũ nec nata erat tempore litis contestatæ: vt §. de tutu. & ra. distr. l. si tutor. §. fin. & l. seq. Præterea secundum Hug. & si vno rempore finiatur in persona vtriusque tutoris fortè non nocet alteri contestatio facta contra alterum, quia non in solidũ. sed viriliter tenentur duo tutores finita tutela: si in eius fine ambo erãt solũdo: vt C. de diui. tu. l. 1. Et sic dicas ẽt idẽ esse hodie p Auth. de duob. re. vt non teneant nisi viriliter: imo certè in solidũ, si alter est absens vel minus idoneus: vt in Auth. de duob. reis. §. 1. coll. 7. quod in tutoribus a modo non est, licèt alter fiat inops: vt d. l. de diui. tut. & §. eo. l. Æmilius. Sed hoc non placet: vt ponamus quando finita tutela omnes sunt idonei, qa oportet non ponere qñ vnus in defectum alterius tenetur in solidum, nisi esset liberatio, vel præscriptio: quod non est in tutoribus: vt dictum est. Accur.

* Nihil habet. Vt ita alter teneatur in solidum.

* Satisfecit. Pro parte sua: ita vt alter teneatur in viriliem tãtùm, differunt tamen, quia soluens ipso iure præscribens exceptione liberatur: vt Instit. qui mod. toll. oblig. in princ. & §. de act. & obl. l. obligationum. ferè. §. placet. item ad hoc sup. de constitu. pec. l. item illa. §. quod adijcitur ei. Accur.

LVcius. CASVS. Curator cuiusdã adulti fundũ adulti

adulti locauit Sempronio: qui Sempronius nō soluit adulto id, quod debuit soluere ex cōductione: vnde & ad hoc tenetur dictus curator adulto: adultus postea fecit procuratorem ad negotia sua dictum conductorem: nunquid propter hoc quod fecit ipsum procuratorem, videtur approbare obligationem eius, & ab eo curatorem liberare? & respon. quòd non.

Sempronij. Sempronius pollicitus fuit dare Ciuitati Bononiæ centum, postea decessit relicto filio impubere, qui filius credēs patris hæreditatem esse damnosam, abstinuit se ab ea, vnde Respublica Bononiæ accepit bona prædicta, & intrauit in possessionē eorū: & ad ea gubernanda fecerunt magistratū reip. tres curatores: durante administratione, vnus ex his factus est non soluendo: tempore procedente dictus pupill⁹ videns q̄ hæreditas p̄dicta erat lucrosa: recepit eam Imperatore hoc iubente, vult modo prædict⁹ pupill. conuenire dictos curatores: & quia vnus nō est soluendo, vult conuenire alios ex persona eius, quæritur vtrum possit? & dicitur q̄ non, imo conuenient magistratus qui dederūt eos curatores. Tutorem. Quamuis tutor mutuet pec. pup. suo nomine, non tamē tenetur ad vsuras cēsimas pupillo. Quæsitum. Finita tu. tutor pecu. pup. in suos vsus conuertit: certè de ea pecun. eadem vsuras præstabit pupillo, quas præstaret pro illa quam in suos vsus conuerteret tutela durante. ¶ Paulus. Fideiussor qui datus fuit per tutorem pupillo pro re pupilli saluāda, non tenetur de his quę male tutor administrauit post tutelam finitam. ¶ Tutelæ. Contra tutorem meum quondam egi tutelæ, & ipse monstrauit mihi librum, in quo scripserat rationes tutelæ, ibi tamen non erat scriptum quāliter quidam debitores mei persoluerūt tutori prædicto: qui in veritate ei soluerant durante tutela: & tutor confessus fuerat sibi solutum, fuit mihi condemnatus tutor in id quod apparet ex dicto libro eum mihi debere: & soluit mihi: certe adhuc possum agere cōtra eum actione tutelæ pro pecunia quā ei soluerant dicti debitores: quamuis iam egerim semel contra eum.

Facit ad hunc §. ca. petitio tua. i gl. 1. ex. de pc.

Cum testamento. In testamēto duo tutores cuidā pupil. dati sunt, vnus illorum decessit: & alter in locum eius est datus à magistratibus, & ab eo exacta est satisdatio rem pupilli tabiam fore, cum male administraret tutor datus in locum mortui, superstes tutor testamentarius postulauit eum suspectum sicut debuit, postea factus est nō soluendo subsitutus tutor, quis tenebitur pro eo pupillo? Certè primo tenentur fideiussores ab eo dati, & postea magistratus: tutor autem testamentarius non tenetur, nisi pro sua parte.

Tutoribus. Tutores exigentes debitum a debitoribus pupilli bene liberant eos: sed non possunt eis remittere debitum, vnde ille qui minus soluit tutori, in superfluo conuenietur a pupillo.

Traxit. Id est, partem mercedis soluit, & partem apud se retinuit. Azo.

Æxate. Viginti quinq: an. nam ante non potest facere procuratorem. niti authoritate tutoris, vel curatoris: vt C. de procur. l. neque.

Procuratorem. Vel generalem, vel ad aliquam causam vel contra curatorē quondam, per quod videbatur multùm de eo confidere.

Omne debitum. Id est, omne in obligationem debit: Sēpronij. Azo.

Reliquatus est. Id est, retinuit apud se, & sic ponit vno modo, supra eod. l. qui in nominibus. secundum vnū sensum.

Videri. Ne sibi præiudicet, vel etiā contra Sempronium: ne ex mora petat vsuras, vel non teneatur: quia a te non exigitur: vt §. manda. l. qui mutuam.

§. non ideo. vel contra curatorem, si tempore curæ potuit exigere a colono, & adulto emolumentum quærere, & non fecit: vt C. arbitr. tutel. l. quicquid. Azo. vel in colonus tempore curæ factus est non soluendo negligente curatore: vt C. eodem, l. debitoribus.

Pollicitationē. Facta ob honorem. vel etiam sine causa, sed incepérat soluere: alias non diceretur debitor: vt inf. de pollic. l. 1.

Patriæ. Tuta ciuitati suæ. Accur.

Reipublicæ. Scilicet ciuitatis propter dictam pollicitationem.

Apud Græcos. Hoc est Græcum.

Si pupillo. Si, id est, quamuis. Accur.

Actiones. Scilicet neg. gest. vt sup. de ne. gest. l. cum alicui. licet non fuit contemplatione gerentis, & hoc ideo: quia in rem eius versa cōra gestio, siue fructus quos ipse procurator. arg. C. quod cum eo. l. ei qui, in fi. Azo. imo quia re ipsa eius sunt negotia ex postfacto: vt sup. de nego. gest. l. item si cum putaui. §. ti. Alij dicunt in factum, quod non placet, sed illa dabitur in magistratum, vt statim dicam. Item dicit decerni propter id quod est. §. de ori. iu. l. 2. §. omnium. quod hodie non est: vt C. de formu. l. vnica.

In P.Fl. liberasset.

In P.Fl. ἐπιμελεῖται. Alci. legit μηδὲν οἱ vide eum libr. 2. Parer. ca. 29. Alij, ἐμπαξες legūt averb. ἐμπαξῶ qd est curo. ita em̄ legendum iudicāt ve tigia exēplariū vetustorū.

Reliquari inquit Budæ. in ann. in tit. a l municipalem, est æs alienū ex reliqs rationum trahere.

Vel aliàs a lege potestaté habētib⁹. Spe. in tit. de cura. & nota. quæ dicuntur in l. muto. §. tutores. ſ. de tute.

Conuen-

Conuenire oportere. Actio. in factum: vt Insti. de satisd. tut. §. sciendum. vel act. neg. gest. quia videntur gessisse per alium: vt arg. §. eo. l. ita autem. §. gessisse & arg. ĵ. de magist. conuen. l. fi.

Administrant. Sub. sine publico officio, vel dignitate, sed vt priuati: vt in nostro casu. Alioqui cōtra, §. eo. l. si pupillus. & ĵ. de magi. conue. l. antepenu. & quod dicit alia causa &c. quia inuēto vno curatore non soluendo, omisso alio, veniunt ad magistratū: sed in tutoribus vno nō soluendo, prius ad cōtutorē, quàm ad magistratum: quod est si tutela non est diuisa, vel si est a se ipsis diuisa: secus si a iudice vel testatore: vt C. de diui. tu. l. 2. Item facit. ĵ. ea. l. §. cum testamēto. & ĵ. de tut. & ra. distra. l. 1. §. nunc tractemus. Item quod dicit teneri magistratū pro non idoneo, imo vī pupilli esse damnū, vt §. de nego. gest. l. cum alicui, quæ est contra. Solutio. ibi dicit periculum esse legitimi hæredis, vt non cōueniat alium curatorem: sed magistratum, sicut hic dicitur. Azo. vel hic durante officio desijt esse soluē te so, ibi eo finito. argu. C. de proba. l. ex persona. & arg. ĵ. de magist. con. l. 1. §. magistratus. Vel solu. vt ibi. Item videtur ad cōcuratorem veniendum, & non ad magistratum: sic ĵ. de iure fisci. l. aufertur. §. fi. Sol. ibi agit fiscus vel magistrat⁹ contra tutores seu administratores: hic agit minor, cuius bona fuerunt administrata. Accur.

Suo nomine. Quod potest: vt supra eo. l. quoties circa, in princ. gerendo tamen negotium pupillare: sic & C. de bon. mat. l. 1.

Conuertere. Scilicet tutorem: & quando dicatur in suos vsus conuertere, dic, vt supra eo. l. tutor qui re pertorium. §. pecuniæ.

Eadem vsuras. Scilicet centesimas, si fecit clàm: si palàm, pupillares: vt ĵ. eo. l. non existimo. & §. eo. l. tutor qui. §. pecuniæ. sic ergo finita cā nō finit effectus. sic & §. rer. amot. l. & ideo. & facit §. eo. l. tutor qui. §. fi. & de vsur. l. 1. in fi. & §. eo. l. tutor. ℘ pupillo. §. tutor.

Non teneri. Sic §. de pact. l. 1. & §. loca. l. item quæritur. §. qui impleto. & C. loca. l. si cum Hermes. & sup. eo. l. ita autem. §. quamuis. & l. tutores. §. curatores. & ĵ. de iu. fisc. l. 3. §. cum quinquennium.

Cā finita nō semp finitur effectus.

Tutelæ iudicio. tutor conuētus edidit librū rationum, & secundum eum condemnatus, soluit: postea cum à debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, prolatæ sunt ab ijs apochæ tutoris: quæsitum est, vtrū aduersus debitores actio ei competat? Paulus respondit, si tempore administratæ tutelæ debitores tutori tutelam gerenti soluissent, liberatos eos ipso iure à pupillo. Sed & si cū tutore actū esset, posse eundē adolescentem propter eā causam tutelæ experiri, & aduersus exceptionem rei iudicatæ doli mali replicatione vti.

Si tutor testamentarius & datiuus gerunt diuisim: pro datiuo prius peruenitur ad magistratum, quàm ad contutorem: secùs si omnes essent datiui. Bar.

Cum in testamento duo tutores dati essent pupillo, & alter ex ijs vita defunctus fuisset: in locum eius petente matre, ex præsidis prouinciæ præcepto, à magistratibus alius tutor datus est, à quo magistratus satis exegerunt rem saluam fore: tutor testamento datus, postea datū

Tutelæ iudicio. Hic debet esse §. q si legeretur cū præcedenti, non benè quæreretur, an teneat fideiussor tutelæ iudicio: nā ex stipulatu teneretur si teneret: & si non est. §. dic hunc fideiussorem succesisse tutori: vñ sicut tutor non tenet ret tutelæ, nisi esset connexitas, sic nec eius hęres: vt inf. de tut. & ra. dist. l. si tutor post. & tūc tenetur fideiussor qñ non est connexa, vel dic tutelę iudicio, id est propter tutelæ iudicium, quod datur in tutorem: quia non datur, sed nego. ge. vt d. l. si tutor.

In P. F. tutorem.

Tutor cōuentus. Indistinctè act. tu. proposita, vt infrà patet.

Librum rōnum. Totum quod ad rē pertinet: vt sup. de eden. l. argentarius. §. 1. & quæ sit ratio, dic vt e. ti. l. si quis. §. rationum.

De apocha, & antapocha pulchrè Alc. lib. ṗ termiſſ.

Apochæ. In quib⁹. de debito fuerat tutor cōfessus, scilicet, se recepisse, vt C. de fi. in ſtru. l. plures.

Ad ius operatur. adde i p̄ uatione q̄ fit ꝓp delictū, vel contumaciā: quia quānis sit priuādus ipso iure, ītelligit ſ cuta ſnſa. nor. in ca accepta. i verſi. imò plus eſt. ſ reſti. ſpo. Bald. in c. j. pen. co. q. 6. mod. feu. amit.

Gerenti. Alioqui sec⁹: vt inf. de sol. l. qđ si forte. §. 1. Acc.

Ipso iure. Sentētia iudiciali interueniēte: vt C. eo. l. ſancim⁹, alias nō ipso iure: tu dic ēt sine iudice: vt ĵ. eo. §. fi. licet detur restitutio: vt Instit. q. alie. li. §. nūc admonēdi vbi de hoc nō.

Rei iudicatę. Apparet ergo quod in distincte fuit ꝓposita actio tutelæ. & sic C. de iud. l. 2. Accur.

Dati essent. A testatore diuisa tutela: vt inf. paret.

Petente matre. Quæ habet necesse petere, vt sup. tit. 1. l. 1. & 2. licet quandoque excutetur, si nō petat in loco cum mortui: vt sup. ti. 1. l. fi. in prin.

A magistratibus. Ergo dedit præsidis præcepto: vt hic dicit. sic Insti. de Att. tuto. §. sed hodie. Sed contra fu. de tu. & cu. da. ab ijs. l. nec mandante. Sol. vt ibi.

Datus est. Tutor ergo datur habenti tutorem: sed hoc

hoc casu permittitur: vt ſ. de teſtamen. tu. l. ſi quis ſub conditione.

a Pro eo. Scilicet tutore, puta fideiuſſores. Accur.

b Vel magiſtratus. Non autem ſi fideiuſſores magiſtratuum. ſic ff. de magi. conue. l. 1. Accur.

c Facere debuerit. Citius quam fecit.

d Alias. Scilicet quando non eſt diuiſa tutela, vel eſt iter ſe. Item exigitur quod geſſerint oēs, vt ff. de magi. conue. l. ſi duo, ſi vero vn' geſſiſſet, alius non, primo conuenitur magiſtratus quā tutor qui non geſſit, niſi imputetur non gerenti, quod contutorem non accuſauit ſuſpectū, vel tarde, vel accuſando, pdidit iura ei': vt inſ. de tute & ra. diſtr. l. 1. §. nunc tractemus. Azo. & C. de dī. tu. l. 2. Accur.

e Excuſſi fuerint. Aliàs excuſati, ſub. propter inopiam, aliàs excuſſi. ſcilicet per executionē.

f Collegam. Scilicet quàm magiſtratum. qui col. &c.

g Dimidias. Quid autē ſeruetur tunc ſupra dictum eſt.

In P.F. excuſati fuerint: ſ. lectionē & Acc. an notauit.

Ipſo iure. Vt inf. de ſolu. l. ſi pupilli. ēt ſine iudice, ſecūdum R. hic cum iudice: vt not. ſ. §. tutor.

Donare. Niſi in caſibus: vt no. ſ. eo. l. tutor.

Diminuēdi cauſa. Sed bona fide bene poteſt tranſigere: vt. infr. de fur. l. interdum. §. qui tutelam, & C. de tranſact. l. præſes & facit C. de pact. l. pactum. & de iureiur. l. ſi iuſiurandum. §. ſi tutor & infra pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor. & ſupra eo. l. tutor qui tutelam. & de offic. procu. Cę. l. 1. §. ii rem. & C. eo. l. non omni. & ff. de fur. l. tutor. & Inſti. quib. al. licet. §. pen. & §. fin.

ITitium. CAPVT. Filijs meis dedi tutores Titium extraneum, & Mæuium fratrem meum, & ita ſubiunxi: volo qđ oīa gerantur cū conſilio Mæuij fratris mei, & quod ſine eo fiet nolo ratum eſſe, & volo quòd Mariana & Ianuaria æſtiment quantum eſt neceſſe filijs meis quolibet die pro alimētis, poſtea de bonis pupillares ſolueruat toli Titio: certè nō liberā tur. Item nō ſtatur arbitrio dictarum mulierum de alimentis, imò cōmittitur arbitrio boni viri. ¶ Tutores. Quidā pupillus habebat tutorem pro rebus Italicis, & alios pro prouincialibus. In Italia aūt inuenerūt tutores Italici inſtrumenta debitorū prouincialiū: nunqd tenenē ea exigere? certè non, ſed debent hoc manifeſtū facere tutoribus prouincialib. ¶ A matre. Tutor à matre datus filijs ſuis ſi diſtrahat bona pupillorum, ea à poſſidentibus vendicabūt pupilli. ¶ Præfectus. Teſtator dixit pecuniā quā relinquo filijs meis nolo mutuari alijs: ſed ſi tutores volēt ſibi retinere, & ſoluere de libra quatuor denarios, placet mihi & tutores dixerunt, placet nobis poſtea tutores alijs mutuauerūt dictam pecuniam ad ſex denarios in libram: certè ipſi tenēbūtur præſtare pupillo quatuor denarios de libera dictæ pecuniæ. ¶ Lucius. Quidā inſtituit ſibi heredem Lucium Titium, iſte Lucius a tutore quorundā pupillorum mutuā pecuniam accepit, & rem dictæ hæreditatis ei obligauit procedente tempore. & his pupillis iā puberibus effectis, iſe? abſtulit dictam hæreditatem Lucio Titio, eo quod iſe nō vindicauit mortem illius, qui eum hæredem inſtituerat, & ſic dictum pignus abſtulit dicto tutori: vnde nō poteſt eſſe ſalua pecunia pupil. cum ipſe Lucius Titius eorū debitor fortè non ſit ſoluendo: nūqd erit iſtud nomē periculo tutorum, & certè non.

Tutor poteſt ſolutionem repetere, non donare, vel pro modico ſine cauſa tranſigere, hoc dicit iſte no. §. Bar.

Facit ad hunc tex. c. 1. cū gl. 1. extra de tranſact.

Tutoribus cōceſſum eſt, à debitoribus pupilli pecuniam exigere, vt ipſo iure liberentur: nō etiam donare, vel etiā diminuendi cauſa cū his tranſigere, & ideo eum, qui minus tutori ſoluit, à pupillo in reliquum conueniri poſſe.

Iuſſus facere cum conſilio alterius, ſi quidem eſt particeps officij, tenetur cum requirere, & ſequi: aliàs ſecus. Bartolus.

XLVIII.

ITium, & Mæuium tutores quis dedit, & ita cauit: Volo & rogo omnia fieri cum Męuij fratris mei conſilio: & quòd ſine eo fiet, irritum ſit. Titius ſolus à debitoribus exegit: an liberati eſſent, quæritur? Reſpondi, ſi & adminiſtrationem Mæuio dediſſet, non rectè ſolutum. Quantū aūt filio meo diurnum ſufficiat, Marina, & Iannaria æſtimabūt. Quæro, an contenti eſſe debeāt tutores arbitrio mulierū? Reſpondi, ſumptū boni viri arbitrio faciendum.

Ad tutorem apud quem inſtrumenta ad adminiſtrationem alterius pertinentia reperiuntur, pertinet alteri notum facere, aliàs tenebitur. Bar.

In P.Fl. repierūt.

Tutores dati ad res Italicas, inſtrumenta Romæ repererunt debitorum prouincialium, vt pecunia Romę, aut vbicunque petitum fuerit, ſoluatur. Quæro, cum neq; debitores in Italia eſſent, neque eorū prædia: an hæc exactio ad Italicæ rei tutores pertineat? Reſpondi: ſi prouincialis contractus eſſet, non pertinere: reſpicere tamen ad officium eorum, ne inſtrumentorum ignorantia contractus eos, ad quos adminiſtratio pertineret, lateret.

Res non legitimè venditas poteſt pupillus vēdicare. Bar.

A mſe datus teſtō tutor, cū putaret ſe tutorem eſſe, diſtraxit bona materna, & paterna pupillorū, & deceſsit non ſoluendo: quæritur, an pupillus res poſsit vendicare? Reſpondi, ſi manent res pupilli, vendicari ab eo poſſe.

Ea quæ tutor poteſt facere pro pupillo, & pro ſe licitè, faciendo ſimpliciter, videtur pro ſe facere. Bar.

Præfectus legionis ita teſtō cauit, Volo, vt ſit in arbitrio tutorum filij mei, ſi voluerint, huius ſummæ vncias inferre vſurarum noſe, ita ne nūmi diſpergantur. Quæro, ſi apparuerit pecunia fœnerata à tutoribus, iudicio tutelę vnciarias vſuras, an verò eas, quas ſtipulati ſunt præſtare debēāt? Rndi, ſi ſecundum voluntatem defuncti elegiſſent vſurarum præſtationem, neq; pupilli nomine in fœnus dediſſent, id præſtari, quod teſtator voluiſſet.

Damnum ſubitò emergens in re pignorata, tutori non imputatur. Bar.

Lucius Titius mutuam pecuniam à tutore accepit, & rem hæreditariam pignori ei dedit, poſt trienniū iam puberibus ijs, quorum tutela adminiſtrata eſt, fiſco bona defuncti adiudicata ſunt: quia mortem eius hæres non eſt eum agere poteſt, ſi velit, vt ſupra eo. l. tutores qui. §. 1. & 2. & §. curatores teſtamento. Itē cum deceſſit non ſoluendo, in hæreditate eius non eſt locus legi: vt infra de hæred. inſti. l. ſi quis ſolidum. Azo.

qui licèt ſunt nominati à teſtatore, officium tamē habent à lege: vt l. 1. in prin. ſ. de tut. Ideo teſtator adijciendo q̄ faciat cum conſilio alterius extranei, vel cō tutoris non habentis adminiſtrationem, non pōt officium datū à lege infringere: vt hic, & in d. l. cū quis. in princ. & §. 1. ſ. ea. l. fm Bart. hic.

Dediſſet. Et benè dedit adminiſtratio nem Mæuio fratri ſuo: vt cum dixit in prin. l. Titium & Mę uium tut. do. &cæt. ſic ergo non rectè ſolutum eſt Titio tantum.

a Sufficiat. Ad alimenta. Accur.

b Arbitrio. Cum non ſint tutrices: vt ſ. eod. l. quidam. §. Papinianus. alioqui contra. vt ſ. proxi. dixit. Sed nunquid exquirēt tutores opiniones mulierū? Reſpond. non, quia tutores plenam adminiſtrandi habent poteſtatem, ſecus ſi illijs non inſtitutis legaſſet alimēta arbitrio illarum, tunc exquirerentur earum arbitrium: & ſi iniquum eſſet, corrigere tur: vt infra de legat. 2. l. 1. & de an. leg. l. ſi cui annuum. hic autem filios inſtituerat, & eis præſtari alimenta arbitrio mulierum voluit: quaſi ipſæ tutrices eſſent, quod eſſe non potuit. Azo. vt ſupra de teſta. tu. l. iure noſtro, & facit ad l. illam. ſ. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. fina. & l. ſequen. & ff. de verb. obliga. l. ſi quis arbi tratu. & ff. de ope. li. l. ſi libertus.

Prouincialium. Continebantur aūt in illis inſtrumentis vt pecu. &c. Accur.

c Non pertinere. Vt & ſ. eod. l. vel in partes. Sed contra s. eod. l. tutores qui. §. hæres. ſed ibi bene pertinebat ad eum.

d Officium eorum. Tutorum Italiæ.

e Inſtrumentorum. Et hoc dico &c.

f Ignorantia. Id eſt, propter ignorantiam contractus latērent &c. & facit ſ. tit. l. 1. §. ſi.

Tutor cōtutorē do cere tenetur.

g Ad quos. Tutores prouinciæ, & not. quod tenetur vnus docere alium de eo quod pertinet ad adminiſtrationem docti, & facit ſ. eo. l. tutores qui poſt. §. hæres.

h Putaret. Non tamen erat, niſi confirmaretur: vt & ſupra de confirm. tut. l. 1.

i Diſtraxit. De facto, de iure enim non tenetur, & iō vēdicat: vt hic. & ff. de re. eo. l. qui neque. & C. de tu. & cur. qui ſa. non de. l. in dubium. & ff. de do. except. l. apud Cellium. §. ſi quis non tutor.

k Non ſoluendo. Idem ſi eſſet ſoluendo: vt C. ſi tuto. vel cur. l. etiam. Sed tunc poſſet aliquid conſequi pupillus agendo contra hæredem tutoris, nam cōtra eum agere poteſt, ſi velit, vt ſupra eo. l. tutores qui. §. 1. & 2. & §. curatores teſtamento. Itē cum deceſſit non ſoluendo, in hæreditate eius non eſt locus legi: vt infra de hæred. inſti. l. ſi quis ſolidum. Azo.

l Si manent. Si id eſt, quia: nec enim potuit præſcribi pupillo: vt ff. de acquirerum do. l. bonæ fidei. in fi. 1. reſp. Azo. Vel pone conditionaliter: & dic, manent, id eſt, extant. idem, & ſi eſſe deſierunt dolo poſſidentis, vel ſi ſciens tutorem eum non eſſe, emiſſet Hug.

Vncias vſuras, in P.F. porro vncias vſuras interpreta ē Bart. q̄ ſinguios nūmos è centeſimo quot annis efficiunt.

m Ab eo. Emptore.

n Huius ſummæ. Puta centum marcharum, quas habebat in arca in ſterlingis, & dic, q̄ teſtator timens, ne pecunia prædicta diſpergatur, vel perdatur, ſi tutor eā mutuet diuerſis nominibus, voluit vt eēt apud tutorem, & faceret quod veller: & daret pupillo, vel vnciam de libra, vel denarium de ſolido in capite anni, nam vncia eſt duodecima pars aſſis, licèt plus ab alijs tutor percipiat, & valet hoc legatum, vt ff. de leg. 3. l. fideicommiſſum. §. ſi hæres. nunc ergo non habet pupillus niſi vnū nomē, ſcilicet tutorem. & facit ſup. eod. l. 3. §. apparet.

In P.Fl. præſtatur.

o Fœnerata. Non nomine pupilli.

p Dediſſent. Quia tunc tenerentur præſtare, quas ſtipulati eſſent: tum quia nomine pupilli fœnaſſent, tū quia hoc faciendo videntur elegiſſe contrarium voluntati defuncti. & facit C. de ſolu. l. pen. & ſ. mand. l. idemque. §. ſi mandauero. & pro ſo. l. ſi vnus ex ſocijs.

q Lucius Titius. Hæres cuiſdam, cuius mors erat vindicanda H.

r A tutore. Quorundam pupillorum. Azo.

s Dedit. Lucius.

t Puberibus. Scilicet factis.

u Hæres non eſt. Scilicet Lucius, & rectè fuit. vt C. de ijs qui. vt iudi. l. 1. & ita apparet modò nō tenere obligationem

gationem rei hæreditariæ.

a Non pertinere. Quia tempore finitæ tutelæ bonum erat nomen: vt ff. eo.l.cum post.in princ.& C.de petit. tut.l.fi.& j.eo.l.Æmilius.

b Bonorum. Scilicet aliquorum, vel etiam omnium: nã morte socij societas finita est. Accursius.

c Non compendiũ. Imo compendium: vt ff.pro soc.l.actione.§.fi in rem. & §. morte. & l. verum. §. In hæredem. Sol. hic suo proprio nomine,non communi: vt & C.communia vtriusque iu. l. si patruus. vel vt ibi in §. fi in rem.& facit j.de leg.3.laideicommissum. §. fi gs illicitè. ar. contra,j. eo.l.qui negotiationem.

ADDITIO. Pro declaratione huius glo. distingue fin Bart.hic,aut negotiatur nomine cõmuni , aut suo proprio, aut dubitatur: si cõmuni, non dubium est,quod compendium est cõmune: vt dic. l.contraria. Sed secundo casu,quando nomine proprio , tũc aut de pecunia communi cum pupillo, aut de propria dubitatur . Si de cõmuni , tunc quia res empta efficitur cõmunis,communicabitur compendium:vt l.actione.§.fi in rem.& ibi no. ff.pro hoc.

d Tutor rerum . Id est cõtractuum : vel dic ibi,id est, in Italia : ergo potest ibi agi: vt sup.de iud. l. hæres absens.§.1.& l.omnem . Sed contra,j.de cur.bo.dan. l.2.§. quod si per regiones : sed & illud intelligitur secũdũ istam.& facit ff.eo.l.vel in partes.& l.tutores qui.§.hæres.& no.in l.inter.

e Reputari.Scilicet pupillo ab isto tutore.

INter bonorum. Curator bonis,vel vẽtri datus, nõ habet plenam administrationem,sed cũstodiam,licèt possit vendere res, quæ deteriores futuræ sunt : sed curator furiosi, vel prodigi, vel pupilli habet plenam administrationem. Viu.

f Inter bonorum. Curator bonorũ,& ventris ex vna parte,alij ex alia. Accur

g Istis.Scilicet curatori furiosi,prodigi,& pupilli.

h Planè . Aliàs,planè, & aliàs plenariè,i.indistinctè, vel indifferenter , seu simpliciter : nam in alijs distinguuntur res perituræ à non perituris . Accur.

vtus . Quæritur , an id nomen pupillus recusare possit : Respondi,secundum ea , quæ proponuntur , id nomen ad onus tutorum nõ pertinere.

Tutor qui est debitor pupilli in genere,si rem emit suo nomine,non videtur emisse de pecunia pupilli. Bar.

Altero ex duobus fratribus socijs bonorum & negotiationis defuncto hærede filio , tutor patruus venditis omnibus communis negotiationis mercibus , & sibi redemptis,negotium suo nomine exercuit: Quæsitum est vtrum compendium negotij , an vsuras pecuniæ præstare debeat? Respondi , secundum ea, quæ proponuntur , pupillo vsuram non compendium præstandum.

Tutor vnius regionis potest solvere creditori alterius regionis. Bar.

Tutor rerum Italicarum conuentus à creditore prouinciali , vbi rem pupillus habuit, soluit. Quæsitum est , an in tutelæ iudicio reputari possit? Respondi , nihil proponi , cur non possit.

Duobus. Scilicet curatori bonorum,& ventris.

k Deteriores. Et facit j.de hæred.instit. l. si quis instituatur,& de Car.edict.l.sed si is,§.quoties. & etiam interruptio vsucapionis:vt j.de mu.& homo.l.1.§.fi. & alia quæ sunt necessaria . Nam etiam propter ea alienum si dilatio est damnosa,vendit: vt inf. quibus ex causis in poss ea.l.Fulcinius. §.adeo.in fin §.Sed alij faciunt etiã voluntaria bona : Sed vt§,quod tutori assimiletur:vt ff.de vẽt. in possess.mit.l. 1.§. item si periculum. Solu. ibi quoad ea, quæ necessitatem habent.

* In P.Fl. illis.

Hermogenianus lib. iuris epitomarum.

LEX XLIX.

NTer bonorum, ventris que curatorem , & inter curatorem furiosi , itemque prodigi pupillive magna est differentia : quippe cum istis quidem planè rerum administratio,duobus autem superioribus sola custodia,& rerum,quæ deteriores futuræ sunt,vẽditio committatur.

Tutor qui non est soluendo ob negligentiam , punietur in corpore.

L.

OB fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitũ , aut fundorum omissam comparationem , tutor si non ad damnum refarciẽdum idoneus est, extra ordinem coercebitur.

Casus fortuitus non imputatur tutori. Bar.

LI.

SI res pupillaris incursu latronum pereat, vel argentarius,cui tutor pecuniã dedit , cum fuisset celeberrimus,solidum reddere non possit : nihil eo nomine tutor præstare cogitur .

ADDITIO. Solu. vt ibi, & C.de pe.l.penam.secundum Bar.

SI res. Si per casum res pupillares amittantur, non tenetur tutor:idem est si depoluit tutor pec.pup. apud quendam camporem, qui videbatur celeberrimus , & in veritate quasi nihil habebat: vt fuit Hieronymus Galeria. Viu

n Latronum. Computatur hic casus inter fortuitos , sed secus in furto:vt ff.nau.caup. stab.l.idem.§.fi.

o Cogitur. Non.n.tenetur de casu fortuito, nisi culpa, vel pactum præcedat.vel mora: vt C.de neg.ge. l.negotium.Item hic tenetur cedere actionem:vt ff.de peti.hær.l.item videndum. & facit ad hanc l.C.de pet. iu.l.3.& 4.& j.de reg.iu.l.contractus.§.fi. & C.de pig. act.l.quæ fortuitis.

Si duõ. Magistratus dedit pupillo duos tutores sine inquisitione : & Titius fideiussit pro eis pro rebus pupilli saluandis,aut est diuisa admini stratio inter eos,aut non : si non est diuisa: vno malè gerente in tota tutela,fideiussor prædictus in solidum tenetur,si autem est diuisa, & vterque tutor fideiussorẽ dederit : vno malè gerente , fideiussor alterius qui benè gessit, non tenetur.

a In fideiussorem . Dic hũc fideiussisse nomine singulorũ tutorum , & nomine omniũ negotiorũ pupilli, sed in sequenti casu licèt teneat pro quouis tutore,non tñ pro omnibus negotijs pupilli nomine singulorum tutorum, sed huius nomine pro istis , istius nomine pro illis teneatur.

b Per quemlibet. Id est, pro quouis tutorum delinquẽte: vnde patet quod pro omnibus fideiussit rem pupi.salu. fo. sed infra nõ pro quouis dleinquẽte : quia nõ pro eo qui delinqueret ex suã administrationem . Item in alio potest esse differẽtia: quia hic vno delinquente, tenetur , & alter contutor : vnde potest dici fideiussorẽ teneri etiam pro nõ delinquente , quod infra non est : quia non tenetur pro delinquente , nec pro non delinquente.

c Diuisa sit. Non audeo dicere a testatore : quia tunc non satisdant nisi inter se:vt Instit. de satisda. tuto.§. 1.dic ergo à iudice. Sed pone,quod sit diuisa ab eis inter se,videtur fortè quod quilibet pro sua administratione esset primò conueniendus. Item eius fideiussor, & postea alius,qui alia bona administrauit,& sic video quod primò cõuenitur qui administrauit:& post ea qui non administrauit:vt supra eodem.l.tutores.§. in eum.& C.si tutor non gessit.l.fi.& C.de di.tut.l.fin.& hic,in fi.dicit quãtum enim &c.Sed secũdum Azo.& Hug .verius puto tunc habere electionem pupillum, quem ex tutoribus velit cõuenire in solidum:& sic fi deiussorem.vt C.de diui.tut.l. 2.

d Experiri.Si expiratur contra debitorem,cuius exactio ad se non pertinet.delinquit,sed pupillo non præiudicat,licet succumbat:vt sup. eod.l. vel in partes.& sic stipulatio contra se,vel fideiussorem rem pupi. salfo.non committitur.Item si conueniatur extra suam regionem rei vendicatione pro rebus sibi non commissis,sed alij tutori: delinquit, quidem defendendo se:sed tamen stipulatio non committitur contra eum, vel fideiussorem:& licet succumbat,non nocet pupillo,secus in personalibus,nam contra quemlibet tutorem in solidũ proponuntur:vt supra eod.l.inter.vel aliter dic, vt ibi notatur.

Eodem modo quo vnus tutor tenetur pro alio,eodem modo tenetur fideiussor eius. Bartolus.

LII.

SI duo , pluresve tutores tutelam administrent : in fideiussorem quidẽ in solidũ per quẽlibet eorũ committitur stipulatio . At si inter eos diuisa sit tutela regionibus (quod plerũq; fit) & alius vrbica negotia , alius peregrina administraret : tunc ex substantia cuiusque rei,aut committi cõtra fideiussorem stipulationem,aut nõ cõmitti dicemus . Nã licèt oẽs tutores sint , & tutela gerant : tamen cũ quis de ea re, quæ extra suam regionẽ erit, experiri, vel ad iudicium vocari cœperit: perinde nõ committitur stipulatio, atque si ei administratio tutelæ permissa non esset. Quãtum enim facit in totum denegata: tantundem valet si in ea re, de qua agitur , denegata sit.

LIII.

VRator pupillo minore non tantùm dotem dare debet: sed etiam impẽdia, quæ ad nuptias facienda sunt.

Ad contutorem , & magistratum pertinet periculum tutoris , qui satis non dedit si tempore finitæ tutelæ reperitur non soluendo : aliàs secùs. Bar.

LIIII.

EMilius Dexter magistratus sui tpe,datis tutoribus cessauerat i exigẽda satisdatione: deinde quibusdam excusatis,à sequẽtibus magistratib' Dexter tutor assumptus fuerat: creat' conueniebat insolidũ duplicitatione: quòd cum magistratus esset, Denegata sit.Scilicet administratio, vt hic fuit à iudice,per diuisionem quã fecit,& no.quantũ &c. sic ff. pro soc.l.actione.§.renunciare.& j.de acqui.hær.l.fi seruus eius qui.& facit C.famil.erciscis.l.quoties. & de quad.præscript.l.2.& de præscript.xxx.ann.l.omnes.& supra de vsur. l. qui scit. Sed arg.contra, ff.de vsufructũ.l.quoties.§.fi. & de mi. l. illud. §.fi talis.

a Dic, quando ibi requiritur speciale mãdatum, quia sub generali verisimiliter nõ cõprehẽditur,vt in casu illius l. & in alijs in quibus exigitur speciale mandatum secundum Bar. hic.

VRator. CAVSA. Curator adultæ debet ei constituere dotem nubere volenti de bonis ipsius adultę, & alias expẽsas circa nuptias debet facere . Viu.

Curator, pro minore.s.Puella.

b Impendia . Facit ad hoc C. eo.l.sumptus . & l. si curatores. & de nupt. l. in copulandis .& ff. de in.dot.l.quæro. & l. siue. & ff.eod.l.cum post.§.1.

Emilius.

Æmilius Dexter tempore sui magistratus dedit tutores quibusdã pupillis sine inquisitione, & ab eis satisdationem rẽ pupil. sal. fo. non exegit.postea deposuit magistratum , & cum excusati essent a dicta tutela quidam ex dictis tutoribus,ipse Æmilius Dexter fuit datus tutor eisdem pupillis per sequentem magistratum : finita tutela omnes tutores erant soluendo,sed ante redditas rationes vnus fortè factus est non soluendo , volebant conuenire pupilli quondam Æmilium Dextrum etiam pro parte illius, qui non erat soluendo:& quia nõ exegit satisdationẽ cum dedit dictos tutores sui magistratus tempore:& quia tutor fuit postea ipse adiunctus, certè propter aliquam istarum rationum non potest eũ pro parte alterius conuenire,cum vt dictum est,omnes tutores erant soluendo tempore finitæ tutelæ. Viuia.

Sic in P.Flo.Haloan. autem legit, & quia tutor & qui cum magistrat. &c.

Cessauerat in exigenda . Sunt enim quidam magistratus qui habent ius exigendi satisdationem tantũ, quidam dandi tutores tantum,quidam vtramq; potestatem habent,qui habent dandi tñ,non conueniuntur:vt Instit.de satisf.tu.§.neq; & j. de magi. conuc.l. 1.§.neq; autẽ: alij cõueniri possunt vtili act.tut.vel in factũ:vt j.de magi.conu.l. fi.& nor. Instit.d.§.neq: Accur.

Magistratuũ potestas multiplex.

Sequẽtibus.Defijt ergo Æmilius Dexter esse magistratus.

Fuerat.Verbum fuerat cum præcedenti, vel sequenti litera legi potest.

Duplici ratione . Vna quia tutor fuit, & hanc non ponit:quia patet: altera,quod cum &c. Accur.

Satisdationem. Rem pupilli saluam fore.

Fuisse tutores. Scilicet dictum est.

Cessationem. Quia neglexerunt conuenire tutores statim finita tutela, vnde fuerunt in culpa. vt §. eo. l. tutores. §. adolescens. & l. a tutoribus. §. 1.

Obesse tutoribus. Scilicet, alijs quos ex facto cõtutorum nunc voluit conuenire.

Pronũciauit. Scilicet iudex super hoc cognoscens.

Licèt ei. Aliàs ei. Scilicet pupillo, id est ad eius vtilitatẽ: aliàs enim.

Satis. Id est, satisdatio &c. & sic vel seruo suo, vel sibi, vel seruo publico: vt infra de mag. cõuen. l. 1. ¶. exigere. aliàs est eis. i. a tutoribus.

Sin minus. Id est, non sunt idonei tẽpore finitæ tutelæ.

Aliàs, deest ei.

Et magistratuum Secũdum ordinem. quẽ dixi, tas. in magistratibus, quem tutoribus. supra eod. l. Lucius. §. cum testamento. &c j. de tut. & ra. distr. l. 1. §. nũc tractemus. & infra de mag. conuen. l. 5. Azo.

Hæc quæ parẽthesi, scinda sut reiecit Hal. & deridẽda bentur tũ in F. Fl.

Non fecisset. Vt contutores.

Non exegisset. Vt magistratus.

Idoneus. Scilicet tutor, à quo debuit exigi satisdatio, & facit C. de proba. l. ex persona.

On existimo maximis. Id est, conuentis.

Eum. Contutorem.

Et cauit. De ea reddenda. Et no. q tres casus hic ponit: Primus quando a contutore accepit, quod potest, vt hic, & infra de auth. præst. l. 5. in princ. & §. 1. & tãc conuentas: vt hic, si modo non excedant legitimas. Secundus, quando clàm, quod non licet: & tunc centesimas: vt §. de neg. gest. l. qui sine. Tertius, quando palam ipsemet accepit sibi, quod potest: vt hic, & supra eo. l. quoties. §. non tantum, & tunc pupillares: vt §. eo. l. tutor qui repertorium. §. quæ sint, id est, quas potest pupillus stipulari secundum conditionem suæ personæ: vt C. de vsu. l. eos. §. super. Ad primum casum facit, q no. C. de contrahen. emp. l. cum ipse.

Quia hic. Hic latenter intrat secundum casum.

Sibi. Bene dixit sibi, quia si ipse tutor de pecunia pupil. clàm accepit, tenetur ad centesimas: vt §. eod. l. tutor qui repertorium. §. pecuniæ.

His. Scilicet conuentis.

Accepisset. Sic §. de neg. ge. l. & in contraria.

Et multum. Accedit ad tertiam: inferendo adhuc secundum casum.

Extraneum. No. arg. de tanquam. sic supra, de ado. l. si pater. §. qui duos.

Faceret. Scilicet tutor.

An. Hic est secundus casus, & tenetur ad cẽtesimas.

Iuuaret. Hic, & furti tenetur: vt infra l. proxi. §. 1. & de tut. & rat. distr. l. 1. §. pen. Item facit supra, de ritu nup. l. fin.

& tutores dedisset, satisdationem non exegisset. Ex diuerso dictum est, licèt satis exactum nõ esset: tamen in diem tutelæ finitæ idoneos fuisse tutores: neque cessationem, curatorum obesse tutoribus debere. Pronunciauit, si in diem finitæ tutelæ idonei permansissent tutores, licèt ei satis non esset exactum, curatorũ esse periculum: sin minus, tutorum, & magistratuum: (hoc est, tunc esse periculum eius, qui suspectum non fecisset, aut satis non exegisset cũ finita tutela non inueniretur idoneus fuisse.)

Tutor potest accipere pecuniam pupilli mutuo à contutore, vel à seipso palàm, & bona fide, & non clàm. Bar.

Res tutores. Titio pupillo fuerunt tres dati tutores, vnus administrauit, secundus mandauit gerendam cuidam extraneo: & ille extraneus quædam administrauit, & quædam non. tertius non administrauit per se aliquo modo, nec extraneo mandauit administrationem, sed tutori primo administrãti cõmisit suam administratiõis partem, & accepit ab eo fideiussorem rẽ pupl. tal. fo. postmodum finita est tutela, & inuenitur non soluendo tempore depositi officij ille, qui primus administrauit, vnde pupilli quondam uolebat conuenire ex persona illius. q non erat soluendo, secũdum, & tertium tutorem, & ipsi dicebãt. Nos non deberemus cõueniri etiam pro nostra parte, nedum pro aliena, nisi in subsidium. quia nos non administrauimus. vt §. eod. l. tutores qui. §. in eũ. quæritur quid iuris sit? & antequam respõ. quæ là inserit. ver. & tutorum &c. vsq; ad ver. non solũ ergo &c. vbi est respõsio tali modo: quod allegatio secundi, & tertij cõtutoris nõ valet: quilibet enim eorum gessisse videtur. cum alijs tutelam gerere mandauerit. & ideo pro sua parte non debet conueniri in subsidium, sed principaliter: & pro parte cõtutoris nõ soluẽdo existentis debet teneri. Si autem fuit aliquid in tutela, quod non fuit per aliquem administratum, illud debet communiter ad omnium periculum pertinere citra aliquem ordinem substitutionis, nisi illud non gessum, esset appendicium illorum, quæ gessit tutor tutelam administrans pro parte per extraneũ cui mãdauit: quia tunc ad eius socios periculũ debet pertinere. Visa ista propositio vsque ad §. quod autem &c. reuertamur ad ver. & tutorum &c. & vltra dicamus. & tractatur, quod tutorum administrantium alij habent diuisam administrationem, & alij nõ; illi qui non habent diuisam, tenentur in solidum, si vnus inueniatur non soluendo: si autem fuit diuisa administratio, non tenetur aliquis eorum nisi pro sua parte. Sed quid si tutores surripiant res pup. nunquid tenentur in solidum in duplum act. de rationibus distrahendis, & si vnus præstet duplum vni, an nihilo minus alij in solidum teneantur? Et videtur quod sic, quia in alijs iuribus hoc euenit: sed tamen nõ est verum: quia tutores surripiẽdo aliquam rem de administratione, nõ videtur furtum facere, sed male se in administratione habere, ipse etiam tutor in duplum conuentus actio. de rationibus distrahendis. & exactus non poterit conueniri ad rem surreptam, vel eius æstimationẽ condictione furtiua. Quod autem dictum est in princip. huius legis, & in §. non solum. contutores soluendo existentes cõueniri posse pro cõtutore non soluendo existente, nunquid est hoc verum semper? Et certe

Quisqs male agit, odit lucẽ, vt in c. cõsuluit. cũ glo. super verb. odit lucem. ex. de of. dele.

cè non: est enim tunc tantum verũ, quando tutoribus soluẽdo existentibus imputari potest, q̃ dicto cõtutori permiserunt administrationẽ, cũ non deberent per mittere: qd scire possumus ex qualitate personę ipsi' contutoris, veluti quia apertè prodigus est, vel bona eius vẽdita sunt tẽpore quo prætor cõ tutorem dedit: isto enim casu benè imputatur contutoribus. Item possumus scire ex intercapedine temporis, puta quia pater qui dedit filijs tutores in testamẽto, ita cito de cessit. post testa. à se factũ, q̃ ignorauit aliquid eorum accidisse tutori post factum testamentum. puta qa post testamentum a patre factũ dictus tutor apertè factus est prodigus, vel bona sua venierunt. Nam & isto casu imputatur cõtutoribꝰ qua re permiserũt ei ad ministrationem: & idẽ dico, quãdo pater q̃ dederat tutores filijs in testamẽto destinauit testamẽtũ mutare: & nõ fecit propter mortẽ cito superueniẽtẽ, quasi dicat si vixisset pater multo tempore post testa. & sic præsumeretur eum scire tutorem esse prodigum, vel bona eius vendita fuisse: vel eũã in veritate sciret, & non repulit eum à tutela filiorum, non imputabitur contutoribus quare ei permiserũt administrationem, & sic q̃ eo nõ tenebũtur cum nõ est soluẽdo. Viu.

Sic ĩ P. Florẽ. Haloand. autem legit, secundus tertio gerendã mã dauit. tertius nihil omnino gessit.

Sic ĩ P. Florẽ. Haloan. scripsit pœnæ dẽpta actio.

Dati sunt. A testatore vel iudice.

Quatenus. Id est, in quantum. Accur.

Et tutorum. Altius orditur. Accur.

In solidum. Hoc cum non est diuisa, vel etiam à se, aliàs secus: vt C. de di. tu. l. 2. & §. eo. l. si duo. Accur.

NAm & ſi ſub cõditione ſit hæres inſtitutus quis, à quo posthumus non eſt exhęredatus: tamen pendente conditione rumpitur gradus: vt & Iulianus ſcripſit. Sed & ſi ſit ei ſubſtitutus quis: tñ deficiente conditione primi gradus, non admittetur ſubſtitutus: à quo. ſ. posthumus exhæredatus non eſt. Puto igitur exiſtente quidẽ conditione primi gradus, posthumo potius locũ fore. Post defectum autem conditionis natus posthumus gradum nõ rumpit, quia nullus eſt. rumpendo autem teſtm, ſibi locum facere posthumus ſolet: quãuis filius ſequentem gradum, à quo exhæredatus eſt, patiatur valere. Sed ſi à primo gradu prætereitus, à ſecundo exhæredatus ſit: ſi eo tempore naſcatur posthumus, quo aliquis ex institutis vixit: totum teſtamentũ ruptum eſt: nam tollendo primum gradum, ſibi locum facit.

Pendente cõditione. Si naſcatur posthumus. Azo.

Rumpitur. Nato posthumo. & hoc probat per ſimile.

Gradus. Ne poſſit adiri hæreditas ab inſtitutis: vt & ſup. tit. l. l. posthuma & facit ſ. ad Velleia. l. aliquando. §. ſi ſub conditione. & ſ. de acq. hære. l. cum hæreditas. §. 1.

Sed & ſi ſit ei. Inſtituto ſub conditione.

Primi gradus. Inſtitutionis.

Exhęredatus non eſt. Idem & ſi fuerit exhæredatus: ut ſ. §. fi. & ſ. l. proxi. Hu. Sed Azo ponit hic, quod à primo fuit exhæredatus: vt ſ. l. 3. §. fina. & ibi adiungit hunc §. quo caſu benè diſtinguitur ſit exhæredatus à ſubſtituto, vel non. * P. Fl. ẽt.

Exiſtente. Conditione ſubau. quod probatur per principium huius leg.

Posthumo poti. Quàm ſubſtituto. Accur.

Quia nullus eſt, Similia ſ. de ædilit. edic. l. bouem. §. fin. & de cap. di. l. liberos. §. fi. & ſ. de vſuf. leg. l. Sẽpronias. circa princ. & ſ. rerum amor. l. ſi cõcubina. in prin. & ſ. de lega. 1. l. ſi fundũ. §. pen. Sed arg. contra ſ. de fer. l. 1. §. ſi vero. & ſ. de act. empt. l. ex empto. §. is qui. & ſ. eod. l. qui vxorem. & ſ. vſufr. quemad. caue. l. 3. §. 1.

Solet. Et totum rumpit: vt ſ. proxi. quamuis &c. & eſt ratio: vt no. ſ. titu. l. 3. §. fi. Acc.

Quamuis. Hic verſus optimè eſſet in fi. legis.

a Filius. Iam natus prætereitus. Accur.

b Sed ſi. Aduerſatur ei quod de filio, non qã de posthumo dicit.

c Vixit. Alioquin cum nullus ſit primus, nec ſecundus pendeat

q̃n rũpat teſtm, & oĩno mõſtroſi materiã vide in l. non ſunt liberi. & ibi Doc. ſ. de ſtatu ho.

In P.P. aliã poſſe riorum,

Sic in P. Fl. Hol. it legit. Sed & ſi ſtatulio, liud teſtm, a quo posthumus exhęredatus nõ ſit, factũ ſit, placet &c.

Deniq;. Non poſſunt. Tũ quia primi nondũ repudiãt, tum quia eorum gradus etiã nullus eſt, etiam ſi moriatur posthumus: vt ſ. titu. 1. l. ſi posthumus a primo. & l. ſi a primo. in fi. & l. proxi. quæ continuatur cum iſta.

Primus. Secus e contra, vt ſ. eod. l. nam & ſi. §. ſi.

Mõſtro fus q̃s dicatur, &

Si naſcant. Ad nullũ declinantes monſtrum, vel prodigium: vt ſ. de verbo. ſig. l. quæret. & l. oſtentum. & C. de posthumis. l. 3. & ſ. de ſtatu. hom. l. non ſunt.

Sed

pendeat ex tempore natiuitatis posthumi, non rumpitur. secũdus, à quo est exhæredatus: vt ff. de ven. in poss. mit. l. 1. §. si venter. ibi, q̃ si non viuant. Accur.

Si quis filio. Catius in hac l. vsque ad §. irritũ. est talis: Titius habebat filium Seium: qui Seius habebat vxorẽ prægnantem: fecit hic Titius testamentum, & exhæredauit dictum suum filium, & Caium extraneum instituit sibi hæredem sub cõditione, si nauis venerit ex Asia. mortuo Titio, & pẽdente conditione institõnis dicti Caij, dictus filius exheredatus decessit vel etiam post existentem conditionẽ, deliberãte dicto hærede instituto, dictus exhæredatus decessit, & postea natus fuit nepos, qui erat in vẽtre vxoris Seij tempore testamẽti Titij, quærit an hic nepos rumpat testamentũ Titii aui sui? Et vt quod sic: q̃a non fuit ab auo institutus, vel exhæredatus, sed præterit*. Dicit tñ hic, q̃ non rumpit: quia non fuit necesse exhæredari, vel instituí dictũ nepotem in ventre existentem, cum pr̃ dicti nepotis eũ præcedebat tpe testamenti Titii aui, & ita institutus præfatus habebit totã hæreditatẽ Titii existente cõditione sua institutionis, vel cõpleta sua deliberatione, quã cæpit facere post existẽte cõditione institutionis, & volẽte eo instituto hæreditatẽ habere. Sed quid si nolit habere institutus hereditatẽ? Certè erit dictus nepos tuus hæres ab intesto auo suo, & vtrumq; de pd̃ictis habet propriã rõnẽ & primũ habet talẽ rõnem: quia ille demũ agnascendo rumpit testm̃, quem nemo præcedebat tpe mortis testantis. in nostro autẽ casu præcedebat filius nepotem nasciturum. vnde, sicut dictũ est, non fuit necesse, quod dictus nepos institueretur, vel exhæredaret. Secundum autem habet talem rationem, quia ille succedit ab intestato illi qui mortuus est, cui est delata hereditas mortui, & nulli alii ante eum: filio autem præterito exhæredato non fuit delata hæreditas patris sui ab intestato: quamuis institutus a patre repudiauit: qa deliberante instituto, vel pendente adhuc conditione institutionis instituti, decessit dictus filius exhæredatus. illud tñ. s. quod dictus nepos succedat auo ab intestato, instituto prædicto repudiante: ita demum verũ est, si tpe mortis dicti sui aui fuit nepos prædictus in vtero vxoris filii, sicut & in principio casus dixi. Si autem post mortem aui fuit conceptus, & mortuo patre suo natus: certè nõ venit ad hæreditatem aui de iure ciuili tanquã suus hæres aui. cum non erat adhuc animal tempore mortis aui: neq; ad bonorum possessionem de iure prætorio, tanquam nepos, siue cognatus aui. Sed quid retẽto eodem casu, si dictus nepos erat in vtero tempore mortis aui: pater autem suus erat apud hostes, & decessit apud hostes, post mortem dicti aui, nunquid nepos prædictus ab auo præteritus (vt dictum est) rumpit testamentum aui, nascendo post mortem aui? Et dicitur quod sic, nam hoc casu benè fuit necesse, quod auus instituerẽt eum, vel exhæredaret: quia pater eius nepotis non præcedebat eum nepotem tempore mortis aui: quia non creditur fuisse in rebus humanis dictus filius apud hostes captus tempore mortis aui? quia apud hostes decessit, quamuis si dictus filius fuisset reuersus ab hostib* post mortem aui prædicti, qui erat suus pater, & inuenisset se ab eo præteritum, faceret testamentum eius iniustum, & ipso iure nullum. Sed quid si dictus filius ab hostibus captus suscepit nepotem apud hostes, quia vxor eius iuit ad eum, vel fuit capta cũ eo, & hoc viuẽte auo prædicto, & in ciuitate existente: & postea moriat apud hostes dictus filius, & postea moriatur auus in ciuitate, qui auus sciebat rem in tali modo, vt dictum est ff. & postea nepos reuertatur ab hostib. cum mate suã: Certe rumpit testamentum aui inueniens se in eo præteritum. sicut. n. filius ab hostibus rediẽs: & inueniẽs se præteritũ ab eo auo q̃ ẽ suus pater, habet possliminiũ. & rumpit testũ patris, vt dictum est: ita ẽt hic nepos, nõ. n. est vis, vtrũ nepos fuit conceptus in ciuitate viuo auo, an vero apud hostes fuerit conceptus, & redeat tali modo, vt dictũ est. vel dicatis q̃d nepos reuertus cum patre, & matre vt notaui in libro meo. Per ea ergo quæ dicta sunt, apparet quod sui hæredes succedendo. n. nascendo post factũ testm̃, non rumpunt testm̃. si. e tint in eo instituti, siue sint in eo exhæredati ab eo gradu, ad quem defuncti hereditas defertur. Si ille gradus, a quo exheredati sunt dicti filii hæredes, valeat, vt quia conditio institutionis illius, qui erat institutus in dicto gradu: a quo gradu exhæredatus est, suus extitit, & institutus adiuit, vel in institutus pure in tertio gradu adiuit, vt dictum est in prin. huius casus: alias si nõ valeret dictus gradus, nõ esset dubitari necesse, quod nõ reperetur: quia ille gradus, qui nullus est, nõ põt rumpi: ff. l. proxi. §. post de fectum. siue ergo valeat, siue non valeat ille gradus, à quo suus exheredatus est, non rumpit eũ dictus suus. Quod autẽ dictum est in ver. sed & si pater, &c. quod nepos præteritus ab auo succedẽs in locũ patris sui ab hostibus captis rũpit testm̃ aui, verũ ẽ: secus aũt eẽt, si inueniret se institutum, vel exhæredatum: quia tunc non rumperet testm̃ dicti aui: & q̃d dictum est de captiuitate patris: idem est de morte dicti patris, vel alia pœna alio irrogata, per q̃ eximerat de prãte testantis: nam semper non rumpit nepos testm̃ aui, si inueniat se ab eo institutum, vel exhæredatum. Viu.

Non rumpi. Ipso iure: vt ff. tit. prox. l. si quis posthumos §. si filium. sed per querelam: vt C. de inoff. testa. l. si quis filium. Azo.

Hmõi nepos. qui nascitur ex filio mortuo post auũ, alias secus: vt Insti. de exhær. lib. l. posthumorum.

Ab intestato. Non ergo obstat iure intestati. l. hęres omittens, q̃ obstabat iure testari. ff. si hęres adeat: quia excluditur nepos: vt ff. vnde libe. l. scripto. Accur.

Mortis. Scilicet testatoris: vt Insti. de hær. ab inte. §. ita demum. Et ff. eo. l. posthumorum.

* Ab intestato. Ratio secundi dicti.

Idem [illegible] VI.

Si quis filio exhæredato nuru prægnante relicta decesserit, & extraneum sub conditione instituerit: & pendente conditione post mortem patris, vel deliberante

Nepos præteritus ita demum rumpit testamentum si tempore mortis aui eum filius non præcedit verè, vel fictè, sed ab intestato succedit vt suus, si tempore quo testamentum destituitur, proximus reperitur: si in vita aui fuit conceptus h. d. vsque ad §. sine autem.

hærede instituto de adeũda hæreditate, exhæredatus filius decesserit, & nepos fuerit natus: an rũpat testm̃? Et dicemus testamentum non rumpi: cùm nec exhæredari hiusmodi nepos debuerit ab auo, quẽ pater præcedebat. Planè si ferè institutus omiserit hæreditatem: hunc auo suo futurum hæredem ab intestato non dubitatur: vtrumque proprijs rationibus. Nam agnascendo quidem is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore: ab intestato verò succedit is,

* In P.Fl. succedit is cui ãs eum alius non est.

Hæreditas. Vt Insti. de hęre. ab intest. §. cum autem quęritur, & Insti. de leg. agnato. suc. §. proximus. & ff. de suis & leg. l. post consanguinitatem. §. prox.

Sed hęc ita Facit ff. de suis & legi. l. 1. §. sciendum. & l. Titius, & infra, vnde cog. l. 1. §. si quis proximior. & quod no. Institu. de

* P.Fl. cui ante eum alij.

hære. ab intest. §. cũ autem quęritur.

c Sed si pater. Facit sup. titu. 1. l. Gallus. §. quid si is. & §. in omnibus. & §. viden dum. & infra eod. l. pen. Sed contra ad finẽ huius §. ff. eo. l. sed nec. Sol. ibi.

d Quoniam datur. Vt C. de cap. l. 1. & no. supra, ex quibus cau. maio. l. ab hostibus. §. 1. & supra tit. 1. l. Gallus. §. si eius. Accur.

e Valeat. Põt enim esse, quod nõ valeat aliquo liberorũ prętorito: vt ff. ti. 1. l. fin. Accur.

f Quocunque. Siue per captiuitatem de fierunt dico in potestate esse, siue per &c. Azo. & habeas ibi §. irritum. & nõ hic, siue &c. nec ibi quoties &c.

¶ Irritũ. CASVS. Dictum est sup. e. l. 1. in vltimo respon. de vno mõ, quo testamentum fit irritũ: nunc ãt illã materiam de testamento irrito vult Iurisconsultus altius pertractare: & de ea tractat per totam hãc l. & seq. & vsque ad l. certum est. Et diuidas hãc l. hoc modo, vt ponas vnum casum vsque ad §. eius qui deportatur &c. Aliam aut em vsque ad §. hi autem omnes &c. Alium vsq; ad §. sed nec eorum &c. Alium autem vsque ad §. quatenus tamen &c. Alium vsq; ad §. filiusfam. qui continuatur cum l nam si &c. Ponas ergo ita casum huius §. irritũ. Si post testamẽtum factum testator ab hostibus capiatur, vel passus sit testator se vendi ad pretũ participãdum, vel sit dãnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia pœna, quę vitã ei adimat. fit testamentum eius irritum statim cum sniam passus est: nec expectatur, quod per pœnam sit consumptus: nisi sit miles de militari delicto ad mortẽ damnatus: & in ipsa damnatione permissum sit ei testari: nã tunc nõ solũ põt testari post sniam contra se latam, sed etiam testamentum, quod prius fecit, valet, si dixit illud velle valere. Sed quid si aliquis à Præside sententietur deportandus post factum à se testm̃? Certè irritum fit eius testm̃. hoc tamen intelligas cum Imperator cõprobauerit sententiam Præsidis latam super dicta deportatione, & non ante: nam cum Præses sententiat aliquem deportandum, scribit hoc principi, antequã sententiam executioni mandet: & principis responsio expectatur: & idem si Præses interlocutus est scribendo principi de decurione puniendo, vel de puniendo filio, nepoteve decurionis, post sniam de eis puniendis a se Præside latam, nam non statim lata sententia Præsidis, est pœne seruus dictus decurio, vel filius, vel nepos eius: sed cũ præceps cõprobauerit per suas literas dictam præsidis sententiam: licet post sententiam a Præside latam soleãt recipi in carcerẽ dicti deportandi, vel decuriones, vel filij eorum. & nepotes: vnde si ante responsionẽ principis decesserit dictus deportãdus, vel decurio, vel filius decurionis, vel nepos, valebit eius testamentũ: nisi cõsciisset sibi mortem eo qd volebat potius mori, quàm dãnari ex delicto qd se commisisse sciebat. Si autẽ consciisset sibi mortẽ alia de causa, non irritatur eius testamentum: puta tædio vitæ, vel propter impatientiam aduersę valetudinis, vel causa iactationis sicut faciunt quidam philosophi. Si autem iste talis non fecit testamentum, cognatis defertur eius hæreditas. Prędicta autem distinctio habet locum etiam in milite, qui fecit testamentum, vel ab intestato decessit. Sed quid si prædicti, quorum testamenta facta sunt ir

Eius qui perdit ciuitatem, vel libertatem, vel vitam per sententiam, testamentum rumpitur, fallit in milite, si ei per sententiam à iudice referretur. hoc dicit vsque ad §. eius qui.

Irritum fit testamentum, quoties ipsi testatori aliquid contingit; vt puta si ciuitatem amittat per subitam seruitutem, ab hostibus (verbi

rita pp causas supradictas appellauerunt a sniis contra eos latis? Certe capite non minuuntur: nec eorum testamenta fiunt irrita: sed & de nouo testamentum facere possunt: nec etiam ea ratione, quod videantur incerti de statu eorum prohibentur de nouo testamẽtum facere: sed & si prędes non recipit appellationem eorum: sed pœnam eorum remoratus est, scribedo Imperatori, qualiter eos prędes per sententiam damnauerat: non fiunt eorum testamenta irrita interim, & bene debet prędes taliter remorari pœnã: vt dictum est, nisi in casibus: veluti si ille quẽ condẽnauit, est latro manifestus, vel talis qui cõmouit seditionem in ciuitate, quã regebat prędes prędictus: vel talis qui commisit factionẽ cruentã. puta quia interfecit vnum de maioribus ciuitatis: vel si sit alia iusta causa, propter quã immineat ciuitati periculum, nisi incõtinenti puniat cõdẽnat*: his. n. casibus nõ tenetur prędes Imperatori scribere, sed statim condemnatum punire debet, & postea scribere hoc Imperatori ad suam excusationẽ. Sed pone, quod aliquis fuit damnatus illicitè: vt putã

nisi de iure militari: puta quia erat dictus Seius depotatus: substituit ei Caium, quem iure communi potuerat instituere: & postea decessit post annum, quo fuit missus de militia: certè testamentum sit irritum, quàtum ad primum gradum prædictum: ea enim q̃ fiunt iure militari, nõ valent post annũ missionis: & ita Seius primo gradu institutus non habebit hæreditatem: sed Caius secũdo gradu institutus. Viu.

Nam si miles. Quidam habẽt, nã si: & continuatur sic, dixi veteranum militis testamentum tenere etiam post annũ à die missionis, & ẽt si emancipatio interuenerit: sed hoc vbi iure cõmuni testatus est: nã si iure ciuili, id est, militari coram duobus, vel tribus testibus, &c. quod non placet: quia tunc post annum nõ valet in aliquo gradu: sed hæc lex vult cõtra. Dic ergo principium l. si miles. & quod iure ciuili, id est, communi: scilicet coram septem testibus fecit testamentum.

In P.F. incipit, verũ, ẽ, &c.

Militari. Vt deportatum: vt ĵ de mil. test. l. neq; §. 1.

Secundo. Sic §. ti. 1. l. 3. §. 1. Accursius.

Ertum est. Dictum est §. eo. l. 3. 3. respons. quod testamentum rumpitur, si agnascitur testatori suus hęres, non institutus ab eo, vel exhæredatus: certe hæc lex dicit esse idem, si post testamentum testator adoptet, vel arroget filium tuum, vel filiam.

¶ Filia. Titius habens filiam, & nepotem ex filio mortuo, eos simul emancipauit: & postea fecit testamentum, in quo eos prætertjt: certè nõ faciunt testamentum irritum, vel iniustum: quia vna emancipatione exierant de potestate patris, illi autem soli faciũt iniustum, qui sunt in potestate: & non est vis in eo quod dicit vna, qa ita fuit de facto, quod eos simul emancipauit, vt dixi: sed & idem esset, si in diuersis tẽporibus eos emancipasset: quia semper non faciunt testamentum iniustum, cum nõ sint in potestate patris, eiusdem ĵs, aui, quo ad nepotem. Viu.

Certum est adoptione. Nam & sic trasint hoc iure in potestate: vt §. de adopt. l. 1. sed hodie contra, & sic non tenetur cum instituere: vt C. de adoptio. l. cum adoptiuis. § sed ne articulũ. & §. sed si quidem. secus in arrogato: vt hic, & d. §. fi. Acc.

Solet rũpi. Vt sup. ti. 1. l. filius. §. 1. & Insti. quib. mo. test. infir. in prin. & hoc nisi sit institutus ante adoptionem: vt §. tit. 1. l. filio. §. fi. quæ est contra. Acc.

Vel nepos. Ex filio. nã ex filia sequeret sui patris post testatem: non aui materni: vt Inst. de pa. pot. §. f. Accu.

Ertum est. Dictum est §. eo. l. 3. 3. respons. quod testamentum rumpitur, si agnascitur testatori suus hęres, non institutus ab eo, vel exhæredatus: certe hæc lex dicit esse idem, si post testamentum testator adoptet, vel arroget filium tuum, vel filiam.

¶ Filia. Titius habens filiam, & nepotem ex filio mortuo, eos simul emancipauit: & postea fecit testamentum, in quo eos prætertjt: certè nõ faciunt testamentum irritum, vel iniustum: quia vna emancipatione exierant de potestate patris, illi autem soli faciũt iniustum, qui sunt in potestate: & non est vis in eo quod dicit vna, qa ita fuit de facto, quod eos simul emancipauit, vt dixi: sed & idem esset, si in diuersis tẽporibus eos emancipasset: quia semper non faciunt testamentum iniustum, cum nõ sint in potestate patris, eiusdem ĵs, aui, quo ad nepotem. Viu.

Certum est adoptione. Nam & sic trasint hoc iure in potestate: vt §. de adopt. l. 1. sed hodie contra, & sic non tenetur cum instituere: vt C. de adoptio. l. cum adoptiuis. § sed ne articulũ. & §. sed si quidem. secus in arrogato: vt hic, & d. §. fi. Acc.

Solet rũpi. Vt sup. ti. 1. l. filius. §. 1. & Insti. quib. mo. test. infir. in prin. & hoc nisi sit institutus ante adoptionem: vt §. tit. 1. l. filio. §. fi. quæ est contra. Acc.

Vel nepos. Ex filio. nã ex filia sequeret sui patris post testatem: non aui materni: vt Inst. de pa. pot. §. f. Accu.

les iure ciuili testamentum fecerit, & primo gradu hæredem eum scripserit, quem iure militari poterat, secundo eum, quem communi iure potest, & post annum missionis decesserit, primus gradus irritus fiet, & à secundo incipiet testamentum.

Agnatione filij ciuilis, rumpitur testamentum. Bar.

VIII.

Ertum est adoptione, vel arrogatione filij filiæve, testamentum rumpi, quoniã sui hæredis agnatione solet rumpi.

Præteritione filij, vel nepotis emancipati, testamentum non rumpitur. Bart.

Filia cùm emancipatur, vel nepos, quia vna emãcipatione exeunt de potestate, testamẽtum non rumpunt.

Per reuersionem testatoris ab hostibus, vel filij instituti, testamentum non rumpitur. Bartolus.

IX.

I pater ab hostibus capiatur, filio manente in ciuitate: reuerso eo, non rumpitur testamentum.

X.

Ed nec filius postliminio rediens, rumpit patris testamentum: vt Sabinus existimauit.

Per secundas tabulas vacuas, prima non rumpuntur.

XI.

Ibinæ tabulæ proferantur diuersis tẽporibus factæ: vnæ prius, aliæ postea, vtræque tamen septem testium signis signatæ, & aperræ posteriores vacuæ inuentæ sint, id est, nihil scriptum habentes omnino, superius testamẽtum non est ruptum, quia

Quia vna. Aliàs vna cum: aliàs deest cum. Item dic quod dictio vnã, est ablatiuum. q. d. simul cum emancipantur exeunt. Vel dic, q̃ fit nomen adiectũ de emãcipatione. q. d. filia exit vna & nepos alia emãcipatione: sed in filijs exiguntur tres secundũ antiqua tẽpora, quæ hic contiderauit: sed hic in omnibus sufficit vna: vt C. de adop. l. fi. non ergo est hæc lex pro eis, qui dicunt emancipato filio per consequens videri nepotẽ emãcipatũ, quod reprobatur: vt sup. de adop. l. fi. nepos. nam nec hic quicquã de filio dicit.

Testamentum. Quod postea faciet pater, id est, non facient nullum, licet præteream: vt quod faceret, si esset in potestate: vt supra eo. dem. l. prima. Accursius.

I pater. Titius instituit sibi hæredem filium tuum Seium in testamento, qui ciuitate fecit, post est fuit captꝰ ab hostibus. & sic fuit factum irritum dicti testamentum: vt §. eo. l. si quis. §. irritũ. & postea reuersus est ab hostibus, & sic testamentum recipit suas vires iure postliminij: vt d. l. si quis. §. quatenus. certe nõ rũpit dictũ testamentum, id est non facit iniustum dictus filius, cũ sit in eo institutus: vt §. posuit. sed retento eodem casu, si filius fuit captus ab hostibus, & pater in ciuitate remãsit, & postea reuertatur dictus filius: nõ fecit iniustũ testamentum prædictum, cum in eo fuerit institutus. Viuianus.

Ista lex ad hoc allegꝫ ꝙ secundũ testm minꝰ solenne, primũ solẽne non rũpit: de quo Bart. in l. si iure. col. 2. vers. q̃ro, dicit testatoꝛ. ĵ. de leg.

Filio. Instituto à patre. Acc.

Eo. Scilicet patre. Acc.

Rumpit testm. Quod fecerat pater ante captiuitatem, nã, si in captiuitate, nõ valeret: vt §. de test. l. eius. Azo. Alij dicunt filiũ fuisse testatũ patre capto, quod nõ rũpitur reuerso patre post mortẽ filij: quod nõ placet, quia nõ potest testari, cũsit incertus sui status: vt ĵ. vnde leg. l. 2. §. si decesserit. Aliud in filio deportati, quod dic, vt not. C. de lent. pas. l. fi. Acc.

Ed nec filius. Subaudi si institutus, & sic nõ obs. §. eo. l. si quis filio. exhær. §. sed si pater. in fi. §. Ac.

Ibinæ. Titius fecit testamentum in scriptis, & fecit illud signari signis septẽ testiũ: & instituit in eo sibi hęredẽ Seiũ: postea fecit per annum, & accepit quandã chartã non scriptã, & fecit eam signari septẽ testium signis, volens dare forte intelligere consanguineis suis, ꝙ aliud testaũ faceret in scriptis ad eorum vtilitatem, in ea tunc charta nihil omnino scripsit. Certe hæ secundæ tabulæ non rumpũt primas: quia secundæ sunt nullæ, & nihil valent. Viu.

Nullum

Nullum est. Quia non est ibi testatio mentis: quod est necesse: vt §. de test. l. 1. & facit Insti. quib. mod. test. infir. §. 1. & §. ad Vellej. quamuis. §. si conuenerit. & ĵ. de adi. leg. l. & si transferam. & Insti. quib. mod. tol. ob. §. præterea. Hug. & §. tit. 1. l. si filius. Acc.

Osthumus. Titius habens vxorem prægnantem fecit testamentum: & fecit illud signari septẽ testium signis: & instituit sibi Seium extraneum hæredem, & præteriit ventrẽ vxoris, postea viuente dicto Titio vxor sua peperit, & sic ruptum fuit testamentum, & postea ante dictum Titium patrem decessit dictus posthumus, certè q̃uis hęres in dicto testamento institutus non potuisset habere hæreditatem de iure ciuili, vel bon. poss. de iure prætorio, si dictus posthumus vixisset post mortem patris, eo quod dictum testamẽtum per dictum posthumum ruptũ est, vt dictum est: tñ quia decessit posthumus ante patrem, videtur nec natus, vnde institutus habet hęreditatem, vel bonorum poss. & legatarij, quibus fuit legatum in dicto testamento, legata sua consequentur. Et quod dictum est in testamento rupto, habet locum in testamento iniusto, & in testamento irrito. Et in testamento iniusto ita pone exemplum. Dictus Titius habens filium in potestate, instituit sibi hæredem Sempronium consanguineum suum, & dictum filium prætexit: & sic est testm suum, scilicet Titij, iniustum, siue ipso iure nullum: vt sup. eod. l. 1. postea decessit dictus filius ante patrem, certè perinde erit, ac si nunquam fuisset dictus filius in rerum nat. & sic dictus Sempronius habebit hęreditatem, vel bon. poss. qui quidem Sempronius habuisset hæreditatẽ ab intestato, si dictus filius nũquã fuisset in rerũ natura, & dictus Titius intestatus decessisset, secus autẽ si dictus Sẽpronius non fuisset ita coniunctus testatori, vt dictum est: quia tunc non haberet hæreditatẽ, vel bo. possẽ. licèt filius qui fecit esse iniustum testm, decesserit ante patrem. Alii dicunt, quod siue erat ita coniunctus testatori Sẽpronius, siue nõ, semper debet habere hæreditatẽ: & in litera subaudiunt hic maximè. In irrito autẽ ita pone exemplum. Pone quod dictus Titius fecit testm: & in eo instituit dictum suum consanguineum, cum nõ haberet filium natum, vel nasciturum. postea fuit idẽ Titius captus ab hostibus, vel passus est se vendi ad pretium participandũ, vel fuit damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliã pœnã, quæ vitam adimit. vt sup. eo. l. si quis. §. irritum. vel fuit deportatus: vt d. l. si quis. §. eius qui. vel etiã post mortem suam fuit dãnatus l. iul. maie. & d. l. si quis §. sed nec. quibus omnibus casibus testamẽtũ cõstituitur irritũ: & ante mortẽ suã indulgentia principis restitutus est dictus testator, & postea decessit: vt d. l. si quis. §. quatenus. Vel ante mortẽ suã appellauit, & postea decessit: certe habebit dictus institutus hær. vel bono. poss. & tenebitur legatarijs legata præstare

In P.Fl. remq; obtinebit.

quamuis dictã hæreditatem vel bon. possessionem habere nõ potuisset, si non fuisset restitutus testator, vel si nõ appellasset.

¶ Si paganus. Titius fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem Seium: & multa legauit quibusdã: & seruo suo libertatem dedit: postea fecit secundum testamentum: & instituit sibi hæredem Caium, & fidei eius Caij commisit, vt prius testamẽtum valeret, certè nihilo minus est ruptum prius testamentũ: sed omnia, quæ in eo continentur, possunt ꝑ fideicõ. peti à Caio scripto in secundo testamento. Viu.

Videatur. Vt §. e. l. 3. §. ex his. Acc.

Signatum. Ad qđ C. de secund. tabu. l. 2. Hug.

Vide q̃ scripsit in hũc locũ Alc. li. Parad. 3. c. 8.

Hæreditatemq́ue. Alias rẽque. Sed cõtra, C. de posthu. hæred. instit. l. 2. Solu. ibi post mortem defuncti decessit, hic in vita: vel aliter, vt ibi dixi. Itẽ cõtra Insti. de exhær. li. in prin. Sol. ibi in nato tempore testamenti: hic post. Item contra, ĵ. eo. l. qui vxorem. Solue. vt ibi. Acc.

Dic secundum Bar. hic, quod ibi decessit post mortem fictam, & sic ratio est eadem, sicut quando decessit post mortẽ veram. & hoc quod dicitur de decedente posthumo post mortem, intellige quando decessit in tali ætate, quod testamentum post mortem aprobare non potest: si enim non posset approbare, & approbaret, esset idẽ quod in filio iam nato. de quo per Bar. in l. filio prætento, infra eo.

Obtinebit. Iure prætorio, non ciuili.

Relicta sunt. Contra inf. de leg. 2. l. si quis testamento. Sol. ibi de rigore, hic de æquitate. Vel illud in filiis ab intestato venientibus: argu. ĵ. de leg. 2. l. Celsus. §. fi. hic in extraneo veniente ab intestato: quia in codicillis fuerat hæreditas relicta per fideicommissum, vel veniente ex testamento per secun. tab. secũdum Azo. & Hug. & facit §. ti. 1. l. si à primo. & l. posthumus. 2. respon. & ĵ. de codic. l. conficiuntur. §. si quis post. in fi. & ĵ. de fideicom. lib. l. fi pater duos. & ĵ. ad Trebel. l. cũ hæres instituta.

Iniustum Id est, nullum quod est filio præterito, vt est exemplum ĵ. eo. l. filio.

Iniustũ testm hic dici, i quo desunt solennia. Irritum autẽ ex quo hĩs nõ adierit, putat Alc. eo loco quo fu. monui mus.

Irritum. Per capitis diminutionem testatoris, qui postea fit sui iuris: vt Institut. quib. mod. testa. infir. §. non tamen. & quod subiicit, si bonor. posset. l. contra tabul.

Data. Id est, delata fuit ei, scilicet filio præterito, non tamen ea voluit, sed tenuit, qui &c. & secundum hoc refert se tantum ad iniustum non ad irritum hic versiculus, si bonorum &c. secundum Azo. Alii referunt ad vtrumque, & dicunt, si bonorum possessio secundum tabulas, fuerit delata, subaudi. & accepta, ei, scilicet hęredi scripto qui rem &c. sub. maxime. erat enim forte alius filius institutus, & alter præteritus: vt §. tit. 1. l. fina. sed præteritus non vult. & secundum hoc dic auferre ab extraneo, vel etiam a fratre pro patre. Accursius.

Fidei hęredis committere. Scilicet se. Accur.

a Libertates. Scilicet directæ: & institutio trahitur ad fideicom. vt ff. de mil. test. l. quærebatur. & facit Instit. quib. mod. test. infir. §. sed si quis. & ff. ad Treb. l. si quis priore. & ff. de hæred. instit. l. fin. & quod no. ff. de ijs qui notan. infa. l. furtu. §. 1.

POsthumorum. CASVS. Non solum dicũtur post humi illi, qui nascũtur post mortem testatoris, vel in vita, post testamentũ tamen factum. vt ff. e. l. posthumi. sed etiã illi, qui sunt nati ante testamentum parentum, fiunt tamẽ parentibus sui hęredes succedendo in locum sui hæredis. de quo ita ponas exemplum. Filium, & ex eo nepti, vel nepotem in ptãte habeo: certe quamuis nepos, vel neptis p̃dicti sint ita bene i potestate mea sicut filius: tamen filius prædictus præcedit eos, quãtum ad me, gradu: & ita ipse solus hẽt iura sui hęredis: si ergo dictus meus filius moriatẽ me viuo, aut exeat de potestate mea qualibet alia rõne, incipiunt dictus nepos, & neptis succedere in locum filii: sicq; iura suorũ hæredum nãciscuntur quasi per agnationẽ: & ita fiunt mihi loco posthumorum: sicut ergo teneor instituere nliũ existẽtem adhuc in mea potestate, vel exhæredare, si volo valere testamentu meum: ita teneor instituere, vel exhæredare dictos nepotẽ, & neptem, si volo testamentũ meum ab eis nõ rũpi: eis tali modo vt dictum est, succedentibus mihi in locũ suorum hæredum. h. d. Viu.

b Is solus. Vt Instit. de hæred ab intesta. §. ita demum. & infra de contrab. l. illud. §. 1. & Instit de hæred. qualit. & diffe. §. sui. Acc.

c Viuo. Demum. secus si postea: vt ff. eo l. si quis filio. 1. respon. nisi apud hostes filius decesserit. vt d. l. si quis filio. §. sed & si pater & ff. tit. l. 1. si quis posthumes, § diuersum. & C. de inoff. test. l. si quis nlium. & per hoc differt hic nepos ab ascendentibus, puta patruus defunctis, q partes & post mortẽ filiorũ suorũ succedũt in locum nepotũ, & irritant filiorũ test: vt ff. de inoff. test. l. pater filium. non agnatcendo, sed per contrat. ab vt ibi no. Sed illud forte speciale est in patre: quia eundem gradum obtinet ad filium, quem nepos ad eundẽ

Pater filij testamẽtũ irritat.

rent: omnimodo prius testamentum ruptum est, quo rupto, quæri poterit an vice codicillorum id valere debet, cum & hæc verba sint fideicommissi? Et sine dubio vniuersa, quæ illic scripta sunt, in causa fideicommissi erũt: non solum legata, & fidei commissa, sed & libertates, & hẽdis institutio.

Filio sublato de medio nepos tenet locum sui, & testamentum rumpitur, si non reseritur institutus, vel exhæredatus. Bar.

XIII.

POsthumorum loco sunt & ij, qui in sui hæredis locũ succedẽdo, quasi agnascendo, fiunt parentibus sui hęredes: vt ecce, si filium, & ex eo nepotẽ, neptemve in potestate habeã: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet, quamuis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius meus me viuo moriat, aut qualibet alia rõne exeat de potestate mea, incipit nepos, neptisve in eius locum succedere, & eo modo iura suorum hę

redum quasi agnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium, vel hæredem instituere, vel exhæredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentũ, ita & nepotem, neptemve ex eo necesse est mihi, vel hæredem instituere, vel exhæredare, ne forte me viuo, filio mortuo succedendo in locum eius nepos, neptisve, quasi agnatione rumpat testamentum. Idq; lege Iunia Velleia prouisum est.

Legitur duobus modis, primo si exhæredauit masculum, & natus est masculus nõ rumpit testamentum. Item si exhæredauit fœminam, & nata est fœmina, & sic diuersimode intelligitur. Secundo modo legitur, quod testator exhęredauit per hæc verba: si filius masculus natus, natave sit: tũc illud ve, accipitur pro & & vtrisq; natis testamentum rumpitur. Bartolus.

XIIII.

ITa facta sit exhæredatio, Si filius natus, natave filia sit, exhæres esto: vtrisq; natis non rumpitur testũ.

filium. f. primum. nõ ita in quo quod in patre: sed erit idem quod hic. & in nepote, vt non rumpat. nam non erat necesse eum institui, vel exhæredari, cum alias eũ præcederet: vt arg. eo. l. si quis filio. 1. resp.

Alia ratione. Vt per deportatio. ẽ: vt ff. titu. l. l. Gallus §. & quid si tantum. vel per maximam capitis diminutionem, vel etiã minimam, vt per emancipationẽ: vt d. §. dicitur.

Prouisum est. Secundo capite, quod de utroq; viuo tempore testamenti dicitur ff. tit. l. l. Gallus. §. nunc del. in fin §. & §. quid si is q̃ si nlũ in fin. Nec o. §. ll. salus. vbi dicit posteriori capite. l. Velleia non permittit instituí: quia verum est expresse, sed tacite sic. Vel aliter vt ibi plene no. Item contra in ea. l §. in omnibus. Sed expone ut ibi & facit Instit. de exãf. lib. §. posthumerum. & C. de l. b. præte. l. 2. & ff. de test. tut. l. si hæreditas. §. 2. Acc.

ITa. CASVS. Dictum est ff. e. l. 2. quod ad hoc vt valeat testamentum meum: necesse est quod instituam, vel exhæredem posthumum meũ in mea potestate futurum: alias rũpitur eo nato testamẽtũ meũ. Modo pone, quod ita dixi: si filius, vel filia natus, vel nata sit, exhæres esto, post testũ prædictum factũ, vel in uita, vel post mortem meã natus est filius, vel filia, certe non rumpit testamentum: quamuis sub conditione sint exhæredati: nam talis conditio intelligitur: etiam si non exprimatur. Viu.

Si nlius. Sed nonne hæc exhæredatio sub cõditione est facta: ergo nulla: vt ff. tit. l. l. 3. §. 1. respon. conditio hæc cum tacite intelligatur inesse, etiam apposita, pro non scripta habetur: & ideo pura videtur exhæredatio: vt ff. de cond. & demon. l. aliquando. & quando di. leg. ced. l. si Titio. §. fi. & ff. de hæred. instit. l. iam dubitari. Azo.

Natus. Secus si dixerit, si filius mihi nascetur, exhæres esto: quia nlia nata rumpitur testamentum: quia inuenit se præteritam, non exhæredatam: vt ff. de ven. in pos. mit. l. 1. §. quare & si ita.

Vtrisque. Diuisim potest intelligi, id est, vno filio nato non rumpitur testamentum: vel filia nata non rumpitur

Sic in P. F. Hal. aũt fustulit negationem, sed nõ recte. Aug. li. 4. ca. vlt.

rumpitur testamentum. sic ponitur C. de bon. quę lib. l. si. §. ipsum autem. sed vtroque nato rũpetur: vt arg. sup. tit. l. l. 2. & l. commodissimè, vel dic etiam vtroq; simul nato nõ rumpi. ar. supra. ti. l. l. si ita scriptum sit. Azo. & infra. tit. 2. l. Titius & Seius. & supra quod fal. tut. auth. l. 1. §. 1. & facit. ff. de test. tut. l. si quis ita. §. 1.

Statim cum posthumus nascitur, etiam patre viuo apud hostes, testamẽtum rumpitur: nec conualescit filio interim decedente. Bar.

XV.

QVi vxorem pręgnãtem habebat, in hostium potestatẽ peruenit: quæro, nato filio, quo tempore testamentum in ciuitate factum rumpatur? & si filius antè moriatur, quam pater, an scripti hæredes hæreditatẽ habituri sint. Respondi, non puto dubium esse, quin per legẽ Corneliam (quæ de confirmandis eorũ testamentis, qui in hostium potestate decessissent, lata est) nato filio, continuo eius testamentum, qui in hostium potestate sit, rumpatur: sequitur ergo, vt ex eo testamento hæreditas ad neminem pueniat.

Per secundum testamentũ in quo hæres est institutus purè, vel sub conditione, primum rumpitur: nisi conditio sit tacita.

XVI.

VRn in secundo testamento hæredem eum, qui viuit, instituimus, siue purè, siue sub conditione, si tamen conditio existere potuit, licèt non extiterit, superius testamentum erit ruptum. Multum autem interest, qualis conditio posita fuerit. Nam aut in præteritum concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurum. In præteritum concepta ponitur, veluti, Si Titius Consul fuit. quę conditio si vera est, id est, si Titius Consul fuit, ita est institutus hæres, vt superius testamentum rũpatur: tunc enim ex hoc hæres est. Si verò Titius Consul non fuit, superius testamentum non est ruptum. Quod si ad præsens tempus conditio adscripta est, hæ

Gloss. in cap. ex tenore sup verb. terminetis. extra de for. comp. ĩducit hãc legẽ in ar. q̃ literę q̃ ab initio nõ valẽt, ex postfacto conualescunt.

a Venerunt. Condito testamento, quo ventrem præterunit.

b Quo. i. aliquo tempore post captiuitatem patris, uiuo, vel mortuo patre. Duo enim quærit, an testamentum rũpatur per natiuitatem nlij: & an eo præmortuo reconualescat. & ad primam videtur nõ rumpi: nã est ruptum per captiuitatẽ: vt supra eo. l. si quis filio. § irritum ergo plus rũpi nõ potest, vt supra eo. l. nã etsi. §. 1. in fin. Sed dic contra: quia fictione l. Corne. valebit. vt infra de vulga. substit. l. lex Cornelia & sic potest rumpi. Secundo dicit nõ restitui post mortẽ filij: licet est cõtra supra eo. l. posthumus. Sol. ibi iure prætorio permittitur. hic ciuili uetatur. Vel hic propter l. Cor. quæ fingit eũ mortuũ prima hora captiuitatis, & sic iste ñ est verus posthumus, vtpote post mortẽ fictã natus, sicq; ruptũ non restituitur: vt C. de posthu. hæred. l. 2. & 3. alij subaudiunt, eo tempore quo &c. Acc.

Vm in secundo. Instituí mihi hæredem Caiũ in testamento meo, postea feci secundum testamentum, & instituí mihi Seium in eo, siue pure, siue sub impossibili conditione, siue sub conditione, quæ possit existere. Quæritur, an prius testamentum rumpatur? Respond. est differentia inter cõditiones appositas in institutione hæredis in secundo testamento instituti: quia aut est apposita in præteritum, hoc modo, si Titius consul fuit, instituo mihi hæredem Seium: & tunc si Titius cõsul fuit, valet secundum testamẽtum, & rumpitur primum: aliàs non. aut est in præsens hoc modo: si Titius consul est, instituo mihi hæredem Seium. & certè si Titius consul est, valet secundum testamẽtum: & rumpitur primum. Aliàs non si autem in futurũ: puta hoc modo, instituo mihi Seium, si Titius cõsuluerit. & tunc valet secundum testamentum, & rũpitur primum, siue existat conditio, siue non. nam existere potest. si autem dixisset in secundo testamento, instituo mihi Seium hæredem, si Titius digito cœlum tetigerit: tunc habetur pro pura institutio, propter impossibilem conditionem. & sic valet testamentum secundum, & rumpitur primum. Viu.

Vnit. Maxime subaudi. nam idem si posthumum. Vel dic ideo dicit, quia secus si iam mortuus, sicut si non capacem: vt ff. de ijs quibus, vt indignis. lege, cũ quidam. Azo.

Tenuit. Hoc expone: vt supra eodem. l. 1. Hu. Item exigitur & hoc, vt tale fuerit secundum testamentũ, quod hęreditas potuerit adiri de iure ciuili: si enim non de iure ciuili, licet de iure prætorio potuerit, non tamen rumpetur superius: vt supra titulo primo, lege, si filius qui in potestate. & infra eo. l. filio, secundũ Io. & facit infra, de adimen. leg. l. & si. & Instit. quib. modis testa. in fin. §. 1.

Si vera est. Id est, si uerum est quod ea conditione innuitur.

Quod si ad præsens. Facit ff. si certum petat. l. cum ad præsens, & l. seq. & ff. de verbo. obliga. l. conditio. & Instí. de ver. obli. §. conditiones. & ff. de condi. inst. l. ita ſtitutio. §. fi. Sed vt huic. §. contra. infra, de hær inst. l. fi Mœuia. Sed refert, cõditio de præsenti, vel prꝛterito sit

falsa, vt hic: an nugatoria, vt ibi. Item cõtra. ff. de legat. 2. l. si ita q̃s in testamento. Sed illud est propter largam & amplã significationẽ illius verbi potest. Item contra, infra de cond. & demonst. l. cum ita legatum. §. pe. sed illa est de futuro, licet implicet quoddam prętens, quod est falsum, & ita impossibile. & in illa refert, ponitur si, conditionaliter, aut causatiue: vt infra de condit. & demonstr. l. dem nastratio falsa. §. item si fundũ. At hic intelligendũ est ét de ea, quæ vera est conditio de præsenti vel præterito: nõ de ea quæ implicetur in conditione, vel in parte additionis. Hug.

Ista gl. est corrupta vsque ad fin. Fm Bar. nam debet dicere, non de ea quæ ĩplicat cõditionẽ, ĵ p parte ẽ de pñti, p parte đ futuro. Ol.

In P. F. nõ est &.

Potuerunt, in P. Flor.

Si sit. Scilicet Titius Consul.

Non sit. Ergo prius rũpitur secũdum Io. & est argu. ff. de condi. instit. l. fi. & de condi. & demonstr. l. obtinuit. & Instit. de hæred. inst. §. impossibilis. & adde hic quod ibi nota. Vel dic primum non rumpi, argu. ff. de iis quib. vt indig. l. cũ quidã & ff. eod. l. §. 1. & 2. Hugo.

Ilio. CASVS Institui mihi duos hæredes filios meos, & tertium, qui erat ĩ mea potestate, prætĕrij: certè si prætĕritus vult dicere testamentum nullum, & diuidere hæreditatem patris cum fratribus ab intestato: nõ valebit aliquid, quod fit in testamento: adeo quod nec libertates valebunt. si autem prætĕritus, nolluit prædicta facere, voluntas mea testatoris seruabitur de æquitate. Viuianus.

c Filio. Ablatiui absoluti. Accur.

d Fratribus. Institutis. & dic q̃p nec instituti fratres, nec hic filius præstant. cum ex toto sit nullum: vt ff. eo. l. si ego & Titius. Item quid si scripti erant extranei. a quibus partem suam frater auocauit? Respon. quod nec adhuc præstant extranei propter dictam rationẽ, licet sit arg. cõtrã. ff. e. l. posthumus, §. idem. sed hodie dic secus: vt C. de libe. præt. auth. ex causa.

e Tuebitur. Vel deponens, vel passiuum. Et not. quod licet hoc testamentum dicatur nullũ, in quo filius prĕteritus est: vt Inst. de exhæred. lib. in prin. & ff. tit. 1. l. si filius, tamen est intelligendum, si ipse velit dicere nullum, nõ si semper taceat. sic C. de inoff. test. l. scimus. in princ. vbi dicit ipso iure inesse repletionẽ. Item sic ff. de leg. 1. l. si fundum. § qui fundum. vel de rigore est nullum, sed hic de æquitate dicit. & not. ff. de legat. prætan. l. is qui, circa prin. & l. si duo, quæ huic cõsor. Item facit ff. tit. 1. l. fi. & infra de except. rei iudi. l. 2. & ff. eo. l. posthumus. Item cõtra C. de posthu. hær. l. 2. Sed ibi in posthumo. hic in iam nato.

Si quis. CASVS Dictum est ff. eo. l. 1. quod testamẽtũ nõ valet ipso iure, in quo pater prætĕrijt filiũ, quẽ habebat in potestate. Sed pone quod eũ instituit & postea eũ de nouo cepit in potestate habere. Certè valet ita bene testamentum ac si eũ instituisset in sua potestate existentem. Et ponit hæc lex exemplũ: puta quia instituisset sibi quẽdam extraneum, & postea eum arrogauit. & est ratio: quia, & si eum non arrogasset, institutio in eo locũ haberet, vt in extraneo. Vlp.

Habebit. Vt supra tit. 1. l. filio §. si. secus in exhæredatione: vt infra, đ cõtra. tab. l. non dubium est. §. si quis emancipatum. Accur.

Ego. CASVS Seius instituit mihi hæredem, & postea exhæredauit filium, quem ex vxore sua habere sperabat: & postea instituit ibi hæredem Titium: & ita tota gradatim inditionis meæ, & dicti Titij, exhæredauit dictum suũ posthumum: & postea substituit mihi Caiũ: & postea substituit dicto Titio meo cohæredi Sempronium, & in dictis substitutionibus nihil dixit đ dicto posthumo: & ita eũ a gradu substitutionum prætĕrijt, & ita substitutiones non valuerunt nato dicto posthumo, id est, ruptæ fuerũt: mortuo Seio dicto testatore decessit Titius meus cohæres: & ita in eius Titij partem vocatur Sempronius substitutus eius modo quæritur, nunquid ego possim pro mea parte adire hæreditatem? Et videtur quod non: quia testm ruptum est ex eo, quod posthumus natus inuenit se prætĕritum ab illo substituto, cui pars dicti Titij cohæredis mei delata est, nã nõ potest p mea parte valere vt ita eã ex eo hæreditatẽ: quia ruptum est pro parte dicti Titij cohæredis mei, cui is Titij mortui pars hæreditatis delata est dicto Titio substituto, a quo substituto posthumus fuit prętĕritus: ideo ex quo non valet p parte dicti mei cohæredis: & p mea, debet ruptum effectus quod adire nõ possum: quia dictus Seius testator etiam ex postfacto non põt pro parte decedere testatus, & p parte intestatus. Sed & si dictus meus Titius coheres adhuc viuat, non põt adire sine me, nec ego sine eo, sed simul possumus adire. quia si ego adirẽ solus, ipse posset postea repudiare suã partẽ, vt pars per eũ repudiata deferatur dicto ei' substituto, a quo posthumus fuit prætĕritus: & ita rũperetur totum testm, vt dictum est: & sic eueniret inconueniẽs. l. quod tuferretur mihi pars mea, qui adiuissem, & idẽ esset, si ipse Titius adiret solus pro sua parte, & ego postea repudiarem meã, & hoc dicit principium & finis huius legis: medium autẽ resp̃ondet talem casum. Pone retento casu in princ. l. posito, quod ego, & Titius meus cohæres fuimus inuicẽ substituti, & in substitutione fuit prætĕritus dictus posthumus: postea dictus Titius decessit ante quam adiret p sua parte, vel repudiauit, nunquid ego possũ adire, & esse

esse ex asse hæres? Et dicitur quod sic, non obstante quod dictus posthumus fuit prætĕritus a dicta nostra substitutione: quia egomet qui fui substitutus cohæredi meo, possum adire ex institutione de me facta, a qua institutione posthumus fuit exhæredatus, vt dictum est. ita valuit. Viuia.

a A nobis. tantum hoc expresso: vel in tra radũ facta exhæredatione. alioqui ab omnibus videtur exhæredatus: vt ff. titu. 1. l. 3. §. 2. Accur.

b In cuius. Scilicet instituti: sed imo videtur nõ vocari: vt C. de impub. & ali. substi. l. penultima. contra. Solue, vt ibi. ANDREAS Dic quod ibi fuit facta substitutio vtrique: hic singulis secundum. Bar.

Substitutus vocatur, ĵ quia potior est me cohærede. p̃fertur enim substitutus cõiuncto: sed aliàs quãloque haberet plus cõiunctus quam substitutus: vt inf. de suis & legit. l. si ex pluribus. sed licet voceẽ hic substitutus, non tamen est hæres: quia eius gradus rumpitur: nec tamen patitur habere cohæredem. & sic aliàs in vxore: vt ĩ Auth. quib. mod. nat. efft. sui. §. si quis autem defunctus. coll. 7. & infra, ad Tertul. l. æquissimum. §. 1. & 2. §. obijcitur. Itẽ fm hoc fallit regula tradita ff. đ diuer. prę. l. de accessionibus. sicut & in Turbone: vt supra qui pot. in pig. ha. l. Claudi⁹. Azo.

c Not. ad istam gl. tex. singu. per quem substitut⁹ in legato excluditur per filium legatarij, in l. generaliter. in fin. vers. quæ eius gradus rumpit omnia. C. de insti. & substi.

d Ruptum est. Et enim hoc ideo, quia inuenitur exhæredatus a persona tantum: & ita non tenet exhæredatio: vt infra ti. 1. l. 3. §. 2. Item no. q̃p non potest rumpi pro parte: vt hic, & infra, de fideic. lib. l. pater si duos. Idem per natum prætĕritum: vt ff. ti. 1. l. fi. aliud in testamento inofficioso: vt ff. de inoffi. test. l. circa. Acc.

e Puto. Quia non inuenitur persona, a qua sit exhæredatus posthumus. Azo.

f Adire poterit. Vt teneat sua aditio sic, vt nec possit rétractari. Hug.

g Omittente. Id est, repudiante. Azo.

Vcius. CASVS. Lucius Titius cum esset sanus mente, & cõpore, fecit testamentum, in quo hęredem sibi instituit Seium: postea factus infirmus mente: & corpore, illud incidit: certè nihilo minus valet. Viuianus.

h Mente captus. Alioqui sec⁹: quod dic, vt no. C. de test. nostrum. & facit infra, de secun. tab. l. 1. §. si linum. & l. seq. & §. semel. & infra, ti. 1. l. 1. in prin.

stituti simus, & à nobis a posthumus exhæredatus sit, a substitutis nr̃is non sit exhæredatus: Titio defuncto, nec ego quidem adire potero: iam enim propter instituti personã, à quo posthumus exhæredatus est, in cuius b locũ substitutus vocatur, c à quo posthumus exhæredatus non est: ruptum est d testm̃. Sed si ego, & Titius inuicem substituti simus, quamuis in partẽ substitutionis exhæredatus non sit: mortuo, vel repudiante Titio, me posse adire puto: e & ex asse hæredem esse. In prima tñ specie, & si viuat Titius: neque ego sine illo, neque ille sine me, adire poterit: f quia incertum est, an adhuc altero omittente g rumpatur testamentum; itaq; simul adire possumus.

Testamentum incisum à testatore non sanæ mentis, non rumpitur. Bar.

Eadem libro xiij. Digestorum.

XX.

Vcius Titius integra h mente, & valetudine

a Fallit in testamẽto militis: vt plenè dixi, in l. 1. infra, de milita. testamen.

DE HIIS, QVÆ IN TESTAMENTO DELENTVR, INDICANTVR, VEL INFIRMANTVR.

¶ Quia per deletionem cassatur testamentum: ideo de hoc dicit.

testamentum fecit, vti oportet: postea cum in valetudinem aduersam incidisset: mente captus b easdem tabulas incidit. Quæro, an hæredes his tabulis instituti adire possint hæreditatem? Respõdi secundum ea, quę proponerentur, non ideo minus adire c posse.

Væ testamento. CASVS. Titius faciens testamentum instituit sibi hæredem Seium, & dedit legata. & libertates pone: & ante consummationem testamenti deleuit ipse testator, & induxit, vel scripsit non deberi quædam legata: quæritur vtrum debeantur, an non dicta legata? Et distingui tur in hac. l. aut non erat testamentum consummatum, aut erat. Primo casu, aut fuerunt inconsulto deleta, & inducta, vel scriptum quod non debeantur, aut consultò: si inconsulto, & legi possunt: nihilo minus valent. Si autem consulto: non valent ipso iure. Si autem alius scripserit quod nõ debeãtur, vel induxit, vel deleuit sine iussu testatoris, pro nihilo est dicta scriptura, vel inductio, vel deletio. Quod autem dixi inconsultò deleta nihilo minus valere, si legi possunt: intelligas si oculo percipi potest, quod scriptum est. Si autem nõ possit legi, sed extrinsecus tm̃ intelligi, nõ vt legi posse: & ita non debentur. Ad hoc aũt vt incõsulto deleta nihilo minus valeant, sufficit si legi possũt, vt dictum est: & hoc siue sint inducta ab ipso testatore, vt dictũ est: siue ab alio cum voluntate testatoris. Itẽ hoc siue sint inducta pro parte, siue ꝺducta in totum. Si ergo testator scribat in vltima parte testamẽti, lituras, inductiones, superinductiones, ipse ego feci: nõ videbitur referri ad ea, quæ inconsulto contigerũt. Si autem dicta inconsulto deleta legi non possunt, nõ debent. Secũdo casu. i. qñ post cõsummationẽ testamẽti testator induxit, vel deleuit legata, vel scripsit quod non debet deberi distingue similiter aut cõsulto hoc fecit, aut incõsulto. Si inconsulto, nõ dicunt legata valere ipso iure, sicut dictũ est in prima parte, sed petentes ea repelluntur p exceptionẽ. Si aũt inconsulto, non repellerentur petentes: & hoc siue legi possunt, siue nõ: quãuis si ante consummationem testamenti essent inducta: distinguatur, legi possunt, vel nõ, vt dictũ est. Et est rõ: quia & si totũ non extaret testamentũ inconsulto testatore: nihilo minus valerent ea, quæ in eo scripta essent:

* P. Flor. aditi.

* P. F. vel.

Eadem conditione. Scilicet si meus erit. & no per hoc potest reprobari illa propositio, duo & tria sunt quinque, vel duo, & duo: & tria sunt septē. Azo. & secundum quod hic dicitur, est vera, 1. duo sunt de numero septem: & tria sunt de numero septem. Hug. Item no. verbum plurale geminat significationem singularis. sic j. de leg. 3. l. qui concubinam. §. si Stichus. & de cond. & demō. l. falla. in fin. & l. cui fundus. & §. de hære. instituto. l. hoc articulo. & l. pater fam. testamento. Sed arg. contra. C. de imp. & alijs subst. l. 2 & l. quamuis. & l. pen. Item facit §. tit. 2. l. talem. §. 1. Accur.

Ita hæres. Titius instituit me hæredem sub cond. si ded ero Seio x. & decessit dict⁹ Titi⁹ & postea ego obtuli x. Seio: & ipse accipere noluit, certè perinde ero hæres, ac si conditionem impleuisse m: quia per me non remanet. Viu.

Habetur. Sufficit enim sola oblatio: vt j. de statu liber. l. statu liberos. § Stichus. nisi ablit cui dandum est, quia tunc debet deponi: vt in eo ti. l. cū hæres. in prin. Sed an iste cui est dandu loco legatarij sit? Rn. nō, vt j. si quis omiserit. testl. si quis sub conditione. Arg. contra j. de lega. 3. l. fideicommissa. §. cum esset. Azo. Itē quod hic dicit haberi pro impleta verum est ēt in institutione: porro in legato secus est. nam si statim possit impleri: qa in dādo, habet pro impleta, si prohibetur legatarius implere, sed si nō poterat statim impleri, vt qa x. lego tibi si feceris domū hinc ad centū dies: licet prohibearis facere tempus tū expectatur: vt j. de verbo. obl. l. in illa stipulatione, si Calen. secus si ita relinquatur libertas Arethusæ, si æres pepererit. & per hæredem fiat, quo minus possit parere: tunc enim propter malitiā hæredis statim habetur pro impleta:

vt infra de statu lib.l.statu liberos.§.1.& fi. & l.seq.& l.si peculium.§.pen.& facit ĩ de cond.& demon.l.iure ciuili. & ĩ.de reg.iur.l.in iure.Hug.

SI quis ita. Titius instituit sibi hæredes Caium, & Sempronium sub conditione si permãserint socij,ipsi iter se vniuersorum bonorum ipsius testatoris vsq; ad 16. annũ, & postea decessit testator, nunqd valet dicta institutio? Et videtur Marcello quod nõ: ideo quia testator vĩ voluisse, ꝙ prius sint hæredes quam socij. & econtra non videntur posse esse hæredes antequam conditionem adimpleant,id est, antequam sint socij. Iulianus autem dixit valere dictam institutionem. & benè dixit: quia & ante aditam hæreditatẽ potest iniri societas eiusdẽ hæreditatis quasi rei futuræ:sed & si dictus Caius, qui habuit cohæredem Sempronium, fuit institutus sub conditione, si seruũ hæreditarium non alienauit,potest implere conditionem cauendo dicto suo cohæredi de non alienãdo dictum seruum. si autem non habuisset cohęredẽ, sed solus esset institutus sub dicta conditione,videtur institutus sub impossibili conditione, cum non habeat cui caueat:& ideo erit hæres remota conditione prædicta: vt dixi supra eodem,l.1.

a Permanserit.Erat enim testator socius omniũ bonorum cum aliquo de illis ad 16.annos. Accur.

b Significationẽ. Hoc ideo : quia ex verbis conuincitur, qđ testator prius voluit esse hæredes,quã socios. sic enim dixit, meorũ.Item est contra,quod non pũt prius esse hæredes:quia oportet quod sit impleta conditio:vt ĩ.eo.l.qui ita hæreditatem.rursus socij in alienis bonis esse nõ possunt, antequam essent dñi,id est hæredes,sed quia potest iniri societas ante aditã hæreditatem,& sic postea aditi potest, valet institutio ſm Azo. sed an debeant stare in societate per 16. annos antequam adeant? Azo.videtur quod non:quia conditione impleta remanet solus dies qui habetur pro nõ adiecto:vt ŝ.tit.2.l.hæreditas.Sed certè imo non videt impleta ex contractu, sed ex perseuerantia in dictum tẽpus:aliud si instituo te post 16.annos:si cras feceris hoc,quia ibi solus dies remanet.

c Futurę.Fit enim societas prętentium,& futurorum bonorum:& quod dicit ante aditam hæreditatẽ, post mortem tamen : quia tunc non valeret, nisi dominus consentiret:vt C.de pac.l.fi.nisi fieret super hæreditate incerti hominis:vt ŝ pro soc.l.3.§.1. sed talis societas hæreditatis incertę non implet istam conditionẽ: quia specialiter testator dixit, meorum.

d Cauentem. Modo respondet.

IIII.

I qui ita sunt instituti, [Si vnà socij bonorũ meorum permanserint vsque ad annos xvj. hęredes sunto :] inutilem esse institutionem secundũ verborum significationem , Marcellus ait. Iulianus autem , quoniã & ante aditam hæreditatem iniri societas potest , quasi rei futuræ valere institutionẽ. quod verum est.

Hic §.tractat de Mutiana cautione. Bar.

Idem Iulianus scribit eum , qui ita hæres institutus est , Si seruum hæreditarium nõ alienauerit : cauentem cohæredi impleri conditionẽ. Cæterum si solus hæres scriptus sit:sub impossibili conditione hæredem institutum videri.

Cohæredi.De non alienando : vt ĩ.de condi. & demon. l.Mutianæ. sed an hæc cautio Mutiana est : Respon.sic,per l.illam,quæ generaliter. dicit quando est in nõ faciendo conditio. Sed opp.impleri põt viuente eo,cui est imposita,scilicet hęrede post mortem serui: ergo ipsa locum nõ habet,sed conditionis euentus expectandus est : vt ĩ.de condit. & demonst. l.cum tale. §.Titius. & l. pater.§. locus. Sed dic tũ istis est talis expectatio : vt ĩ. e.l.cum tale.in princip:o.

1 Scriptus.Sub dicta conditione.

2 Sub impossibili. Cum non est cui caueat,& ideo pro nõ adiecta habetur : vt dicta l. Mutianæ. in fi.& facit ĩ eo.l mulier.in prin. & de cõdit. & demonstrat.l. cum sub hac,Accursius.

V.

I hæredi plures conditiones cõiunctim datę sunt, omnibus parendum est : quia vnius loco habentur : si disiunctim,cui libet.

Impossibilitas de institutione reiicitur . Bar.

VI.

I quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet : cum monumentum in triduo perfici nõ posſit, dicendum erit cõditionem euanescere, quasi impossibilem.

quæ sententia vera est.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtramq; partem esse veram : sed ad veritatem disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram . Bar.

V.

I hæredi plures conditiones cõiunctim datę sunt, omnibus parendum est : quia vnius loco habentur : si disiunctim,cui libet.

Impossibilitas de institutione reiicitur . Bar.

VI.

I quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet : cum monumentum in triduo perfici nõ posſit, dicendum erit cõditionem euanescere, quasi impossibilem.

I hæredi.

Instituo mihi hæredem Titium sub conditione,si ascẽderit Capitoliũ : & si dederit Seio x. certe non erit mihi hæres Titi⁹, nisi prius vtrique conditio in parueriit. Si autẽ instituo eum sub cõditione, si ascẽderit Capitolium, vel dederit Seio decem:ista tis est obtemperare ei conditioni,cuivo luerit, & erit hæres.

& hoc dicit. Viuia.

Coniunctim.Scilicet si illud,& illud: disiunctim, si illud aut illud:vt Instit.de hæred. institu.§.si plures.& verbum cui libet,sunt duæ partes : vel si vna, subau. obtemperari satis est:vt habes Instit.de hęre.institu.§. si plures. si autem disiunctim , id est, separatim in diuersis partibus testamenti,tunc secus:vt ŝ.de cond. & demon.l.sub diuersis.& l.quod traditum. & l.nam ad ea.in princ.& l per fideicom.& facit ad hanc legem ĩ. de verbo.obli.l.si ita quis.& l.si quis ita.& ĩ.iud. sol.l. cum quærebatur.& de cond. & demonst.l.cum pupillus.& supra titu.2.l.si te.in fi. de reb.dub. l.si is qui.§. vtrũ.sed quandoq; disiuncta pro copulatiua ponitur: vt ŝ.tit.2.l.Lucius & C.de verb sig.l.pe. & C. de instit. & substit.l.generaliter.& ĩ.de verb..sig.l.1.ape. quæ sunt arg.contra,sed specialia sunt.

Cui libet. Id est,cui placet.

I quis ita. Instituo mihi hæredẽ Titiũ sub conditione,si monumentũ post mortẽ meam in triduo ꝓximo mortis meæ feciſſet:& postea decessi.inuenitur postea verum esse,ꝙ dictum monumentum nõ potest fieri in dicto tempore , certè euanescit conditio prædicta , quasi impossibile de natura. & ita erit mihi hęres ſpreta dicta conditione. Viu.

Euanescere.Sed nunquid facere debebit monumẽtum? Rñ.vtique. Ro.sic ŝ.de arb.l. Celsus. §. idem ait. duo enim fuerunt testatoris præcepta. Azo sic ĩ de cõdit.& demonst.l.hęc scriptura.in princ. & facit ĩ de legat.1.l.si mihi & tibi.§.si quis semio. Item facit ŝ.e.l.1.

I quis sub conditione. Instituit Titius sibi hæredes Seium,& Caium sub cõditione si inuicem cauiſſent se soluturos legatarijs legata in eodem testamẽto relicta ab eodẽ Titio:inter quos legatarios erãt quidam qui per legẽ legata capere non poterãt, puta, quia erant in metallum damnati: vt ĩ. de ijs quæ ꝓ nõ scriptis. l. tertia : & postea decesſit Titius testator prædictus. nũquid tenentur sibi adinuicem facere dictã cautionẽ, si volunt esſe hæredes ? Et dicitur quod non , quia dicta conditio videtur apposita in fraudẽ legum quæ leges vetãt aliquos capere legata : sed & si vnus de dictis cohæredibus cauiſſet alteri de soluendis legatis,& legatarius non capax exigeret ab eo legatum , habet except. contra eum. Viuianus.

P. Fl.in ipsa actione.

1 Si quis sub conditione.Argu. contra eos,qui copulãt aliquos in matrimoniũ : & iurãt , quod neuter iure contanguinitatis ſeparet matrimonium.præſumitur enim qđ ſcierint conſanguinitatem. Argu.contra C.de euict. l.penul.Azo.quilibet enim ignorare præſumitur : vt ŝ. de probat. l. verius.& C.qui manumi. non possunt. l. ſuper ſeruis.

2 Quæ . Leges. Accur.

3 Promiſſor.Siue promiſerit non capaci:vt ĩ. vt leg. no.ca.l.1.§.ſi quis sub cõditione,ſiue hæredi.nã & hęredi obijcit exceptio,nõ legatario,cum ex pacto hæredis legatario non detur actio:vt C.de pact.l.pacto ſuccesſorũ.Sed quidam dũt dari quia intereſt hæredis:vt ĩ.de verb.ob.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. & ſecũdum hoc etiam ei obijcitur exceptio.Sed certè ibi ſtipulanti non alij,vt C.eo.tit.l.liber homo.in fin.& facit ŝ.de conditione ſine cauſa.l.j.& ĩ.de ſuperficiebus.l.1.§.ꝙait. & ĩ.vt in poſſ.lega.l.1.§.1.in fi.& ad l.Fal.l.qđ de bonis.§.1.& l.Seius & Augerius.Acc.

Væ sub conditione. Instituo te hęredem,vel legaui tibi centũ, vel fideicõmiſſum reliqui, vel mortis cauſa donaui ſub conditione,ſi iuraueris te facturũ mihi monumentum,ponamus.& postea deceſſi,certè remittitur tibi conditio iuriſiurãdi per prętorẽ,& debes facere monumentũ,& cõſequ postea hęreditatem meam, vel legatum,vel fideicommiſſum,vel mortis cauſa donationẽ,& conſuluiſſime interuenit prętor ad remittẽdam cõditionẽ iuriſiurãdi.Nõnulli enim homines ſunt faciles ad iurãdũ propter religionis contẽptũ:& malum esſet, quod illi ita facile conſequerẽtur aliquod prędictorum ita facile iurãdo. Itẽ & quia alij homines ſunt valde timidi ad iurãdum,adeo quod credant esſe ſuperſtitioſum iurare. & hoc faciunt metu diuini numinis: & malũ esſet quod illi ita timidi per terẽ illud quod relictũ est eis ex eo,ꝙ iurare timent,& nolũt. Sed quid ſi inſtitui te hęredẽ,ſi iurares te facturum mihi monumentũ.& ſi

VII.

I quis sub conditione hæredes inſtituiſſet, ſi inuicem cauiſſent, legata eo teſtamento relicta reddituros: placet remitti eis conditionem : quia ad fraudem legum reſpicerent,quæ vetarent, quoſdam legata capere. quamquã & ſi cautum esſet,in ipſa exactione exceptione tuẽdus esſet promiſſor.

Iuriſiurandi conditio hæredi, vel legatario, vel fideicommiſſario,vel mortis cauſa donatario appoſita,remittitur: ſiue ſola, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim cum alia fuit appoſita. h. d. vſque ad §.quoties. Bartolus.

VIII.

Væ sub conditione iuriſiurandi relinquuntur à prætore reprobantur. Prouidit enim , ne is , qui sub iuriſiurandi conditione qđ accepit, aut omittendo. conditionem perderet hæreditatem , legatum ve,aut cogeretur turpiter accipiendo, conditionẽ iurare. Voluit ergo eum , cui sub iuriſiurandi conditione quid relictũ esſet , ita capere vt capiunt hi,qui bus nulla talis iuriſiurandi conditio inferitur , & rectè. Cum enim faciles ſint nonnulli hominum ad iurandum cõtemptu religionis , alij perquam timidi, metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem , ne vel hi , vel illi aut cõſequerẽtur, aut perdequit legatũ.& ante mortẽ ſuã legatarij fecerit ipſe legatarius illud ꝙ rogat⁹ erat iurare facere hæres ipſi⁹ legatarij petet legatum:quaſi fuerit purũ à cõditione iuriſiurãdi.i.ac ſi nõ esſet appoſita cõditio iuriſiurandi.nã in perpetuũ à prętore remiſſa eſt,vt dictũ eſt.Vi.

Quæ sub conditione.Prętor reputauit quãdã conditionẽ turpẽ,quę nõ videtur turpis : vt ecce,inſtituo te,vel tibi lego,vel cauſa mortis dono. ſi iuraueris aliquid te daturum,vel facturum, & eſt ratio,quare ſit habenda turpis:quia quidam facile iurãt,& forte non ſeruant, alij potius relictũ dimitterent,quã iurarent.

Reprobantur. Quo ad iuramẽtum, ſed cõditio eſt implenda,niſi ſit turpis alias:vt ĩ.e.§.quoties.& ĩ.,px. voluit,&c.& ĩ.de condi.& demon.l.hęc ſcriptura.

Accepit.Dettinatione.Azo.

Omittendo.Propter religionem.

Conditionem.ſuramenti.Azo.

Accipiendo.ſ.relictum,cogeretur turpiter iurare.

Conditionem.ſ.ſe impleturum.Accur.

Capere.Scilicet abſolute.

Faciles. Ad id quod dicit faciles,eſt ſic C.de indiuid.l.2.ad quod dicit difficiles,ſic C.ad leg.Iuliam repetun.l.fi.& C.de fide.inſtru.l.fi.§.fi.

Perquam.Id eſt,valde.

Timidi.Repete,ſunt ad iurandum.

Ad ſuperſtitionẽ.i. putãt esſe ſuperſtitioſũ iurare,vel idẽ dicere,ẽt ꝓ ſuperſtitionẽ nolũt iurare:ꝙ nõ licet,ſi ſit publice improbata,vt ꝓ Iunonẽ, Apollinẽ'. & ſimiliatẽc⁹ in ſuperſtitione nõ publice reprobata: vt per crede mihi,quod eſt iuramentũ monachorũ:vt ŝ.de iureiu.l.non erit.§.diuus Pius.& §.ſed & ſi quis.

Hi.faciles ad iurandum.Acc.

Vel illi.Difficiles ad iurandum.

P.F. accipiendi.

In hãc ſententiã eleganter Plato dialog. xij. de legib.

Quid ſit religio , qd nẽ in perſtitio , pulcherBu. in annot.tit.de ędil.edi.l.1.§.apud Iulianũ. ibi, ſuperſtitioſum &c.

Monachi per Crede mihi,iurare debẽt.

a Interuenit. Vt sacramentum prædictum remitteret: vt §. in prin. huius l. Sed contra §. de iureiu. l. si quis eũ. & C. communia vtriusq; iu. l. si cum patron. Solu. ille in contractibus, hæc in vltima voluntate. hoc non placet: vt §. de pac. l. pactũ. Sed dic ibi de præterito, hic de futuro erat iurãdũ.

Item cõtra. ĵ. de manu. testa. l. ii. quis liber. Sol. ibi speciale fauore eius: quia talis posset esse conditio, quam seruus implere non posset: vt cum Titia contrahere matrimoniũ. quia matrimonium non est cum seruo secundũ leges, licet secus secundum canones, & sæpe sub iuramento continetur, quod seruus facere non posset. Vel dic, quod ibi de præterito. Item contra infra, de cõditioni. & demonstratio. l. municipibus. Solut. speciale ibi. Vel dic ibi non dicit, an debeat remitti conditio iurisiurãdi, vel non: sed sit possibilis, vel non: & qualiter, & per quos possit ei pareri. Vel dic, quod ibi de præterito. Item cõtra ĵ. de acquir. hæred. l. Antistius. Solue. vt ibi. Vel dic, & ibi de præterito, & est ratio ad hanc generalem solutionem de præterito: quia in præterito non potest aliter impleri conditio: quia non potest amodo non dare, vel non facere. Secus si de futuro, sic. sic dicimus de periuro, an fiat infamis. vt C. de transactioni. l. si quis maior. & facit ad hoc ĵ. ad Treb. l. facta. §. si sub conditione. & infra, de leg. 1. l. si quis in quilinos. in fi. & §. de condi. & demon. l. hæc scriptura. & l. non dubitamus, & de legat. 2. l. cum pater. §. filius & C. communia de legat. l. 2. & inf. quando dies legat. ced. l. 5. & infra, de bo. libert. l. libertus sub conditione. & ĵ. de militari testam. l. si a mili. §. edictum. & ĵ. de leg. 3. l. non dubiũ. §. 1. & ĵ. eo. l. conditiones contra edicta.

P. Flor. hnic.

b Voluit. s. præor.

c Faciendi. Simpliciter sine iuramento.

d Si fortè quis. Scilicet donatarius, cum accipit à donãte. ad quod Institutionibus, de donationibus. §. primo. Accur.

e Cautionem. s. iuramenti.

f Sub alia. Si decem dederit.

g Conditio. s. iurisiurandi.

h Parendũ habeat, id est, parere necesse habet. similis rent, quod relictum esset præor consultissimè interuenit. Etenim potuit is, qui voluit i factum, quod religionis cõditione astringit, sub conditione faciendi k relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerẽt conditione. Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non tantum ad hæredum institutionem. In fideicommissis quoque oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi prætoris edictum, ea propter, quia vice legatorum fungũtur. Et in mortis causa donationibus dicendum est, edicto huic locũ esse si forte quis l cauerit, nisi iurasse: se aliquid facturũ, & restituturũ qđ accepit. Oportebit itaque remitti cautionẽ. m Si quis sub iurisiurandi conditione, & præterea sub alia n sit institutus: hic videndũ est, an remittatur cõditio. Et magis est, vt remitti iurisiurandi conditio debeat, licet alij conditioni parendum habeat. o Sed si sub iurisiurandi p condi-

exposito ĵ. de rel ven. l. in fundo. & ĵ. de verb obliga. l. in illa stipulatione, si Calendis. Item facit ĵ. si quis omissa causa testa. l. qui autem §. fi. & ĵ. eo. l. si quis ita hæres. Item & huic debet parere. licet non iuret: vt ĵ. in prin. huius legis notatur. Sed cur secus infra, de cõdit. & demonstra. l. cum tale. § Maxime. vbi innuit, quod nec alteri sic parendum. Sol. vt ibi.

i Iurisiurandi. Vt valet Roman.

k Cõditioni. De dã dis decem.

l Conditionem Sacramenti tantũ, nõ facti vel dã. si quod sub sacramento cõtinetur: vt ĵ. de conditio & demonstr. l. hæc scriptura. §. 1. Azo. Et not. ĵ. in princip. huius l. vbi turpe cõtinetur sub iuramẽto: vt ĵ. proximo §.

m Ne alia, id est, si ei non remittere mus alia rõne &c. id est, quia alia alternatim ei continuatur: cogeretur ad id ad quod non cogitur: in simplici, & si cõditio altera, scilicet alternatim iuncta. Vel dic, condtio alia, puta grauis, cui non potest parere commode cogetur &c. & sunt similia, supra de trã factio. l. cum hi. §. sed cum lis. & de rebus eo qui sub tut. l. magis. §. si pupillo. & de suspect. tutor. l. tutor. §. liberi, vers. ideo. sed patronum. & de iudi. l. 2. §. sed & si agant. & l. sed si iusseperit. §. j. Sed arg. contra infra q. & a qui. l. ii. §. is qui operas.

n Altera. Alternatim iuncta. Acc.

o Non improbum est. Tunc secus: vt ĵ. l. proxi.

p Iustus iurare. Solo iure iurando ei remisso: vt ĵ. de condi & demõ. l. hæc scriptura. & ĵ. de manu. testa. l. si quis libertatem.

q Qui. Scilicet hæres.

r Defectus cõditione. Imò videtur deficere, & sic est contra §. ad. l. Aquil. l. inde Neratius §. idem Iulianus. Solu. ibi post mortem testatoris decessit, hic eo viuo, hoc non valet, quia & ibidẽ dicit, idem qñ ante. Alij, qđ. hic nõ erat in mora manumittendi: ibi sic, vel hic aliàs erat relictur². ibi non. Tu dic qđ ibi fuit ab alio occisus, hic sua morte obijt. Et qđ dicit. hic viuo: idẽ si post mortem, dummodo ante moram: vt ĵ. de conditio. & demonstratio. l. antepenul. §. 1. Item cõtra ad idem; C. de condit. inter. l. legatum. & ĵ. de condition. & demonstratio. l. in testamẽto. Sed ibi erat conditio; quæ

quæ pendebat ex suo, & alterius facto, scilicet si illi nubit: hic ex facto manumittentis tm: quia inuitus manumittitur: vt C. de manu. testa. l. si §. licet enim, & adde hic distinctionẽ quã habet C. de inst. & substit. sub. condit. fact. l. 1. Item facit ad §. ĵ. de lega. 1. l. Turpia. §. 1. & l. si fundum, §. Iulianus. & C. de cadu. toll. §. ne autem, & ĵ. de verbo. sign. l. quæret aliquis, in fi. & de regiur. l. iure ciuili, & ar. ĵ. de cura. bo. dã. l. 1. & ĵ. eo. l. si quis testamento

a Eum. Hæredem.

b Viueret. Scilicet seruus.

c Voluntas. Scilicet defuncti ab hærede vel legatario.

d Si potest. Hæres vel legatarius.

e Remittendo. Sic in auth. de hæred & fal. circa prin. col. 1. & C. ne liceat potentes. l. 1. in princi. & 24. q. 1. c. 1.

f Remissum ẽ. Per hanc legem.

g Cessarit. Id est, dies mortis testatoris venerit: à quo solent pura legata cedere: vt C. de cadu. toll. l. 1. §. 1. & in §. in nouiss. no. Sed videtur remanere conditio, vt det vel faciat: vt §. eodem §. quoties. Respõdeo cõditio expressa & hominis, id est, testantis, non fuit nisi iurisiurãdi. sed legis & tacita est dando, vel faciendo, quod erat iurãdum: quæ tacita nõ facit rem conditionalem: vt ĵ. de condi. & demonstra. l. conditiones. est ergo hic purum quantum ad transmittendum: quia conditionale non transmittitur: vt C. de cadu. tol. §. sin autem.

h Nã qđ vna via p hibet, alia permitti nõ debet. Cõcor. c. vlt. in gl. sup verb. & p. tonaliter. pol. med. ibi, & qđ note meo extra, de offic. dele.

i Quod ergo illici tũ est, ĵ id põt qs venire propria autoritate. simile in c. venerabilem. cum gloss. super verbo, venire. ex de elec.

k In P.F. aliud qđ videndu.

l Conditio tacita rem conditionalem nõ facit.

Conditiones. CASVS. Legaui Titio decẽ sub cõditione, si nõ redemerit ab hostibus patrẽ suum ab eis captum, vel sub ista alia conditione, si non præbuerit alimenta parentibus, suis pauperibus, vel patrono suo, & postea decessi. certè habebit dictum legatũ Titius, remissis sibi dictis conditionibus tanquam cõtra bonos mores insertis. & h. d. hæc l. Viu.

a Non redemerit. Scilicet eum instituo, vel ei lego. Ad quod naturaliter filius tenetur. alias potest exhæredari: vt C. de episco. & cle. authen. si captiui, & facit Inst. de leg. in fi. & C. de ijs, quæ pœ. nomine. l. 1. & ĵ. eo. l. condit. ones, & quod no. §. eo. l. 1. Accur.

Institutio. CASVS. Ita dixi in testamento meo, Si codicillis Seium hæredem instituero hæres esto. & postea feci codicillos, & in eis iussi ui mihi hæredem dictum Seiũ, & postea decessi, certè valet dicta institutio: nã est data Seio hæreditas conditionaliter à me in testamento meo; & nõ videtur esse data in codicillis, in quibus prohibitum est fieri institutionẽ, secus autem si prædicto modo instituissem mihi hæredẽ filiũ meum in mea potestate conditutũ, tunc tunc erit institutio: & quasi a me præteritus dictus meus filius faceret ipso iure nõ valere testamentum meum, nam filius debet institui purè, vel sub potestatiua conditione: vt §. de hæredib. instit. § suus, & l. iam dubitari, vel si instituatur sub casuali conditione, debet in eius defectũ exhæredari: vt C. de institutio. & substi. l. si pater, in nostro autem casu fuit casualis conditio, & in eius defectũ non fuit à me exhæredatus dictus meus filius. & ideo non est mirũ, si est inutilis institutio. & quod dixi §. in persona Seij, scilicet vt valeat ĩstitutio: idem esset si ita dixissem cuius nomen codicillis scripsero, ille mihi hæres esto, & postea fecissem codicillos, & ĩ eis scripsissem nomen Seij, non valebit institutio, non quasi in codicillis facta, qđ est prohibitum: sed quasi facta in testamento. Si autem dixissem in testamento, ille Seius, quem in codicillis hæredem scripsi, hæres esto, & in veritate scripseram Seium hæredem in codicillis, quos ante testamentum prædictum feceram: valet institutio nõ solum, si dictus Seius erat mihi extraneus, sed etiam si erat filius meus: cum conditio in præteritum collata, sicut fuit prædicta nõ videatur, nec si conditio: & ideo videatur filius purè institutus: & quod dixi in conditione in præteritum collata, idem esset in ea quę esset collata in præsens tempus, puta si rex Parthorum viuit. vel, Si nauis in porru stat. Viuia.

b Præter filium. Vt & §. de hære. insti. l. suus, in prin. secus in verbo præteriti temporis vt ĵ proxi. §.

c Quod interdictum est. Vt C. de codicill. l. 2. & ĵ. eo. l. quidam nisi in milite: vt ĵ. tit. 2. l. quærebatur. Accur.

d Data esset. Sic ĵ. de condit. & dem. l. si ita scripsero, & §. de hære instit. l. asse toto, & l. si quis ita scripserit. & ĵ. de vlufr. le. l. qui plures, & de leg. 3. l. si quis. in princi. testa. & de leg. 1. l. si ita ut adscriptum, & sic videmur eligere, cũ eligimus quẽ tu nominabis: sic ĵ. pxi. resp. & §. quod. cuiusq; vsurer. l. item eorũ. §. si decurione. Sed arg. contra ĵ. de codicil. l. quidam referunt. Acc.

e Cuius nomen. Licet solum nomẽ sit scriptũ in codicillis. & est arg. pro P. qui dixit, quod per solum nomen proprium in testa. potest fieri institutio, sicut per duo.

f Parendũ habeat, id est, parere necesse habet. similis

duo verba, vt §. de hære. instit. l. 1. §. fin autem.

a Valet institutio. Hic valet de præterito: quia vel vera est, & statim tenet institutio quasi pura: vel falsa, & sic tanquam impossibilis, habetur pro non adiecta, & sic valet, secundum Hu. quod vltimum non est verũ: vt §. de iniust. testa. l. cum in secundo testamento, & facit ff. de verb. oblig. l. conditio, & l. si ita stipulat⁹ fuero hãc summam, & Instit. de ver. oblig. §. conditiones, & §. tit. 3. l. circa. & ff. de secũ. tab. l. an scriptus, & de bonis lib. l. 3. §. si patronus, & §. si cerpeta. l. cum ad præsens.

SI quis testamento. Ita scripsit Caius in testamento suo: Seius filius meus hęres mihi esto, si Titiũ adoptauerit, si autem nõ adoptauerit, exhęres esto, & postea decessi, filius cũ vellet adoptare Titiũ, Titius noluit se dare ei, certè erit filius hæres Caij, quasi expleuerit conditionem, cum per eum non steterit, & hoc dicit. Viuia.

b Filius. Vel erat emancipatus: vel (quod est verius) in defectum mixtæ cõditionis fuit exhęredatus: & sic tenet testamentum vt hic, & C. de institu. & substitu. l. si pater.

c Erit filius. Imò non erit: vt infra, de legat. 3. l. vxorem, §. hæres. vbi dicit inualidum esse sub tali conditione relictum, Sol. ibi stetit per filium. hic nõ, vt hic dicit, parato &c. ad quod ff. de cõditio. & demon. l. iure ciuili, & l. multa. & ff. de reg. iur. l. in iure ciuili. Vel dic, quòd hæc cõditio, si adoptauerit, est contra bonos mores, & ideo inualida conditio, seu rogatio de adoptando, vt ibi dicit, & ideo pro non adiecta debet haberi. Et qđ hic dicit filio parato: sub. maximè. nõ autẽ dicit, quòd institutio, vel legatũ non valeat sed rogatio de adoptãdo.

VErba hæc. Ita scripsi in testamento meo: Publius Mæuius, qui est filius meus, si volet: hæres esto, & decessi: certè conditionalis est dicta institutio, scilicet vt si nolit esse hæres, non sit: & hoc ideo: quia dictus Publius Mæuius est meus filius, vt dixi & ita esset necessario mihi hæres, si non potuissem illa verba, si volet: & idem esset, si esset meus seruus. Si autem non esset meus filius, vel seruus, & ita esset voluntarius hæres, & non esset necessarius: frustra addidissẽ dicta verba, si volet: quia etsi nõ addidissẽ, non efficeretur: mihi hæres, si nolet. Viu.

d In necessario. Qualis est filius, & seruus: vt Insti. de hær. quali. & diff. in princ. & §. fui.

e Si nolit. Ridiculum tamen est fieri exhæredationẽ in hunc casum. vt §. de hære. instit. l. iam dubitari, & facit §. de hære. instit. l. Cornelius, arg. contra ff. de ma. l. si quis lo cuples, in fi.

Frustra. Sic C. de fideiuss. l. non recte. & §. mand. l. qui mutuam, & ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus fuero, §. Si Titius. Sed argum. contra §. de vlufr. l. si ita stipulatus, & ff. de leg. 1. l. si quando.

I, qui ita. Instituti mihi hæredem Titium sub conditione, si ro dederit Seio & postea decessi, certè ad hoc vt habeat hæreditatẽ meam dictus Titius: duo sunt ei necessaria. Primum est, vt adimpleat cõditionem. Secundum est, vt postea adeat hæreditatem meam per quam editionem acquiri solet hereditas, & idem est, si legassem dicto Titio sub dicta conditione. nam po. l impletam conditionem necesse est quod agnoscat legatũ. ad hoc vt habeat legatum irrepudiabiliter. loquitur enim hic de ea acquisitione legati, quæ est irrepudiabilis, ad hoc vt concordet iuri, quod est in hæreditate.

Ei qui ita. Aliàs si quis ita. alias ei qui ita.

Impletam. Hic enim opus est adimpleri conditionem, vt infra, de conditio. & demonstratio. l. qui hæredi. §. fina.

Acquiri solet. Id est adierit hęreditatem, vel legatum agnouerit, sed in hæreditate potest hoc tolerari. sed in legato qualiter: cũ ultimum impleta conditione quæratur dominium legatario: vt supra, quemadmo. seruit. amit. l. si partem §. 1. & ff. de leg. 2. l. legatum? Respon. loquitur hic de ea acquisitione, quæ est irrepudiabilis. & immutabilis: quod cõtingit post agnitionem legati, ante. n. quæsitum est: sed non sic, vt repudiari non possit: & fere non quæsitum dicitur, cum propter repudiationem perinde habeatur, ac si legatum non esset: vt ff. de leg. 1. l. seruum filij, §. si quis, & l. si tibi homo, §. cum seruus, & supra, ad legem Aquiliam, l. nã sicut, ergo acquiri solet incommutabiliter sed ante quæritur commutabiliter. Item ad hereditatem est contra infra, de acquiren. hæreditate. l. Antistius, vbi fit hæres implendo cõditionem. Solu. ibi impleuit conditionem, vt hęres esset, hic vt esse posset. & purificaret conditionem, & haberetur pro pure instituto: quẽ constat non esse hæredem, nisi adeat, ad qđ supra, de conditio ob cautam. l. 1 §. 1. & de cõdict. in deb. l. in summa, §. sed & agere, & ff. eo. l. si papillus, & hic innuit. Item contra §. de hære institu. l. iam dubitari, in fine. Solu. ibi impleuit conditionem vt esset hęres. hic vt purificaret conditionem. Sed alij hãc distinctionem

XI.

SI quis testamento hoc modo scripserit, [Filius meus, si Titium adoptauerit hæres esto: si non adoptauerit, exhæres esto: & filio parato adoptare, Titius nolit se arrogandum dare: erit filius hæres, quasi expleta conditione.

dicillis scripsero, ille mihi hæres esto:] pari ratione dicendum erit, institutionẽ valere, nullo iure impediente. Si quem ita institutum ponamus, [Ille, si eum codicillis hęredẽ scripsi, hæres esto:] valet institutio etiam in filio, qui in potestate est: cum nulla sit conditio, quæ in præteritum cõfertur, vel quæ in præsens: veluti, [Si Rex Parthorum viuit: Si nauis in portu stat.]

Nota hic bonum exemplũ de conditione mixta. Bar.

XII.

Erba hæc, [Publius Mæuius si volet, hæres esto:] in necessario conditionem faciunt: vt si nolit, hęres non existat: nam in voluntaria hẽdis persona frustra adduntur, cum & si non fuerint addita, inuitus hęres non efficiatur.

Implementum conditionis non inducit additionem, vel legati acquisitionem irreuocabilem.

XIII.

I, qui ita hæreditatem, vel legatum accepit, Si decem dederit: neque hæreditas, neque legatum aliter poterit acquiri, quàm si post impletam conditionẽ id egerit scriptus hęres, vel legatarius, per quod hæreditas, aut legatum acquiri solet.

XIIII.

ctionem in extraneo admittunt: sed suus semper fit ex tunc hæres: vt dicta l. iam dubitari, argum. pro eis inf. de conditio. & demonstrat. l. conditionibus pupillus. sed corrigitur ff. de acq. hęred. l. cum bonis, vbi idẽ in vtroque dicit.

Onditiones. Institui te hęredem, si eam duxeris in vxorem, quam de facto fonte suscepisti: vel reliqui tibi legatum sub dicta conditione. certè perinde capies hæreditatem meam, vel legatum, ac si dicta conditio non esset adiecta hęreditati, vel legato, & hoc ideo, quia dicta conditio est contra edictum Imperatoris, quod est C. de nupt. l. si quis alumnam, & idem esset, si appositissem conditionem quę esset cõtra leges, puta instituti mihi hęredem quendam Senatorem, si acciperet in vxorem quandam libertinam: vt §. de ritu nup. l. lege Papia. & idem similiter esset, si appositissem conditionẽ: quę esset contra ea, quę legis vicem obtinent, puta instituti mihi hęredem Titium curatorẽ Seiæ, si acciperet dictam Seiam in vxorem: vt §. de rit. nupt. l. Senatusconsulto, & idẽ esset similiter, si appositissem conditionem, quæ esset contra bonos mores: puta instituti mihi hæredem Titium, si patrem suum nõ redimeret ab hostibus: vt §. eod. l. conditiones, & idem esset, si appositissem conditionem quę esset derisoria: puta instituti mihi hęredem Titium, si publicè sui ludibrium fecerit: vt §. de ijs qui not. infa. l. 2 §. fin. idem esset si appositissem talem conditionem, quam prætor reprobat: puta instituti mihi hęredem Titium si iurauerit se facturum mihi monumentum: vt §. eo. l. quæ sub conditione. Viu.

Onditiones contra edicta Imperatorum, aut cõtra leges, aut quæ legis vicem obtinent, scriptæ, vel quæ cõtra bonos mores, vel derisoriæ sunt, aut huiusmodi, quas Prætores improbauerunt, pro non scriptis habentur: & perinde, ac si conditio hęreditati siue legato adiecta non esset, hęreditas, legatumve capitur.

Conditio turpis adiecta in institutione filij, vitiat testamentum. Item non dicimur posse, quod honestè non possimus. Bar.

XV.

ILius, qui fuit in potestate, sub conditione

Huc pertinent ea, quę de remissis nõ seruandis differit Mar. Cice. li. 1. Offic.

Imperatorum. Vt instituo te hæredẽ, si eã ducas in vxorẽ, quã de sacro fõte leuaſti: vt C. de nup. l. si quis alumnam, §. fi. Idem magis si ꝓtra edicta Iesu Christi.

Contra leges. Vt Senator libertinam ducat: vt §. de ritu nup. l. lege.

Vicem obtinent. Vt contra Senatusc. curator, adultã suam sibi coniungat: vt C. de interdic. mat. l. 1.

Bonos mores. Vt ne patrem ab hostibus redimas, vel ne patronum alas: vt §. eo. l. conditiones.

Derisoriæ. Vt si ludibrium sui populo faciat, vel vocetur vespertilio: vt ff. ad Treb. l. sed sciendum, & l. facta, §. si in danda, in fi. §. vel vt ff. eo. l. quidam. Acc.

Prærores. Vt si coęgeris illum per metum tibi vẽdere, instituo te hęredem, vel tibi lego: vel si iuraueris te aliquid daturum vel facturum: vt §. eo. l. quę sub conditione, in prin. & in §. quoties.

Capitur. Vt §. eo. l. 2. nisi ei, a quo relinquitur, imposita sit: vt Insti. de leg. §. fi. & facit ff. de leg. 1. l. si quis in quilinos, in prin. & §. pen. & §. fi.

Illius. Ego filiũ quẽ in potestate habebam, instituo mihi hęredẽ sub aliqua cond. quam princeps improbauit: puta, si acciperet in vxorẽ illam quam de sacro fonte suscepit. certè facit non valere testm̃, ac si conditio non esset in eius potestate. nam filius debet institui sub conditione sibi potestatiua, vt dixi §. eo. l. institutio. & est ratio quare nõ videtur esse in eius potestate dicta conditio: quia credendũ est facere nos nõ posse illa facta quę lædunt pietatem, vel existimationem, vel vere cundiam nostrã, & (vt generaliter dixerim) credendum est nos non posse facere ea facta, quæ cõtra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea conditione, quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam Senat⁹ improbauit: puta institui mihi Titiã filiam meam hęredẽ, si fideiusserit pro Seio apud Sempronium, & postea soluerit, quę rõditio est contra Senatusc. cõsultum Velleianum. Viu.

Improbant. Pone exemplum: vt §. l. proxim.

Infirmat. Non ita si patronus, nã non rumpit per contra. tab. sed conditio habetur pro nõ apposita, & ex testam. est

XVI.

SI Titius hæres erit, Seius hæres esto: si Seius hæres erit, [Titius hæres esto.] Iulianus inutilem esse institutionẽ

scriptus hęres, quam Senatus, aut principes improbant: testamentũ infirmat patris, ac si conditio non esset in eius potestate. Nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt: nec facere nos posse credendum est.

Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionẽ. Bartolus.

Improbant. Pone exemplum: vt §. l. proxim.

Infirmat. Non ita si patronus, nã non rumpit per contra. tab. sed conditio habetur pro nõ apposita, & ex testam. est hæres, vt ff. de bon. lib. l. si libertus sub conditione. Item quia non habetur hęc conditio pro non adiecta: vt §. l. prox. & l conditiones, quę sunt contra. Respondeo: vt §. eo. l. 1. notatur.

Potestate. Quod est necesse vt valeat institutio: vt §. de hær. instit. l. 1. §. fi. & C. de insti. & substi. l. si pater.

Existimationem. Id est, famam, vt ff. de var. cog. l. pe.

Nos posse. Licet de facto fieri facile possit. ad hoc ff. de verb. sign. l. nepos, & de aur. & argen. lega. l. vestis, §. vestimenta, & ff. de fur. l. pen. & §. de vsu. l. 3. & 4. & §. quib. ex cau. ma. l. in eadem, & 22. q. 2. cap. facit homo quod potest.

SI Titius hęres erit. Ita dixi in testõ meo: si Titius hæres erit. Seius hęres esto: & si Seius hæres erit, Titius prædictus hęres esto, certè istæ institutiones non valent: quia propter perplexitatem conditio existere non potest. Viu.

Si Titius hęres erit. Hic Titius ergo debet esse primo hæres: vt §. de hær. instit. l. seruus alienus, § si quis, & alter primo eadem ratione: quod esse nõ potest: vt in prœmio Digesto §. dicipu'i. Azo. ibi, quia quod primum &c. vt §. tit. 1. l. fi. §. Titius in fi.

Inutilem. Ratio est in euidenti: qa vt sit Titius hæres, oportet vt primo eius conditio impleatur, i. ꝙ Seius primo sit hæres: vt d. l. seruus alienus. Sed Seius hoc facere non põt, nisi sua conditio impleatur, ſ. ꝙ Titius primo hæres sit, inuicem ergo propter perplexitatem verborum se impediunt. sic ff. de verb. ob. l. si Titius, & de reg. iur. l. vbi repugnãtia, sed vbi est impossibilis de natura, vel de iure, valeret institutio, ex conditione habita pro non scripta: vt §. eo. l. 1. & l. conditiones, & l. si ita quis institutus, & Insti. de hære. instit. §. impossibilis, quæ sunt contra. Item videtur superuacua hęc conditio: vt §. eo. l. verba. contra. Sed ibi implere conditionem, ſ. volendo fieri hæres, & adire: ab eo dem

dem & simul fiunt, hic ab alio. Vnde debet impleri conditio prius, quam alter possit adire: vt ff. eod. l. fi ita scriptum, quod euidentius apparet, si ponas conditionem, quæ eget longo temporis tractu, vt si domũ fecerit. Itẽ an erit idem ecõtra, si dicam, Titius hęres esto, si Seius hæres non erit: & Seius hæres esto, si Titius hæres non erit? Sed potest ibi dici, quod extensio huiꝰ verbi erit, dabit vtilẽ, vel inutilem institutionẽ: & sic expectabitur alterius repudiatio. Vel dicas, quod qui primo adierit, ille sit hæres, & si alius postea velit, non potest: vt arg. ff. de verbo. oblig. l. si Titius. Sic ergo aliud est in conditione faciendi, & aliud in non faciendi. sic aliàs in altera cauetur: vt §. eod. l. si quis ita, & ff. de cond. & demõ. l. Mutianæ. altera impleri debet ante: vt §. de hared. instit. l. 3. §. si quis, & ff. de conditi. & demonstrat. l. qui hæredit. §. fi.

Excepto vno casu, quẽ Lud. Ro. ponit in fin. suis, in ver. cõditio. vidoino per Bart. in l. sub conditione. ff. de hær. instit.

scribit, cum conditio existere non possit.

XVII.

Plures institutiones ex eadem parte sub diuersis conditionibus fuerint: conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem.

Conditio adiecta in institutione, videtur in legato repetita. Bar.

XVIII.

Vm seruus purè liber, & hæres scriptus sub conditione sit: & si hæres non extiterit, legatum acceperit: in legato repetita

Non possit. Vtraque, vel altera: duæ enim sunt.

Plures. CASVS. Instituit mihi hæredẽ Titiũ in duabus partibus hẽreditatis meæ: & Seiũ instituit mihi hæredẽ in tertia parte sub conditione, si naues ex Asia venerit: & Caiũ instituit in eadem tertia, si Sempronius Cõsul factus fuerit: & postea decessit: certe quæcunque dictarum conditionum prius extiterit: ille habebit dictam tertiam, cui fuit adscripta dicta conditio, quæ prius extitit. Viu.

Si plures. Instituit Titium ex triẽte, si nauis ex Asia venerit: item Seium ex eodem triẽte, si nauis venerit ex Africa. Et secundum hoc proprie dicit plures institui, & nihil est cõtra: vel dic, quod eundem sic instituit: sed tunc quomodo plures? Respõ. quia bis facta fuit tamen in eandem partem, & in eundem hæredẽ.

Eadẽ parte. In specie. Sed quid si ex alio triente primo, & ex alio secundo instituit eundẽ sub diuersis cõditionibus? Respon. existente conditione vnius instituti ex ea erit hæres: & si in secũdo habeat institutus substitutum, expectatur condition s euentus illius institutionis alioqui idem quod hic, vt in solidũ sit hæres vt ff. de acq. hęre. l. cum hæres, §. fi. & l. 1. ęq. & §. de hære. instit. l. si te solum, in prin. & §. 1. Accur.

Sub diuersis conditionibus. In diuersis testamenti partibus appositis, secundum Io. Sed contra ff. de cõd. & demon. l. sub diuersis. & l. quod traditum, & l. nam ad ea. Sed hic à primo recedere noluit, & hoc expressit: alioqui contra præsumitur. Vel hic fuerunt alternatiue positæ. Azo. & simul, ad quod est quod not. §. e. l. si hęredi. Vel hic in hæreditatibus, in quibus non fuit tãcum expectandũ, vt testamentum valeat illud in legatis, & facit §. de procuratoribus. l. pluribus.

CVm seruus. CASVS. Sticho Seruo meo dedi libertatem purè, & eum hęredem instituo sub cõditione si nauis ex Asia venerit, & si hæres mihi nõ extiterit legaui ei centũ: & postea decessi vult modo dictus seruus habere ſtaum legatũ, & repudiare hæreditatem: certe non habebit legatum, nisi prius exititat p dicta conditio hęreditati appositæ: videtur enim legato repetita: & ita etiam videtur repetita cõditio in isto alio casu: Titia instituit sibi hæredẽ nepotẽ suum Seium in dimidia hæreditatis suæ sub conditione, si emanciparetur a patre suo, & postea fecit codicillos, in quib⁹ legauit eidem nepoti centum vltra illud, in quo eum hæredem instituit. & postea decessit: certe eadẽ conditio videtur repetita in legato in codicillis dato. quæ fuit adiecta in institutione: quamuis in legato non fecisset substitutionem, siue repetitionem conditionis, sicut fuit adiecta in institutione. Viu.

videri conditionem, diuus Pius rescripsit. Hac ratione, & Papinianus scribit: cum auia nepotẽ sub conditione emancipationis pro parte hæredem instituit, & postea codicillis scriptis, hoc amplius ei legauit, quam quòd hæredẽ eum instituit: repetitã videri conditionem emancipationis etiam in legato, quamuis in legato nullã vt in hæreditate, substitutionem fecisset.

XIX.

Ita scriptum fuerit, Titius hęres esto: si Titius hæres erit, Mæuius hęres esto. si Titius

Sic in ff. Hahãt scripsit, mentionẽ fecisset.

Sub conditione. Si Titius fuerit Consul.

Non extiterit. Quia defecit conditio.

Conditionem. Scilicet quod Titius sit Cõsul & die etiam libertatem: vt hic. & ff. de cond. & demonstrat. l. aut alioqui inutile esset legatum: vt C. de legat. l. seruus. & adde de libertate vt dicitur & notatur §. titio. 3. Trebatius, & l. eq. Item hoc nisi talis sit condõ, quæ legatum reddit inutile. vt ff. de leg. 1. l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si quis a filio, & ff. de fideicommiss. l. et. l. si. & ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idẽ respondit, quæ iunt arg. contra Azo.

Hoc amplius ei legauit. Prædia illa subaudi: vt ff. de condi. & demon. l. auia, & not. de repetitione: hic ff. de condi. & demon. l. cum seruus, in princ. & de le. 2. l. Latinus. in fi. & ff. de manumissis. l. duus. & de leg. 3. l. in repetendis, & ff. de contr. lega. l. codicillis. Sed arg. contra §. 13. l. duo conditiones. & ff. de annuis leg. l. Seio. §. vxori. & ff. de act. empt. l. fi. vẽditor, & no. Instit. ad leg. Aquil. §. ex hoc capite.

Ita. Ita scripsi ita testamẽto meo, Titius hæres mihi esto: & si dictus Titius hæres erit, mihi Mæuius hęres esto, & rogo eos ambos per fideicommissum, vt hæreditatem meam restituat Sempronio: & postea decessi cum Titius nollet adire meã hæreditatem. Sempronius fideicommissarius fecit eũ cogi per prætorem, vt adiret: & ita Titius coactus adiuit, sicque quartam non retinuit: tamen restituit Sempronio ex Trebelliano partem: quam coactus adiuit, mõ quaritur, vtrum prædictus Mæuius possit pro sua parte adire suo arbitrio sine coactione, & quartam retinere, cum restituet Sempronio prædicto? Et videtur quod non: quia cum Titius suspectam adiuerit, perinde est quantũ ad eũ, ac si non adiuisset, vnde quia Titius non adiuisset, videtur ꝙ Mæuius adire non possit: qui Mæuius fuit a me institutus sub condõne, si Titius adiuisset, vt dictum est. Item & quia Titius coactus adiuit, vt ꝙ Mæuius adire debeat eodem modo, ac si

ac si esset coactus, & sic quartam non retineat, dicitur tamen hic, quod & suo arbitrio possit adire iustus Mæuius, & quod quartam Trebellianicam à Sempronio retinere possit. Viu.

Adierit. Coactus per fideicommissari. qui erant rogati alij restituere.

Item adeũte Titio: completa est conditio Mæuij: vt §. tit. 2. l. 3. si quis. dubitatio autem huius legis erat hęc: secundum Azo. quia cum Titius suspectam adijt, perinde est quantum ad eũ ac si nõ adijsset: vnde quasi non adijsset, videbatur quod hic adire non posset: vel quia Titius fuerit coactꝰ adire, videbatur quod & hic coactꝰ adire debet: & sic quarram retinere non debet: quia q coactꝰ adierit quartam non retinet: vt ff. ad Trebellianum, l. quia poterat.

Aditio coacta. Trebel. impedit.

Vlier. §. Titia vxor mea promisit mihi centum nomine dotis, & feci secum pactum de dicta dote lucranda, si ipsa in matrimonio prædecederet. postea constante matrimonio ipsa venit ad mortem, & instituit me hæredem sub conditione, si dicta centum non peterẽ nec exigerẽ, & dedit mihi duos cohæredes puræ, & postea decessit, certè si ego denũciẽ dictis meis cohęredibꝰ quod per me nõ stat quo minus liberem eos per acceptilationem ab obligatione dictorũ centum, statim suum hæres pro tertia parte, si aũt non dedit mihi aliquem cohæredẽ, dicta mea vxor videtur me instituisse sub impossibili conditione, eo quod non habeo cui denunciem: & sic ero eius hæres in solidum, habita dicta conditione impossibili pro non scripta. ¶ Si quis hæreditariũ. Instituit mihi hæredem Titium, si manumitteret Stichum seruum meum, & postea decessi: certè potest Titius manumittere dictum Stichum de facto, licet non de iure: & hęres esse, & post aditionem hæreditatis per Titium factam conualescet libertas Stichi.

P. Fl. in tali.

Id est in possibilis.

¶ Si quis te. Titius instituit te hæredem sub conditione, si tu eum instituisses hæredẽ, certè quocunq; gradu probes te eum instituisse, erit eius hæres, & idem esset, si Titius instituisset te hæredem sub conditione. si tu ei aliquid legasses, nam quocũque gradu probes te ei aliquid legasse, eris eius hæres. Viu.

Debebat. Sub pacto lucrandę dotis, si ipsa præmoreretur, vt habeant locum sequentia.

Instituerat. Pro parte.

Neque petijsset. Id est, accepto ferret: & sic iuris

XX.

Vlier, quæ viro suo ex dote promissam pecuniam debebat, virum hæredem ita instituerat: si eam pecuniã quam doti promisisset, neque petijsset, neque exegisset. Puto, si vir denunciasset cæteris hæredibus, per se non stare, quò minus acceptum faceret id, quod ex dote sibi deberetur, statim eum hæredem futurum. Quòd si solus hęres institutus esset sub tali conditione, nihilo minus puto, statim eum hæredem futurum: quia *ἀδύνατος* cõditio pro non scripta accipienda est.

XXI.

Eruus alienus ita hæres institui potest, [Cũ liber erit,] proprius aũt ita institui non põt.

XXII.

sunt: vt ff. de li. leg l. 3. §. nunc de effectu, aliàs locũ haberet Cautio Mutiana: vt ff. de cõ. & demõ. l. Mutianę.

Pro non scripta. Vtpote impossibilis, cũ non est cui caueat: vt §. eo. l. si qui, & idem Iulianus. & ff. de condi. & demon. l. Mutianæ, & facit ad hoc, C. de hære. instit. l. si compensandi.

Si conditio non potest impleri de iure, sufficit quod impleatur de facto. Bar.

Hæres esse. Et hęc institutio nulla videbatur, cũ prius deberet manumittere seruum hæreditariũ, quam hæres esse, vt §. de hæredi. instit. l. 3. §. si quis, & ff. de cond. & demon. l. qui hære. in fine, & manumittere non poterat, nisi hęres esset, vtpote non dominus: vt C. de ijs, qui à non domi. l. 4. valet tamen magis per voluntatem defuncti, quã per manumissionẽ.

Manumisisse. Scilicet de facto, & sic sufficit de facto fieri, etsi de iure nõ teneat: vt ff. de sta. lib. l. pe. & l. Stichus, §. hæredi. & ff. de manumiss. test. l. seruũ testamento, & ff. de condi. & demonst. l. Mæuius, & ff. de verbo. oblig. l. quidam, in fin. Sed arg. contra ff. de cond. & demon. l. hęc cõditio, & §. quod quisque iuris l. 1. in fin. & C. si manc. ita fue. ali. l. ea quidem.

Sic Substitutio dicitur proprie institutio. Bal. in titu. C. de impu. & alijs substitutis debet fieri, nisi verbis expressis. Bal. in l. fina. 10. opp. C. de hær. instit.

Substitutus, est propriè institutus, vel substitutio, est proprie institutio. Bar.

Si quis te hęredem ita instituit, si se hęredem instituisses, aut quid sibi legasses, nihil interest, quo gradu is à te hęs institutus, vel quid ei legatum sit, dummõ aliquo gradu id feciſſe te ꝓbes.

Conualescit. Cõtra ff. qui & à qui. l. si seruo, vbi non cõualescit. Sol. non ipso iure, vt ibi, sed tamen si veniat cõtra factum suum obstabit exceptio: vt §. de pigno. acti. l. si rem alienam, & l. 1. & de pigno. l. si à Titio, & facit ad hoc C. de li. causa. l. si ab eo. & quod ibi not.

Instituit. In præteritum, non in futurum: vt §. tit. 2. l. hoc articulo, & ff. de ijs quæ pro non script. l. 1. in fi.

Vel quid. Subaudi, etiam modicum.

Eruus. CASVS. Seruũ Titij instituit mihi hæredem cum liber erit: certè valet institutio: proprium autem meum Seruum non possem taliter instituere, quia cum ei libertatem dare possem, debeo ei dare libertatem, si volo eum liberum esse, & mihi hæredem, vel purè, vel in diem, vel sub conditione: nec facultatem habere debeo instituẽdi eum hæredem in casum obueniẽtis ei libertatis à quocunq; alio. & h. d. cum l. sequenti. Viu.

Non potest. Scilicet vt institutio sit conditionalis. Ro. sed erit pura, conditione habita pro nõ scripta. tu dic nulla est omnino, secũdũ Ioannẽ, vt hic dicit. Sed contra supra tit. 2. l. talem, in princip. Sol. ibi bis data fuit libertas seruo. Primo purè & vtiliter. Secundò sub conditione & inutiliter, vt & hic: quare licet ex secunda donatione nõ teneat, tanet temẽ ex prima pura & vtili. Item facit Insti. qui tutor. dari pot. §. seruus, vbi

vbi eodem modo distinguitur in seruo tutore dato: licet illa distinctio videatur tolli per legē §. de testa. tut. l. si hæreditas, § fi. vbi non refert in ter seruū suum, & alienum tutorem datū. Sed dic, quod vterq; liber est sed alter directo, cum suus: alter per fideicommissum, cum alienus.

Q Via ratio. Si volo seruum hæredem instituere, debeo libertatē relinquere vel purè, vel in diem, vel sub conditione: nec debeo fortunæ committere, vt fiat liber ab aliquo domino futuro, vt sic postea sit hæres. Azo. Vel dic ratio, scilicet vt non pendeat ex alieno arbitrio: vt §. tit. 2. l. illa. Item & ille, qui potest stare certo, nō stet i incerto: vt dicit prouerbium: vt hic, & §. ti. 2. l. quoties. §. hæredes. Accur.

Via ratio suadet eum, q libertatem dare po est, ipsum debere aut præsente die, aut in diē, aut sub condō ne dare libertatē: nec habere facultatē in casum à quolibet obueniētis libertatis hæredem instituere.

XXIII.

Impensæ autem. Hoc aduertatur ei, quod dixerit, verũ est commodum &c. §. die autem, pro sed &c. vel die aduertas ad proximum dictum, prout dixi p l. C de rei vxor. act. l. unica. §. taceat. q. d non retineatur dos ob res donatas: sed secus est propter impensas. & secũdum vtramque expositionẽ eximuntur hoc legatum dotis propter impensas, fm Ro.

Aliàs re legauerit.

Corpora. De hoc dic, vt not. §. de impens. in reb. do. fac. l. qui a debitore. & fit de iure dotis li. 2. §. quod dicitur. & C. de rei vxo act §. sed nec ob impensas, & facit ĵ. eod. l. cum quis. in prin. & l. dote.

Sed ad uniuersitatem. Sic sup. de iudic. l. si fideicommissum §. tractatum.

Actionem. id est, iam mam dotis: vt §. eo. in prin.

Futurũ est, tm. p tinet non adiecta certa re, vel summa, aliàs secuisset inuit eo §. sed si vxori.

Prælegato. Aliàs pure legatio.

Cautus. Id est qui sunt s de iure. dot. l. mutus. §. manente. & facit §. de leg. 2. l. Maxius §. duobus. Sed arg. contra in eod. tit. l. cum filius. §. hæres.

Die Fm Dyn. qd ibi debitum nõ erat extinctum, sed erat in alium speciem obligationis translatum: hic vero erat omnimo extinctum. Bar.

Soluerit. Scilicet vir qui ante, vel etiam post eandem eidem legauit.

Æstimata. Mancipia dico. Acc.

Dotis legatum. Simpliciter relictũ: vt lego tibi dotem tuam: secus si centum pro mancipijs: vt ĵ. eodẽ. l. vir vxori.

a Liberationem. Quia de ea tantum sensisse videtur.

b Nam & si qs. Quasi d. si non valet vbi magis videtur valere, q̃a quantitas exprimitur, multo minus valet

let in casibus superioribus, vbi quãtitas nullo modo exprimitur.

a Deberi constat. imo contra: vt C. de fal. cau. adiect. leg. l. si non designata. Solu distingue an quantitas ex primatur vt corpus: vt hic, & §. de lega. 1. l. planè. §. sed hoc ita. & tunc non debetur quantitas, vt hic: sicuti nec corpus ignotum debetur: vt §. de leg. 2. l. Lucius. §. quisquis. nam siue dixi, quæ in arca habeo, siue quæ apud me deposita sunt, ea tibi lego quodãmodo videor dubitare, sit penes me, an nõ: & sic est corpus ignotum in ea demonstratione: aut vt quantitas in genere certa: & tũc falsa demonstratio non nocet, sicut nec in corpore certo: vt ibi. & ĵ de liber. lega. l. legaui. & §. de le. 1. l. h seruus legatus. §. qui quinquc. & l. sed & si certos. & l. si sic. & infra eod. l. cum scripũ. quæ sunt similiter cõtra. licet eĩ dicam: centum quæ in dotem habui: vel quæ ad me pueneruntpro constanti pono sic esse: & ita valet: vt dictũ est. Alij vt Rom. dicunt hic eum errasse. & hoc probari debet: aliàs in dubio præsumebaẽ quod magis animo designandi quantitatem, quàm ad certorum nũmorum corpus se retulit: & sic valeret legatum non obstante falsa demõstratione: licet nulla deposita sũt. vt dicta l. Lucius §. quisquis in princ. & infra de cõd. & demonstra. l. demonstratie. & l. cũ tale. §. falsa. & C. de fal. cau. l. r. item facit §. de contrah. emp. l. hęc vendi tio. §. pen.

P. F. additur.

b Si quis. nullo errore lapsus.

c Omnimodo. Etiam si aliunde obuenit.

d Demonstratæ. Scilicet ad plus demonstrandũ, qua si dicat, satis apparet eum voluisse deberi per hęc verba, is enim & cætera, & non oportet, quod adiiciat plus Et not. quod manifesta non indigent demõstratione, vel probatione. sic supra qui falsidar. cogan. l. si vero. §. qui pro rei. & facit ĵ. de cond. & demon. l. quibus diebus §. qui dotale. & l. cum tale. §. falsa & no. §. proxi. §. Acc.

Manifesta, pbatione non indigent.

Sed locer. CASVS. Titius habens filium, habẽtem vxorem, cuius dotem ipse Titius receperat, dictæ suæ nurui dictam dotem legauit: & decessit instituto sibi hærede dicto filio, & alijs. modo quæritur, nunquid valeat dictum legatum? & distinguitur, aut noluit prælegare ius actionis de dote, vt scilicet actionẽ de dote intentet nurus contra maritũ: aut noluit eam recipere dotalem pecuniam pro se, & marito ab hæredibus suis testatoris. Primo casu non valet legatũ, iõ quia adhuc nupta est. q Secũdo valet. Sed pone in hoc secundo casu, q̃ ipsa nurus recepit dotem ab hæredibus: nunquid maritus poterit petere ab hæredibus, p̃dictis dotem iterũ? Et dicitur q̃ sic, vnde cautè hæredes socceri facient, si nuru agente ex testamento ad dotem contra, eos petant sibi per eam caueri, quòd defendet eos aduersus viuum suum: & ipsa aliter nõ cõsequitur dotẽ, nisi caueat eis, sed & si maritus eĩ p

agat pro dote contra hæredes testatoris, ipsi nõ aliter soluet ei dotem, nisi caueat eis de defendẽdo eos aduersus vxorẽ suam volentem postea agere ex testamẽto. Sed pone econtra, quod dictus Titius legauit dotẽ prædictam dicto suo filio, & cum exhæredauit, nunquid solut. matri. etiã poterit nurus petere à viro suo dictam dotem? Et dicitur q̃ non, nec etiam constante matrimonio: poterit tamen petere ab hęredibus socceri: & cum consecuta fuerit ab hæredibus dotem, legatum mariti sui de dicta dote extinguit, ideo, quia nihil est iã de dote, quod marito præstari possit. & h. d. vsque ad versiculum, verunta men ipsum &c. & ĩ versic. idem Iulian. quærit si dotem &c. in alio aũt vers. uerunt amen &c. dicit, quod filius potest petere dictam dotẽ, antequam vxor sua petat ex causa legati ab hæredibus patris sui. sed dicti hæredes non tenentur aliter ei dare, quã si eis caueritse eos de

In P. Fl. θεμελιῶν est capitis ſcc. qđ incipit. Celſus li. 20. Digeſt. ſcribit, Si ſocer nurui &c.

II.

I socer nurui dotẽ prælegauit, si quidem ius actionis de dote voluerit prælegare, nullius momenti esse legatũ, quippe nupta est. a Sed si voluit eam recipere dotalem pecuniam, vti le (inquit) erit legatum.

b Si tamen hæc dotem receperit, nihilo minus maritus dotis persecutionem habebit, siue hæres institutus est, familiæ ercisciundæ iudicio, siue non, vtili actione. c Ego puto, quoniam non hoc voluit socer, vt bis dotem hæres præstaret, & mulierem agentem ex testamẽto cauere debere

fensurum aduersus vxorem suam agere cõtra eos postea volentem nam quamuis hæredes soluerint marito: nihilo minus competit contra eos actio mulieri: & in hoc est differentia inter dictum maritum, cui dos vxoris suę prælegata est in testamento patris sui, & ordinium libertum, cui peculium legatum est. nãque ipse libertus potest conueniri de peculio: hęres autẽ illius qui legauit ei peculium, non potest conueniri de peculio, q̃a ipse hęres desijt habere penes se peculiũ. as, vt dictũ est, dotis actio nihilo minus competit mulieri contra hęredes socceri, quamuis hęredes socceri dotem habere desierint, eo quod soluerunt marito. h. d. vsq; ad §. idem quærit si dos. Viu.

a Si socer. Aliàs s. aliàs. § Celsus.

b Actionis. Scilicet vt actionem ex stipulatu p̃ dote intenderet contra maritum.

c Nupta est. Bona ratio: vt C. si dos constan. matr. l. r.

d Legatum. Et ideo contra maritum nõ aget tũc: sed contra socceri hæredes, vt §. fol. matri. l. ti constante. §. 1. & l. ii marito. §. cũ patri. Azo. sed donatio cã mortis constante matrimonio non valet: vt §. de donat. inter vir. & vxor. l. mortis. in princ. quæ est contra. Sed illa magis accedit donationi inter viuos, quæ non valet, quàm legato. ad quod est §. de donatio. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. oratio, & econtra legatum dotis magis alij legato, quam donationi accedit.

e Si tamen hæc s. nurus.

f Iudicio. Sed si non habuit cohęredes, nec est socceri hęreditas adita, nunquid nurus põt inrẽdere hypothecariam etiam constante matrimonio de personali cõstat vt diximus ĵ. co. l. pater. & l. antepe. sed subuenitur ei ex generali regula: vt §. de iu. dot. l. si is §. 1.

g Vtili actione. Id est, vtili iudicio fami. erciscun. vel actione in factum: vt notatur §. fam. erciſc. l. si filia. & l. si maritus. Acc.

h Vt bis. Ad quod est §. de le. 1. l. huiusmodi §. cũ pater. & de iure do. l. cum pater. & de rei vxo. act. §. scien

dum. Item videtur contra hui l. j. de leg. præ. l. sed & si. § nutui. sed nō ob. vt dicit seq. § illius l. § sed & cū.

a Defensum iri. Facit s fam erect l. si filia. in princ. & § j. & §. pen. & supra de cond. indebi. l. frater à fratre. & j. eo. l. pater. Acc.

b Per contrarium. Nam. s. nutui. hic filio legat. & facit j. eo. l. pater. in princ.

c Non posse. Scilicet vxorem nisi in subsidium: vt j. eo. l. pater. in fin.

d Eum. Filium exhæredatum.

Orcinum. Cui directo libertas à testatore relinquitur: vt Institu. de sing. reb. per fideicōm. s. reli. l. libertas.

Posse conueniri. Imo videtur econtra ipsum nō posse sed hæredem posse: vt C. an ser. ex suo fact. l. 2. Sol. fm Ro. non conuenitur Orcinus libertus: sed hæres ab initio vt ibi: sed inspecto exitu conuenitur Orcinus, & non hæres: vt hic. nā hęres conuētus de peculio cōuictus, & exactus recuperat à liberto, & sic per mediū libertus conuenitur: vt aliàs C. de vsu rei iu. d. l. fi. fi nec in pl' tenetur quā a liber to recuperare pōt. vnde liberatur cedē do actiones: vt s. de pec. l. quod debetur in fi. & ad hanc mēt applicabat hāc literam. Alij dicunt teneri libertum in subsidium. quia hæres non est soluendo. Tu dic cp hic est directa libertas relicta: ibi: per fideicōmissum: q.d' pater: quia dicit orcinus: vt Instit. de sing. reb. per fideic. rel. § libertas. sed quæ est diuersitatis ratio, not in l. cōtraria. Et eodem modo resp. ad l. de pec. leg. l. si seruo. manumiss. & s. quādo. actio de pecu. est. ad. l. i §. item hæres. & s. de tribu. l. quod in hæredem. § si seruo. nā in prædictis legibus per fideicommissum fuit relicta libertas. Prima enim solut non placet. quia sic non esset aliud in orcino liberto, quam in eo cui est dos prælegata: quia & ibi conuenitur hæres ab initio. sed recuperat à filio: at hic vult esse differentiā, & facit j. de pecu. leg. l. at cum hæres.

Contius aūt scribit p ch, qđ, teste Proboგrāmatico, olim orch' scriberetur.

e Se habere. Sine dolo.

f Mulieri. Sol. ma quam solutionem cogitur maritus habere ratam quasi suo creditori datam: vt s. de neg. gest. l. si liber. & supra de iur. do. l. cum pater. in fi. & j. de excep. do. l. si opera. & j. de bono. libe. l. libertus qui sub § 1. vel si hoc nō placet: dic nomine mulieris hūc dotem marito legata mad quod s. de leg. j. l. seruo legato. § 1. & C de do. pro. l. si p te. & eodē modo resp. j. eo. l pater, secundo respondeo.

ADD. Intellige istam glo. secundum Bart. hic quod matrimonium fuit postea solutum inter vxorē, defensum iri hæredem aduersus maritum, ergo & maritus idem cauere debebit aduersus mulierē defensum iri, si prior agat.

Contra filium exheredatū non potest agere vxor pro dote, sed ipse filius agit contra hæredes in fructus præstita cautione de indemnitate.

Per contrarium apud Iulianum lib. xxxvij. Quęritur, si socer filio suo ex hæredato dotem nurus legasset. Et ait, agi quidem cum marito exhæredato de dote non posse, verumtamen ipsum dotem persecuturum ex cā legati. sed non aliàs eum legatum consecuturum, quàm si cauerit, hæredes aduersus mulierem defensum iri: & differentiam facit inter eum, cui dos prælegata est, & Orcinum libertum, cui peculium legatum est. Namque eum de peculio posse conueniri ait: hæredem nō posse: quia desierit peculium penes se habere. at dotis actio nihilo minus competit, & si dotem desierit habere. Idem Iulianus quærit: si dotem marito prælegauerit socer, an dote soluta mulieri, legatū marito extinguatur? Et dicit extingui: quia nihil esset iam, quod marito posset præstari. Item quærit, si dos alij legata esset, eamq; rogatus sit is mulieri restituere: an lex Falcidia in legato locum haberet. Et dicit habere. sed quod minus sit in fideicommisso, mulierem dotis actione consecuturam. Ego quæro, an commoda repræsentationis in hoc legato sic obseruentur, atque si dos ipsi mulieri fuisset prælegata? Et puto habere. Idem Iulianus quærit, si mulieri dos sit prælegata. eaque sit rogata dotem restituere, an Falcidia locum habeat? Et negat habere: quoniam fideicommissum quoque negat valere. Quod si præterea quid vxori legatum sit purè, putat è residuo fideicōmissum præstari. quod vtique habita ratione Falcidiæ mulieri præstabitur. Sed & marito ex parte hærede instituto a socero dote præ legata, legatum dotis Falcidiam passurum, videlicet quia adhuc constante matrimonio indebita dos videatur prælegata; verum quod Falcidia reciderit, in familiæ erciscundæ iudicio maritum præcepturum, quemadmodum dotem totam præciperet, si non esset prælegata. Mela scribit, si fundus in dote fuerit, & specialiter sit legatus, mox generaliter dos prælegata, non

g Præstari. Vltra commodum repræsentationis vt j. l. proxi. hoc enim commodum erat vir habiturus propter legatum. si socer nurui dotem non restituisset.

¶ Itē quęrit si dos, Institui mihi hæredem Titium, & dotem vxoris meæ legaui Sēpronio: & eundem Sempronium rogaui, vt restitueret dictam dotem dictæ meæ vxori. & postea decessi: nunc Titus cū grauauerim hæreditatem meam alius etiam legatis vult detrahere ād dicta dote Falcidiam. quæritur nūqd possit? Et dicitur quod sic, & mulier nō cōsequetur à legatario nisi illud, qđ recepit ille legatarius ab hærede, & cp minus est in fideicommisso restituto mulieri per legatarium prædictū, consequet mulier ab hærede p actionem de dote. Sed nunquid dictus hæres poterit detrahere Falcidiam dicto legatario de commodo repræsentationis dictæ dotis sicut posset detrahere mulieri si mulieri esset dos legata? & dicitur quod sic. & ita mulier in hoc casu non recuperabit ab hærede prędicto illud, quod hæres detrahit nomine Falcidię p cōmodo repræsētationis dotis, quamuis in superiori casu recuperet, vt dictum est. Viui.

h Is, nō e in P. Flor

i Mariti. Id est, marito relictum.

k Et dicit habere. Vt j. ad legem Fal. l. cum dotem. cōtra. Sol illa finem, hæc medios respicit circuitus, qui tandem parum, aut nil profunt. R. vel hic fuit dos æstimata, ibi non. vel vt ibi.

l Consecuturam. Cū in medij temporis commodo Falc. nocere non debeat fm Ro. imo nocet: vt j. ad le. Fal. l. 1 § si quis & l. cum dotem & l. si vsufr. §. j. dic ergo consecutura ab hæredibus, & sic Fal. inspecto exitu non prodest, nisi in commodo repræsentationis, vt dixi.

m Ego quæro Quoniam in superioribus parum, aut nihil Falc. profuisse videtur. H.

n Sic obseruentur. Quantū ad Falc. repræsentationē R. Quid ergo tunc seruatur? Resp. secundum quosdā non habet locum Fal. sed totam dotem soluet statim vt j. ad l. Fal. l. si vsus fructus. §. 1. sic ergo & cp retinuit hæres à legatario, in solidum dabit mulieri annua, bima, trima die. tu dic Falc. habere locum in cōmodo repręsentationis: vt j. ad l. Falcid. l. 1. §. si quis vt ecce dos est

dos est. 60. legat vir eam mulieri. certè statim debet habere, quę aliàs nō haberet nisi annua bima, trima die. commodum ergo medij temporis potest valere 20 certē de his 20. detrahitur quarta, scilicet quinque, q̄ retinet hęres libere, sic & in nostro casu dabit mulieri, qđ detraxit legatario vt 5. tantum libere retineat vir: vt hic, & j. ad legē Fal. l. cum dotem. in fin. nec obst. d. l. si vsus fructus. quia de dote legata non detrahitur, sed tantū de commodo repræsētationis.

¶ Idē Iulianus quærit. Ego recepi dotem pro vxore filij mei Titij, & postea feci testamentum, & dictæ meæ nurui dotem prælegaui: & rogaui eam quod restitueret dictā dotem Sempronio, & vltra dodrantem multa alia legata reliqui, ita quod habeat locum Falcidia in hæreditate mea. nunquid poterit hæres meus detrahere Falcidiam dictæ meæ nurui? Et dicitur cp non: nec tenetur: p sa dictam dotem dicto Sempronio ex fideicommisso restituere: quia ego legaui ei illud, quod tuum erat, & nihil de meo: si autem prater dotem legaui ei centum, in eo casu hæres meus detrahet ei Falcidiam de dictis centum, & superfluum de dictis centū dabit mulier fideicommissario pro fideicommisso dotis, sed si dictum meum filium hæredem instituit cum quibusdam alijs, & dotem nurui meę prælegaui (vt dictum est) nunquid hæredes mei detrahent Falcidiam de commodo repræsentationis dotis? Et dicitur cp sic. repræsentatur enim dos mulieri, cum hæredes ei eam soluunt ex legato, quę dos si nō esset ei legata, nō debebat ei solui. eo quod indebita erat quantum ad eā, ideo quia adhuc constabat matrimonium inter eam, & filium meum prædictum. dictā tamen Falcidiam, quam cohęredes filij mei extraxerūt de prælegato dotis, habebit filius meus ante partem, cum intentabitur iudicium fam. erciscund. inter eum, & dictos suos cohęredes. sicut totam dotem haberet ante partem, si nō prælegassem eam vxori suæ. Viu.

a Locum habeat. s. ad damnum fideicommissarij.

b Negauit valere. Et sic nō potest ei nocere Falcidia, & hoc est verum, nisi in commodo repræsentationis, in quo tenet legatum, & fideicommiss. vt j. l. proxi. & sic ēt Falc. detrahitur vxori, & per consequens fideic. de hoc commodo repræsentationis: vt no. s. prox. §. & facit ad hoc quod non valeat fideicom. supra de leg. 3 l. cum quis. in prin. & l. 3. in prin. & §. si rem. & s. de leg. 2. l. cum pater. §. Titio.

c Purè. Alias est liberè. Azo. & secundum hoc dicunt cp non fuerit grauatus restituere illud. Et quod subijcit de fideicomm. ab vxore præstari, dicunt ex voluntate: quia non illud, sed dotem solum rogatus fuit restituere, secundum R. Sed secū dum hoc quare dicere tur fideicom. dic ergo cp & de hoc fuit rogata: & sic ex necessitate præstet. & nō habeas purè. vel si habeas ex pone, id est, non in diem, vel sub conditione.

Quod. Scilicet residuū, id est, legatum extra dotem.

A socero. Mulieris, qui & pater erat mariti.

Prælegata. Eidem marito.

Indebita. Scilicet nurui. viro. n. debita est. cum penes ipsum maneat onus matrimonij: vt s. famil. ercis. l. si filia. §. 1. & l. si maritus. & j. de leg. præstand. l. sed & si §. si nurui. & §. sed & cum.

Præcepturum. Scilicet statim, & omnino, cum hic de cō modo repræsentationis nil sit: vt j. e. l. pater. quæ lex bene facit ad hoc qđ hic dicitur.

¶ Mela scribit. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Titianum, & ego postea ei legaui eum, & ei post ea generaliter legaui dotem suam. certè non poterit petere ab hæredib. meis nisi semel fundum prædictum, sed & si dictum fundum dotalem, quem legaui vxori meę, vt dictum est, locaueram Seio vsque ad certum tempus: non aliter consequetur dicta mea vxor dictum fundum ab hæredibus meis, quam si cauerit eis se passuram colonum prędictum frui: dummodo ipsa percipiat pēsiones dicti fundi. Viu.

In dote. Etiam inæstimatus: & valebit etiam legatū propter commodū repręsentationis: sed hodie statim reddi debet: vnde non valet legatū secūdū quosdam. Tu dic etiam olim non valere in re immobili: vt C. de rei vxo. act. l. vnica. §. cū autē. & §. exactio. & Instit. §. si quis debitori. hic enim fuerat æstimatus. Acc.

Sed semel. Sic s. de leg. 2. l. Mæuius. in pri. & s. de leg. 1. l. plane. §. j. & j. de verb. obl. l. qui bis. & supra de iure dot l. cum pater. Acc.

Consequi. Imo videtur quòd poterit eum deijcere: vt s. de leg. 1. l. nihil. §. fi. & s. de vsuf. l. arbores. §. j. & s. loc. & cōdu. l. qui fundum. quę sunt contra. Sol. specialē in dote: vt hic, & s. sol. mat. l. si filio. §. fi. Vel dic, qđ & hic eum deiecerat: ideo cauet hæredi: vt & hic, & d. l. si filio. deiectus ergo colonus agit contra hæredē. & hæres aget ex cautione & sic facit s. quādo act. de pe. est an. l. j. §. itē si hæres. & sup. loc. l. si merces. §. 1.

Vm quis. Vxori meæ legaui dotē suam, quę erat centum: & rogaui eam, quòd daret 2c. Titio. certè ex ipsa dote non dabit mulier Titio 20. sed quatenus lucrū sentit ex cōmodo, repręsentationis dotis. & idem est si ego fecerā in dote necessarias expensas, quę quidem ipso iure dotē minuūt. nā nō solum

III.

VM quis vxori suæ dotem relegauit, fideique commissum ab ea reliquit: hoc fidei

solum ex repræsentatione prædicta debit mulier Titio xx vt dictum est, sed etiam ex dictis expēsis. et enim legatarij quantū ad dictas expēsas & de meo videor ei dotē præstegisse. & si non legaui ei dotē. sed legati ei vnum fundū loco dotis, adhuc videor ei dotē prælegasse, & tenebitur mulier prædicta re dicta xx. Titio de commodo repræsentationis, & de expensis prædictis, & idem est, si non dixi expresse, quod legabam ei fundū pro dote, sed hoc in animo gerebam. de dote autem nihil tenetur dare Titio fideicommissario.

Aliàs quam. Quid ergo si eā instituī hæredem, & rogaui eam, quòd restitueret hereditatem dicto Titio? certè id demū ei restituet, quod quantitatē dotis excedit. vnde idē est in eo, quod excedit quod est in dicto cōmodo repræsētationis. Item quid si recepi dotē à nuru mea, & postea filium meū hæredem instituī, & eū rogaui & restitueret Titio quicquid ad eum filium ex hæreditate mea peruenisset, & post ea per mortem vxoris suæ meæ nurus lucratus est dotem? nūquid restituet Titio, quod ex ea dicta dote à me percepit? Et dicitur quod nō: quia non est lucratus illam dotem ex meo iudicio, sed causa matrimonij. ¶ Mulier dotem. Vxor mea quæ promiserat mihi nomine dotis quadringēta, dedit mihi, & ducentis fundum Titianū, & Seianū: & pro alijs cc. dedit mihi nomina duorum suorum debitorum qui debebāt ei cc. postea ego decedēs legaui ei pro dote sua dictos duos fundos, & etiam alios duos, qui valebant ccc. & commisi fidei eius, vt quicquid ad eam peueniret ex hæreditate mea, restitueret Seio cum ipsi moreretur. & decessi: postea decessit dicta mea vxor, quæritur quā tum debebat dare dicto Seio nomine fideicommissi? & certè illud solum quod peruenit ad eam deducta quantitate dotis. vt pote, si quod lucrum habet, propter repræsentationem dotis: item etiam illud super fluū de dote tenetur restituere dicto Seio cum fructibus. & h. d. Viu.

commissum ex commodo, quod ex relegatione mulier sensit, æstimabitur. & ita Celsus quoque libro vigesimo Digestor. scripsit. Quod si necessariæ fuerunt impensæ, quæ ipso iure dotem minuunt: amplius dici potest, si tāta quātitas dotis, quanta maritus accepit ei relegata sit: oportere dici etiam eam quantitatem posse fideicommisso erogari, quæ ipso iure dotem minuit; esse enim mulierem legatariam nemo est, qui dubitet. Sed & si non dos, sed pro dote aliquid vxori fuerit legatum: adhuc quasi dos relegata accipitur. Hoc amplius Iulianus scripsit, & si non fuerit adiectum pro dote esse legatum. hoc tamen animo relictum, adhuc eius esse conditionis. vxor igitur si rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum est, vel quod in vicem dotis sibi adscriptum est, restituere non cogetur, nisi eatenus, quatenus diximus restituere, & ideo hæres instituta, rogataque hæreditatis quantitatem restituere, id demum restituet, quod quantitatem dotis excedit, idque quod ex repræsentationis commodo sentit. Nam & si quis cùm a nuru dotem accepisset, filium suum hęredem instituerit, eumque rogauerit, quicquid ad eum ex hæreditate perueniisset restituere, mox vxoris morte dotem fuerit lucratus, id non restituet, quod ex dote percepit: quia matrimonij causa id lucratus est, non ex patris iudicio. Mulier dotem promisit quadringentorum, & dedit fundos duos in ducenta, præter ea nomina debitorum in reliqua ducenta, mox maritus eius decedens pro dote fundos ei duos, non eos, quos in dotem acceperat, reliquit. & præterea duos illos dotales, quos æstimatos acceperat, reliquit, fideique eius commisit, ut quicquid ad se ex hæreditate eius peruenisset, id restitueret Seio, cum moreretur. Quærebatur, quantum esset in fideicommisso muliere debita? Dicebam hanc vxorem quæ rogata esset, quicquid ad se peruenerit ex testamento restituere, in

supra de lega. 2. l. Imperator. §. 1. & sup. de le. j. l. plenè. §. fi. & j. ea. l. §. fi.

Minuunt. Quia fundus, & pecunia est in dote. & in fundo impensa facta: vt supra de impen. l. quod dicit.

Amplius. Facias punctum minuunt, & dic amplius quam supra. dixit enim fideicommissum esse in commodo tātū: nunc dicit plus si tanta &c.

Si tanta. Alias si tota.

Relegata. Hoc addictum, id est, sine diminutione expēsarum. vel fuit nominatim ipsa quantitas dotis prælegata, si alias aliud esset. l. no. s. eo. l. 1. §. impensæ.

Legatariam. Scilicet puram. & in duobus. scilicet in commodo repræsentationis, & impensarum remissione: & ideo potest fideicommitti. & sic dic s. de legat. secundo, & secundum principium & §. 1.

Accepit. Scilicet vt commodum repræsentationis sit in legato.

Hoc tamen animo. Quod enim primitus per additionem de alienatio. levatur per hoc protestor quod voluerit alterum esse cōtentum. et C. de iei vxo. act. §. primum magis.

Conditionis. Scilicet vt possit grauari in eo solo, quod plus sit in legato, quam in actione dotis. Acc.

Sibi. Scilicet vxori.

Adscriptum. Scilicet a viro.

Diximus. Scilicet quod plus est in legato quā in actione dotis.

Idque. Quasi dicat, & id restituit, scilicet per fideicom. quod habet ex commodo repræsentationis.

Lucratus. Vel ex pacto, vel vxoris iudicio.

Percepit. Scilicet familiæ ercis. forsan iudicio, quasi præceptionis iure magis quam eius titulo inspecto: vt infra, de fideiussl. tutor. R. & ad idem C. ad Maced. l. 3. & infra, de donationi. l. qui id quod. & conſonat prædictis infra, ad Trebe. l. cum hæres. & l. deductis. & infra, ad legem falcidiam l. si dos. & infrà, de legatis prædan. l. virilis. §. pen. & fi. & intra, de auro, & argen. leg. l. qui vxori. in prin.

In ducēta, æstimatos: vt j. dicit nomine ducētorū

Recepisse. Sunt enim diuersa accipere, & recipere. & s. depositi. l. 1. §. eleganter. in fi. Sed arg. contra s. de le ga. 2. l. cum quidam.

Potuit. Vt s. ea. l. in prin.

Cogetur. Nō lucratur ergo legataria fructus medij temporis. & sic est contra, s. de leg. 3. l. quod his verbis. Solu. hic speciale coniectura voluntatis: ex eo enim quod legabat, p debito dotis: quasi quędam taxatio est, ut quicquid vltra habeat, reddat, sic & s. de vsur. l. in fideicōmiss. §. cum Pollidius. nā & ibi fundus retinendus quādam taxationem facit, ut residuum cum fructibus reddat. ut ibi dicitur. Item & si legatur minus, & rogetur restituere pl' post tempus, distinguitur quātitas pro quātitate: & sic fructus medii tēporis computantur vt valeat fideicom. secus si species: vt s. de lega. 2. l. Imperator. §. 1. & l. cū pl. §. Titio.

Dotem cum fructibus suis. Id est, quantum dos facit cum suis fructibus. & facit j. de aur. & arg. l. qui vxori. & supra l. prox. cū suis concor.

Vi ita. Cap. VS. Titiæ vxori meæ ita legaui: Titiæ amplius quam dotem tuam aureos centum det hæres meus. certè non solum centum aureos. sed etiam dotem videor ei legasse. Sed quid si post dicta legata ita dixi, uolo, quòd legata soluat hæres meus usq. ad mensem: certe ista prorogatio solutionis non pertinēt ad legatum dotis, sed ad alia legata tantum: dos ergo soluetur incontinenti, & alia legata post mensem numerandum a morte mea, & est rō, quia actio de dote habet suum diem, quo debeat solui dos mulieris soluto matrimonio, scilicet quia dēt solui post annum quādo nō est legata. unde prorogatio legatorum nō dēt pertinere ad dotem, cum ad præsentia tantum legata debeat pertinere: ut sup. de leg. 1. l. talis scriptura. & hoc dicit cum l. seq.

Tot. Puta decē, sic uidetur huic. l. contra. sup. de le. 1. l. si seruus. §. si ita scriptū esset. Sol. ut ibi, uel ut dixi su. de le 3. l. si sic. & l. ii pure quæ concor. uel hic dixit amplius quā dotē decem aureorū. secus si dixerit, amplius decem aureis, & omisit quam dotem. Acc.

Vm vulgari. Puta, ego testator, qui legaueram vxori meæ dotem, ficdixi. Cuicunque aliqua legaui potē decem ann. dari uolo. Vel ita quibus legatis dies appositus non est, post annos decem dari uolo ea esse conditione, ut id demum restituere rogetur, quod deducta dotis quantitate ad eam peruenisset. Dotem enim recepisse eā magis, quā accepisse saluo eo, quod ex commodo repræsentationis ab ea fideicommissi potuit, Proinde id quidem, quod pro dote maritus ei reliquit, nō cogetur restituere: nisi plus sit in eo, quā in quantitate dotis. Residuum verò, quòd præterea illi relictum est, cum fructibus cogetur restituere. Habebit igitur præcipuam dotem cū fructibus suis. id uero quod extrinsecus ei relictum est, cū fructibus qui ad eam peruenerint, restituet.

IIII.

Vi ita legat vxori suę Titiæ amplius quā dotem, aureos tot hæres meus dare damnas esto: manifestum est dotē quoque legasse.

V.

Relegat se.

Vm vulgari modo dies legatorum proferuntur, nihil eam rē ad dotis prælegationem pertinere ait: quia diē suum habeat.

Propter utiles impensas in dotem aut donationes in uxorem factas, hæres non potest differre solutionem dotis prælegatæ uxori a marito. Bar.

VI.

Dote prelegata, nō est audiendus hæres, si uelit ob donationes in mulierem factas solutionem differre uel ob impensas alias, quàm quæ ipso iure dotem minuunt. aliud est enim minorem esse factam dotem, quod per necessarias impensas accidit aliud pignoris nomine retineri dotem ab ea, quę in uicem mulierem prestare æquum est.

Si legatur aliquid pro dote adiecta certa quantitate, siue dos fuerit nulla, siue minor, tenet legatum.

VII.

Dote prelegata. Id est, legata. de hoc dic, vt no. in ti. Solutionem Scilicet dotis.

Alias. Scilicet vtiles in res dotales factas: vel etiam in alia re vxoris, pro quibus agitur mā. lati, vel ne. ge. vt C. de rei vxo. act. l. vnica. §. fed nec ob impēsas. Ac.

Minuūt. Quod est in necessariis, sed tamē quando quæ etiam illę dotem non minuūt, nec legatū, vt s. e. l. cum quis. in prin. & in alio casu qui ponitur s. de le. 2. l. Męuio. §. non, qui videtur contra.

Pro sol huius contrarii intellige hāc gl. quando legauit dotē simpliciter: secus si legauit quicquid ad eum peruenit: quia tunc non deduceret impensas necessarias, vt s. eo. l 3 Bar.

Pignoris. Quod hic nullum est.

Dotem. Scilicet velle, quod fieri non debet: vt C. de rei vxor. act §. taceat. & C. commo. l. fi. & s. hac l. & facit s. eo. l. 1. in prin. & §. 1. & l. cum quis.

Dic secus in gestis affectione paterna. nā 1. haberēt locum hæ actiones mand. l. is qui, & ibi ad longū dom. Bar. s. de neg. gest.

CVm scriptum. Cum habuissem 40. in dote ab vxore mea, ita scripsi in testamẽto meo, quæ pecunia propter vxorem meam ad me peruenit, quinquaginta tãtundẽ pro dote hęres meus dato, cer te debentur dictæ vxori meæ quinquaginta. Quid si nullam dotẽ ab ea habui, & ita ei legaui, quanta pecunia dotis nomine ab vxore mea ad me peruenit, & reliqua, pro ea quinquaginta hęres dato. & decessi. certè debẽtur vxori quinquaginta: nã & si legaui alicui seruũ qui iam mortuus est, aut pro eo 100. debentur 100. legatario. Viu.

a Quæ pecunia. Id est, quæcunque pecunia. Acc.

b Tantundem. Aliàs rantum: aliàs tãtundem. & tunc pũcta post quinquaginta.

c Proposita Id est, dicta.

d Adiecta sit. Scilicet in testamento.

e Nullam. In superiori casu aliqua erat sed minor.

f Et reliqua. Scilicet peruenit ad me. Acc.

g Item. Alias idem.

h Auditores. Id est discipuli.

i Sed pro dote. Id est, sub dotis similatione. R. & facit C. de fal. causa adie. leg. 2. & 3. & ff. & ſ. de leg. 1. l. ſi fic. §. 1. & j. de lib. leg. l. legaui. & sup de legat 2. l. cũ quidam. & l. Lucius. §. quisquis & Inst de leg. § contrario. Sed contra supra e l. 1. § adeo in fi. §. Sci. vt plene no. ibi. Item facit j eo. ti l. vir vxori.

ADD. Ad §. adeo. dic q ibi fuit relicta dos non adiecta certa quãtitate: hic vero fuit expressa certa quantitas secundum Bar.

PAter. Ista lex videtur aliquantulum intricata, sed in veritate non est. Primo ponit vnum dictũ vulgare. Secundo circa illud formatur septem quæstiones p ordinem. Secunda ibi, Sed si priusquam. Tertia ibi, Quod si ratum. Quarta ibi, Quod si totã. Quinta ibi, Sed si priusquam. Sexta ibi, si fortè. Septima ibi. Quid ergo. Bar. Ab vxore filii mei accepi c. noie dotis, & postea feci testamentum, & exhaeredaui dictum meum filium, & alios mihi hæredes instituì: & legaui dicto meo filio dictã dotẽ, & decessi. petit nũc dotem dictus meus filius. certe obstat ei doli exceptio donec caueat hæredibus de indemnitate propter dãnum, quod posset eis contingere soluto matrimonio inter dictum meum filium, & dictam suã vxorem, posset enim ipsa ab eis petere tunc dotẽ Sed quid si hęredes soluerunt dictę mulieri dotem, priusquam dictus meus filius eam ab eis peteret? certe nõ poterit filius amplius eam petere. Sed quid si eis cauit de dicta indemnitate: & ipsi soluerunt ei dotẽ, detracta tñ inde Falcidia, eo quod in haereditate nimijs legatis grauata hęat locum Falcidia & dicta mulier habuit postea ratam dictam solutionem? certè propter eã quantitatem, quam hęredes reuuerũt nomine Falcidię, vtilis actio dotis dabitur eidem mulieri soluto matrimonio inter se, & dictũ filiũ, si autẽ mulier non habet rãtã dictam solutionẽ marito suo factam. imo soluto matrimonio vult agere contra hęredes ad dotem: debebit vir defendere hęredes sicut eis promisit cum ipsi soluerunt ei dotem, sed si totã litem, quam mouebat mulier hęredibus prędictis, subierit vir solus, & nõ caueri t de iu. sol. & succubuerit: actio iudicati dabitur mulieri contra hęredes pro dicta quantitate, quæ iure Falcidiæ detracta viro per hæredes, petenda est per mulierẽ. nam si cautum esset per dictum maritũ de iudicato soluendo, ex illa cautione ageret mulier contra eumde iuꝑfluo autem dotis, quod habuit maritus ab hęredibus, credo qd teneatur hoc casu maritus actione iudicati. & hoc vsque hinc. Sed si priusquã &c. vbi dicitur. Pone q dicta mulier diuerut a uiro, antequã legatũ dotis viro soluerint hęredes: certe ipsa non potest secundũ hæc iura repetere dotem ab hęredib. nisi annua, bima, trima die. Est autem eius ratio quia statim potest petere dictam dotem. Et est ratio quare statim potest petere: quia tunc demum respondum est si soluat dotem eidem prędicti s diebus. quibus nunc est soluti debet, quãdo pro parte filius hæres extitit. pars, & ad præceptionem dotis soluto matrimonio post quam hæres extitit, admittus est. ita nostro autem casu fuit fraudulenter. fuit exhęredatus filius. ergo actio sua non differtur, vt dictum est: & hoc vsque illuc, si forte &c. vbi dicit, Pone quod hęredes soluerunt dotem prędicto filio meo exhęredato a me: & per errorem non fecerunt sibi cauere per dictum filium de defendendo eos aduersus mulierem: nũquid potuit ab eo repetere dictã dotem quasi indebitam? Et dicitur quod non. necessitas præstanda prædictæ cautionis hęredibus per filium moratur solutionẽ dotis prædicto filio legitimo. non autem facit indebitũ illud, quod fuit debitum ipsi filio, id est, ipsam dotem ei legatã, & hoc de iure dicitur, de equitate autem subueniri debet dictis hęredibus, scilicet vt si mulier agit cõtra eos soluendo existentes, & dotẽ ab eis exigat, possint ipsi agere contra viram conditione hinc causa ad repetendam dotem quã ei soluerunt ex cã legati. si aũt mulier non inueniat hæredes soluendo dabitur eidẽ mulieri vtilis actio dotis soluto matrimonio aduersus viram suum, cui mulieri dos perire non debet. & ideo datur hoc casu vtilis actio dotis mulieri cõtra virum suum: quia hæredes non fecerunt sibi cauere per vtilẽ. cum soluerũt ei dotem ex causa legati, vt dictum est, si autem interponi fecerint dictam cautionem. cederent mulieri contra maritum actionem ex stipulatu: & sic non esset ei necessaria vtilis actio dotis. Vi.

Legauit Forte vt onus dotis solus subeat, vt ſ. fam. ercii l. ſi nihil. § pen & ſ. de leg. 2. l. cum ab uno. & sic potest intelligi supra eo. l. 2. § per contrarium. & ſ. fa. ercii. l. ſi filia. § 1. qua bene concor. huic respon.

Soluto matrimonio. Id est, quem posset pati mulier agẽte soluto matrimonio, ante enim agere nõ posset vt ſ. eo. l. 2. in prin. & statim dicam.

Recu-

Recuperauerit. Agendo actione ex stipulatu ꝑ dote, quod est soluto matrimonio, vel viro ad inopiam vrgente vt C. de iure dot. l. vbi secundum R. vel dic secundum Azo constante matrimonio, & recuperauit ab hærede loceti. Sed qualiter? nunquid enim est nata iterim actio de dote? Respond. secundum Azo. non, sed de facto recuperauit, & pro eo quòd actionem non habeat, facit, quia potest ei nurui dos legari, vt ſ. eod. l. 1. 2. & 3. respõ. quod nõ posset, si actio ei cõpeteret, vt Inst. de leg. §. ex contrario. Itẽ pro eo. C. de præscr. 30. ann. l. cum notissimi. §. illud. Sed Ioan. dicit natam & hoc act. ex stipulatu. & pro eo. ſ. solu. matr. l. si constante. §. 1. Sed ibi vel solutum erat matrimonium: vt ibi not. vel agebat ex testamẽto cum esset ibi nurui dos legata: nõ actione ex stipulatu. Item pro Ioan. j. de bon. dam. l. 3. in fin. Sed expone: vt ibi, sed si velis tueri Io. dicas, quòd licet habeat act. ex stipulatu, vt ipse dicit: tamen potest ei legari: quia inefficacem habet: & hac ea dem ratione nõ curit præscriptio ante solu. matrim. Item quomodo alij soluẽdo libertatur? Respond. vt supra eod. l. 2. §. idem Iulianus quærit si dotem.

b Exhęredatum habuerit. Erat ergo solutum matrimonium. cæterum quasi aliàs sibi debitum reciperet filius, scilicet iudicio fam. ercisc. vt ſ. fam. erci. l. si filia, §. 1. cessat Fal. vt ſ. e. l. 2. §. idem Iulianus quærit si mulieri. & j. ad leg. Fal. l. 1. § si quis creditori. & ſ. de leg. j. l. si creditori. secũdũ R. sed certè & tunc si peteret act. ex testamento. patitur Fal. sed act. fam. ercisc. cõsequetur quod est detractum: vt ſ. e. l. 2. §. idem Iulianus quærit si mulieri. in fi. secundum H. & facit ea. l. §. idem Iulianus quærit si dotem. & quod ibi no.

c Ratam fecerit. Venerat igitur casus, quo ille petere poterat. R.

d Propter eam. Id est, ad eam retentam quantitatem petendam. Azo. nõ autem ad redditam quantitatem.

e Ei. Scilicet mulieri, vt eam exigat. Acc.

f Defensurum. Et ita ab hærede repeteret totã dotẽ nihil habendo ratum.

g Sed si. Aliàs & si, aliàs quod si.

h Subierit. Scilicet hæredis mandato defendendo hæredem procuratorio nomine cõtra mulierem repetẽtem dotem, vt ita habeat locum, quod de actione iudicati dicit, vt infra de re iudic. l. 4. & sup. de procurato. l. Plautius. & l. si procurator.

i Si cautum. Scilicet iudic. solui, cum defendit hęredem. si enim cautum esset, & ex illa cautione agat: tam pecuniã à marito petet. sed aliter si agat actione in factum vtili. sed secundum R. ideo dicit, si cautum non erit, quia tunc ex stipulatu etiam in hęredem forsan daretur, si in iudicio præsens firmasset personam sui procuratoris stabilendo pro eo: vt Inst. de satisd. § sed hodie. & j. iu dic. sol. l. si ad defendẽdum: sed hoc nõ placet, vt ſ. de procu. l. si procurator. in fi.

Hæredem. Defensum. sed quare non in totum? Respõ. respicit finem. quia cum maritus factus est procurator in rem suam, qa promiserat hæredi se seruaturum indẽ nem eum, ipse mulieri reddet, si ad inopiam vergat: vel retinebit loco dotis, & mulier nõ debet velle plus: si autem velit in totum agere contra hæredem defensum, potest, vt sup. de procu. l. si actor. & l. si procurator. & tunc hæres ageret ex cautione contra virum: quia mulier ratum non habet: vt ſ. proxi. respon.

Sin. no. q cautio qñ dr̃ꝑstari, intelligitur petẽti. casus ẽ c. suscitata ꝑ rest. ĩ integ. do. de Rota. 44. t. decis.

Dotem possit. Scilicet annua, bima. trima die secũdum hęc iura, hodie post annum: vt C. de rei vxor. actio. l. vnica. §. exactio.

Actio. Ex testamento. nam nec filia differret, si esset ei legata: vt supra, eo. l. j. in prin.

Quia tunc. Scilicet tantum. Acc.

Iitdem diebus. Quibus & mulieri soluì deberet. Ac.

Extitit. Repete & diuortium factũ sit, vt præmisit. si enim constat matrimonium, statim percipiet: vt ſ. e. l. 2. §. idem Iulianus quærit si dotem, & ſ. fam. ercisc. l. si filia §. 1. & l. si maritus. vbi de hoc dicit.

Ad præceptionem. Per iudicium fam. ercisc. nõ act. ex testamento: vt hic erat.

Moratur. Re integra. Acc.

Subueniri. Conditione incerti ad reponendam cautionem: vt supra, de vsufr. ea. re. l. hoc senatusconsultũ. §. 1. & supra de cond. indeb. l. si quis cũ. & j. si cui plus quam per l. Fal. l. nisi. §. fi. Alij dicunt sine causa, arg. ſ. de condic. sine causa. l. 2. & 3 quod non placet: vt no. ſ. de cond. ind. l. sed & si me. §. cum iter.

Cui. Mulieri. Acc.

Non debet. Et certè dabitur. quasi eam perceperit: vxoris nomine: & quasi sine causa sit apud eum. Acc.

Cautionem. Nam si interposuisset, non esset hic timor, cum habẽs hoc nomen hęres nõ esset nõ soluẽdo. Item no. q ex inopia alterius in alium quandoque datur actio: vt C. quando fiscus, vel pri. l penul. & facit. ſ. ad exh. l. Iulianus. §. si tibi. & ſ. de eo per quẽ fac. erit. l. fi. & de le. 1. l. planè. 2 §. 1. Acc.

Inopia alterius in aliũ qñq; dat actio.

Vir.

VIr. CASS. Vxor mea dedit mihi in dotē mancipia inæſtimata pone decē, ego poſtea feci teſtamentum, & legaui ei centum pro dote. & poſtea ante mortē meā dicta mancipia deceſſerūt ſine culpa mea, & ita nihil in dote remāſit, & poſtea deceſſi, & poſtea deceſſit dicta mea vxor, & habuit hæredem Titium. nunquid Titius poterit petere ab hæredibus meis ex cauſa legati centum? Et videtur quod non: quia cū nihil remanſerit in dote. vt dictū eſt: nihil videtur remanſiſſe i legato ꝓ dote relicto. dicitur tamen hic ꝙ petere pōt. voluntas.n. mea ſeruanda eſt, qui aliud pro dote ei legauit, & non dotem. Viu.

In mancipijs Inæſtimatis: alias nulla eſſet huius legis dubitatio.

Pecuniam. Scilicet certam. R.

Mortuis. Scilicet ſine culpa viri: & ſic in dote nihil deinceps ſit. vnde & in legato nihil forſan diceretur, perierā: quoniam non ſit hic dos pure legata, ſed pro dote aliud: vt §. de iure dot. l. plerumque & l. in rebus & ſu. e. l. 1. in prin. & §. 1. R. & etiā facit ſupra de pact. do. l. cum maritus, in prin. & §. eo. l. cum ſcriptum. in fin.

Voluntas. Qui dotem pure legare voluit, ſed aliud pro dote. vt §. dixi.

Xori meæ. Vxor mea dedit mihi in dotē fundum Cornelianum, & quoſdā alios fundos: inter quos erat vnus inæſtimatus, & multa alia æſtimata dedit mihi in dotē: poſtea, ego feci teſtamentum, & ita in eo dixi, vxori meę fundum Cornelianū, & ea quæ obtulit mihi æſtimata cum mihi nuptiſ volo reſtitui in ſpeciebus, & deceſſi. modo quæritur, nūquid prædictum fundum inæſtimatū videar ei legaſſe. Et videtur ꝙ non: quia in legando nō nomen aut cū fundum inæſtimatū, nec etiam alios, ſed tantū nominauit Cornelianū fundum dicitur tamē hic. quod eū legaſſe videor, & etiā omnes alias res, quas habui ab ea in dotē, ſiue erant æſtimatæ ſiue nō. & hæres meus ſoluet ei dictas res tales, quales inuenientur, nō autē earum pretium. per dicta enim verba videor ei legaſſe vniuerſām dotem talem, qualis eſt. Viu.

Cornelianum Hunc dederat inæſtimatum. vt j. patet. Accur.

Obtulit. Id eſt, dedit: & fac punctum æſtimata q. dicat tam inæſtimata quām æſtimata volo in ſpeciebus ipſis, cum extent, non in pecunia reſtitui: quod poteſt eſſe vtile i reb' æſtimatis. ſi meliores facta ſunt apud virum. vt j. de iure dot. l. plerūque. & ſup. de pactis do. l. cum maritus, in prin. Acc.

Non æſtimatum. Id eſt, inæſtimatum prædiū, ſcilicet corpus: infinitatur enim inæſtimatum vt ibi non homo currit Acc.

Non videri. De legato prædicto.

Vniuerſa. Ergo omnia prædia æſtimata, & inæſtimata, & etiam mobilia.

Ir vxori, quæ dotem in mancipijs habebat, pecuniam ꝙ dote legauerat. viuo viro mancipijs mortuis, vxor poſt virum vita deceſsit. Ad hæredem eius actio legati rectè tranſmittitur: quoniā mariti volūtas ſeruanda eſt.

X.

Xori meæ fundum Cornelianum, & quæ nuptura obtulit, æſtimata, in ſpeciebus reſtitui volo. Reſpondi, nō æſtimatum prædiū in dotem datum, exceptum non videri: ſed vniuerſa dote prælegata, rerum æſtimatarum pretium non relictum:

Quales inuenirentur. Scilicet eſſe relicta ſubaudi, apparet ergo ex tali legato omnia relicta eſſe in ſpeciebus cum dixit, vxori meæ &c. Acc.

I Seiæ. Ab vxore mea Seia habui in dotem centum, & poſtea feci teſtamentum: & fundū meum Cornelianū qui valebat centū, legaui ei pro dicta dote, & poſtea eundem fundum legaui Mæuio: & ita in eundem Mæuium, & Seiā vxorē meam debet eſſe cōcurſus in dicto fundo, ſcilicet vt quilibet eorūm eo habeat dimidium: & poſtea multa alia legata q̄ buſdā aliis reliqui, ita quod habeat locū Falcidia, & poſtea deceſſi. venit Seia & Mæuius prædicti ad hæredes meos, & petunt pro dimidia quilibet dictū fundum. dicunt mulier hæredes, q̄uis tibi non poſſumus detrahere Falcidiā, quia tu recipis tibi debitum: tamē Mæuio de tua parte fundi volumus detrahere Falcidiā: dicit mulier, ben. placet mihi: ſed tū illud. q̄ vultis detrahere de fundo nomine Falcidiæ, q̄ vultis retinere de parte Mæuij, qui habet in dicto fundo, volo mihi vēdicare: & ita cum ego mulier debeam habere in fundo quinquaginta pro dimidia dotis meæ, & Mæuius alia 50 nomine legati. & cum ventis, & debeatis detrahere quartam de dictis quinquaginta Mæuij, nomine Falcidiæ. quæ quarta capit 12. & dimidiam dotis Mæuio in dicto fundo xxxvij & dimidiam. & mihi lxiij. & dimidium. nam & adhuc amplius eſt in dote mea quæ fuit centum, & ita non remanent mihi ad dandum pro dote mea niſi xxxvj. & dimidium: venit dictus Mæuius ad ſita verba. & dixit, certe ipſa bene dicit. quæritur quid iuris ſit? Et dicit, q̄ dictū dictæ mulieris ſeruandū eſt: & ita non habebit locum rectus concurſus inter eam & dictum Mæuium, co q̄ quilibet eorū non habebit dimidium in dicto fundo: imo mulier habebit in eo, vt dictum eſt xxiij. & dimidiam. & Mæuius xxxvij & dimidiam. & remanebunt hæredes ad dandum Seiæ pro dote ſua xxxvij. lib. & dimidiam. V.

Centum. Id eſt, tantus valebat centū ſed dos erat: tantundem, vel plus, vel etiam minus. Acc.

Mæuio. Et i. ambobus in ſolidum, ſicque cōcurſu faciunt ſibi partes: vt C. de cad. to. l. vnica. §. vbi.

Non fuerit. Quia mulier ſit ſola. & ſic non concurrit cum Mæuio, quaſi id plus non ſit Mæuio legatum. at mulieri non detrahitur Falcidia, ſicut nec de dote detraheret, cuius vice hoc legatum cedit, niſi aliquid plus eſſet in legato, vel niſi in commodo repræſentationis: vt §. eo l. 2. §. eidem. Iulianus quærit.

Amplius Quam in fundi parte, quod etiam quadrātem poterit excedere, cum etiam hoc poſſulet as alienum. R. & facit j. ad legem Falc. l. 1. §. ſi quis creditori. & l. ſi vſusfructu. §. 1.

Eia. cia dedit nomine dotis Lucio Titio centum aureos. & adhibuit Quintum Mutium, qui

qui ſtipulatus fuit à marito ſibi dotem reſtitui mortua Seia, poſtea dicta Seia fecit teſtamentū, in quo inſtituit ſibi hīdes Caiū & Cornelū: & poſtea ita dixit in eodem teſtamēto, Lucio Titio marito meo dari volo ſuper dotem quam ei dedi, cētum aureos, & deceſſit dicta Seia. modo quæritur utrum dictus Quintus Mutius, qui fuit ſtipulatus dotem, poſſit cōuenire maritum actione de dote? Et dicitur quod non: quia aut fuit ſtipulatus dictam dotem mādato dictæ Seiæ, eo ꝙ ipſa Seia volebat ei donare, aut noluit donare. Primo caſu videtur ſtipulatus cauſa mortis. nam in ſtipulatione fuit facta mētio mortis mulieris: & ideo fidei ei⁹ committere potuit Seia de danda dote viro ſuo. commiſit autem eius fidei, cū dixit in teſtamento, vt dictum eſt, Lucio Titio marito meo dari volo ſupra dotē, quā ei de di centū aureos. dolo ergo faceret hoc caſu Quintus Mutius ſi peteret a marito illud, quo teneretur ei reſtituere, ſi haberet. Secundo caſu tenetur dictus Quintus Mutius dictis hæredibus mulieris actione mandati, vt pecuniam, quam iam foret conſecutus à viro, aut actionem, cum nihil fuit conſecutus, eis cedat: & ideo eūdem Quintum Mutium exceptione à viro repellendum, quod eſt notandum. Viu.

² P. F. ſup iuxta vtrā que lect. interpretari debemus pro vltra, prout per Mando. in 9 q. 33. Regu. nu. 7.

³ Aliàs mandato Seię. P. Fl. mandante Seia.

Stipulatus. Non aperit an gerēdo negotium mulieris, vel vt donatarius cauſa mortis, vel ut inter viuos ſtipularetur, & ideo j. diſtinguit. Acc.

Supra dotem. Per hæc verba, & dotem ei videtur legare: vt §. eo. l. qui ita. & §. de annu. leg. l. Seia. §. vxori.

Inſtituerit. Id eſt, proposuerit.

Non donationis. Quod præſumitur quod non donationis cauſa, vt §. de leg. 3 l. cum quis decedens. §. nuptura. & arg §. de nego. geſt. l. Neſſennius. Acc.

Eum teneri. Actione mādati, vt pecuniā ſi iā exegit reddat: aliàs actiones cedat: vt ſup. mand. l. idem. §. ſi cui. & de leg. 3 l. cum quis §. nuptura. & ſup. de iu. do. l. mulier. §. ſi. & arg. §. de neg. geſt. l. pen. unde etiam fidei eius committi potuit vt, cuiuslibet debitoris, ne quicquam peteret, & ſic hoc feciſſe rationabiliter præſumitur, vt ſup. de leg. 1. l. ſi pecunia. & no. in d. §. nuptura. Accu.

Exceptione. Scilicet doli mali.

Stipulatum. Niſi liqueat contra, ſcilicet quòd inter viuos donare voluit: & hoc ideo, q̄ a in ſtipulatiōe habita eſt mortis mētio, aliàs eſſet donatio iter viuos, vt j. de don. cau mor. l. Seia. § fin. quæ eſt contra.

In eum caſum Cū eſt donatio cauſa mortis. vt §. de le. 2. l. cum pater. §. 1. ſic ergo no. tres caſus. Primus cū ſtipulatur vt procurator, vel geſtor, quod ſemper prima facie præſumitur: vt §. dixi. Secundus cum ſtipulatur mortis cauſa: quod præſumitur, ſi modo conſtet eū ſtipulari cauſa donationis: vt §. prox. & ſic vtroq; poteſt fideicommitti: & hi ſunt in hac l. Eſt & tertius caſus: quādo ſtipulatur ex cauſa donationis inter viuos, & hoc conſtat: & hoc caſu non poteſt grauari vel reuocari niſi eum in ſtituat: vel aliud ei relinquat: vt §. de pact. dot. l. cum maritus. §. fina. & C. de iure do. l. 2. & l. cum patrem, & §. fol. matri l. quæ dotis. quæ ſunt cōtra. Item nota hic ſine ſtipulatione poſſe ſubſtitui in donatione cā mortis: ut C. de donatio. cau. mor. l. 1.

Vi dotem. Cum vellem accipere Seiam in vxorē, pater eius dedit mihi in dotē centum in denariis, & aliàs res æſtimatas, quæ ualuerunt centum. & ego feci fieri ei chartam, quod reſtituerem ei ducenta pro dote ſoluto matrimonio & in ea charta fuerunt nominatæ dictæ res æſtimatæ: poſtea feci teſtamētum, & ita legaui ei

potuiſſe in eum caſum dicendum fore.

Si conditio pro parte eſt poſſibilis ſufficit, ſi ei pareatur in eo quod poſſibile eſt. B.

VIII.

Vi dotem in pecunia numerata & eſtimatis rebus acceperat, vxori ita legauit: Seiæ vxori meæ, ſi omnes res, quæ tabulis dotalibus cōtinentur hæredi meo exhibuerit, & tradiderit, ſummam dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo, hoc amplius denarios decē. Quæſitum eſt, cùm res in dotem datæ plures ipſo vſu finitæ eſſent, nec moriente marito fuerit, an quaſi ſub impoſsibili conditione legatum datum debeatur? Reſpondi, videri conditioni paritū, ſi quod ex rebus in dotem datis ſupererat, in poteſtatē hæredis peruenit.

XIIII.

dem meæ vxori, Seię vxori meę ſummam dotis, quā mihi pro ea pater eius intulit, dari volo: hoc amplius denarios decem ſub ea conditione ſi omnes res, quæ in charta dotali continentur hęredi meo exhibuerit, & tradiderit. modo quæritur, cum plures de rebus dictis in dotem mihi datis ipſo vſu finitę ſint me viuēte, & quædam non: an non valeat legatum quaſi ſub impoſsibili conditione datum a me vxori meæ? Et reſpōdetur quòd valet legatum, ſi vxor fecit peruenire in poteſtatem hæredis mei illud, quod ſupererat ex rebus in dotem datis: nam quantum ad alia res, quæ non ſupererant, videtur impoſsibilis cōditio à me adiecta. Viu.

¹ Summam. Scilicet prædictam in pecunia, in reb. æſtimatis conſiſtentem.

² Cōditione. Legatario appoſita: quod ſi cōcedatur, nihilo minus relictum valet: vt C. de iis quę pę. no. l. j. & inſt. de hær inſt. §. impoſſibilis & de leg. §. fin.

Paritum. Vtpote impoſſibili. Acc.

Supererat. & quidem de his tantum teſtatorem cogitaſſe credendum eſt, qm̄ & vitio caret: ideoq; non minus tutior, quā benignior eſt talis interpretatio: vt §. de leg. & Senatuſ. l. benignius. & l. in ambigua. Acc.

Si

SI filiusfa. Filius meus in potest te constitutus accepit centum ab vxore sua nomine dotis & postea eum emancipauit: & ipse post fecit testamentum,& legauit dictę suæ vxori dictam dotem: & postea antequam ipse decederet: ego exhęredaui eũ, & postea decessit ipse,& ego nunqd hęres eius tenetur præstare vxori dictã dotem legatam ei? Et dicit quod sic, quãuis ego exhęredauerim eum meum filium. Viu.

In P.F. scipit Paulus si filiꝰ. fam.

Acceperat. Vnde de ea reddenda aduersus eũ solu.mat. competere debet actio in quantum facere potest sicut de ceteris suis negotiis sed hæredi eius nõ dat hoc beneficiũ: vt ſ. quod cum eo. l.sed & ſi.

Hanc legẽ eleganter interpretatur Alc. li. Pareg. 2.ca.19.

Solet. Id est, solitum est.

Debebitur. In solidum: qa & de dote actio in solidum datur, vt mõ dixi.

Heopõpus.

In P.F. ἐξέδοτο.

SVI. Theopõpus habebat duas filias, scilicet Titiam & Crispinam, quæ erat minor: & habebat vnum nlium qui vocabatur Caius ipse Theopompus maritauit dictã Titiam, & dedit ei in dotem centum: & postea fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredes proæqs partibus dictos tres suos filios,& postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, si liam meam Crispinam, quam vellem tradere nuptui cuicunq; amici mei,& cognati approbabũt. prouidebit tradi Pollianus cognatus meus: qui Pollianus scit bene vtrum velim dare tantum Crispinæ in dotem, quantum dedi Titiæ sorori suæ: & postea decessit dictus Theopompus, postea amici, & cognati eiusdem Theopompi, inter quos fuit dictus Pollianus, maritauerunt dictam Crispinam Sẽpronio, venit nũc dictus Sempronius: & petit à Titia, & Caio fratribus & cohęredibus dictæ Crispinæ tantum ante partem hæreditariam pro dicta Crispina nomine dotis suæ, quantũ habuit dicta Titia cum maritauit eam dictus Theopõpus: & hoc ideo petebat, qa dicebat hoc voluisse Theopompum, & cum cohęredes hoc negarẽt corã iudice, fecit dictus maritus Crispinæ venire dictum Pollianũ coram iudice, & iurare se scripturum veritatẽ super voluntate Theopompi: qui Pollianus iuratus scripsit Theopompum voluisse eandem quantitatẽ in dotem accipere ẽt minorem filiam, s. Crispinam, quam Titia maior foror accepit. nunquid habebit dicta Crispina tantum, quantum habuit dicta Titia? Et videtur qđ non: quia vox vnius testis reputatur uox nullius. maritus autẽ Crispinæ non introduxit super hoc nisi vnum testem, s. prędictum Pollianum, vt dictum est.

I filiusfa miliàs cum vxorem haberet, dotem ab ea acceperat, deinde paterfamiliàs factus dotem ei, vt solet, legauit, quamuis patri hæres non erit, tamen id legatum debebitur.

Dictio vnius testis sufficit ex voluntate, & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni staretur.

XV.

Heopompus testamento facto duas filias, & filium partibus æquis instituit hæredes, & codic.llis ita cauit:

Τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν ταύτην ἐκδοῦναι ᾧ ἂν ἐγὼ ἐθέλω μου, καὶ οἱ συγγενεῖς ἐκδόσθαι. Πολλαπλασίως εἰδὼς μᾶλλον ἐγὼ ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ τοῖς αὐτοῖς ἐκδοῦναι αὐτὴν ἐκδέδωκα.

hoc est, Filiam meam Crispinam, quam vellem tradi cuicunque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus, sciens mentem meam, in æqualibus portionibus, in quibus & sororem eius tradidi.) Pollianus autem à marito puellæ iuratus scripsit voluisse patrem eandem quantitatẽ in dotem accipere ẽt minorẽ filiam quam maior accepisset. Quæro, an eandem summam dotis nomine cohæredes extra partem hæreditatis minori filiæ præstare debeant? Respondi, cum, cuius notio est, æstimaturum, ut eadem quantitas ex communi pecunia minori filię dotis nomine detur.

XVI.

Icet placeat, pignoratas res, vel in publicum obligatas hæredem qui dare iussus est, liberare debere, tamẽ si is, qui talis res in dotem accepit, dotem prælegauit: non cogetur hæres liberare eas, nisi aliud speciali testator dixerit.

Respon. tamen hic quòd sic. & est ratio: quia Theopõpus voluit stari super hoc dicto Polliani, vt apparet ex dictis verbis quæ dixit in codicillis. Viu.

Cauit. Hic est Grecum, cuius interpretatio est, filiã meam &c. Py. sed alij id non habent; & ideo dicunt esse sentum, filias meas pares esse volo. Acc.

Pollianus. Testatoris forte filius. Et not. quod prouisio filiæ est in dote, sed amicorum est in eligendo maritum.

Autem, nõ est in P.Fl.

Iuratus. Id est, iurauit, & dixit. sic enim scribũt tabelliones talis testis iuratus dixit. Vel iuratus. Id est, adiuratus. maritauerat ergo de consilio amicorum.

Quantitas. Not. ergo hic stari dicto vnius. & sic est contra C. de testib. l. iuriurandi. Solu. hic voluit testator, qđ potuit, sicut & ibi se interlocutus est sup. de lega. 3. l. cum quis. §. cedebus. Item est a generẽ quod vnus testis inducat præsumptionẽ, vel semiplenam probationem. ſ. ſ. quemadmod. testa. aper. l. tam ſ. ſ. et obstat. ſ. de quarto l. mantus. quia ibi non quia deficiat numerus probatur quæstio, sed quia cõtra dominum: ut hic nota. & C. de rebus cred. l. in bonæ fidei.

Statur ergo dicto vnius. hic in casu cũ gl. sup. vbo, clerici ext. de pœnis cur vbi de hoc uide. In P. F. communi ſ. pœna minori, &c. P. F. pignoratas.

Detur. Not. ex hac l. Theopompus. stari dicto vnius testis. Item not. quod vnus testis inducit præsumptionem, vel semiplenam probationem.

Icet. Duo mea prędia obligaui reipu. vel Titio priuatori: & postea Seiam nihil meam maritaui Caio, & dedi ei in dotem dicta prędia. ita obligata sicut erant, & hoc sciente dicto Caio meo genero. postea dictus Caius fecit testamentũ, & legauit dictã dotẽ dictę meæ filiæ vxori suæ. nunquid hędes eiusdẽ Caij debẽt dicta ꝑdia liberare a pignore, & postea dare dictę meæ filiæ? Et vr qđ sic: quia ipse Caius sciebat dicta prędia esse taliter obligata eo tempore, quo accepit ea in dotem. dicitur tamen hic, quòd nõ tenetur liberare pignora, nisi Caius testator hoc specialiter dixisset in testamẽto quod hæredes luerent. Viu.

Licet placeat. Ex ordine R. ut Inſt. de leg §. nõ solũ. & ſ. de leg. 1. l. ſi res, & C. de fideicom. l. prædia. & ſ. de leg 2. l. Męuius. §. pen. Acc.

Iussus est. A testatore sciente eas obligare, aliàs secus, vt d. ll.

Tales. Iam obligatas. Roge.

In dotem Æstimatam. R.

Prælegauit. Vxori purè & simpliciter.

Cogetur. Qm in hoc legato sola dos venit, sicut veniret in dotis act. vt solum representationis cõmodũ hic sit in legato R. vt ſ. eo l. 1. in prin. & §. adeo. H.

QVI dotem. CASVS. Titia dedit mihi in vxorem filiam suam Seiam: & dedit mihi in dotem 100. & ego promisi eidem Titiæ meæ restituturum ei soluto matrimonio: & postea feci testamentum, & legaui dictæ meæ vxori dicta 100. & decessi: nunquid dicta mea vxor poterit petere ab hæredibus meis dicta c. & ab eis cõsequi? Et dicitur ꝙ non, nisi eis caueat se defensuram eos aduersus Titiã matrem suam: vel nisi ꝓbauerit dicta mea vxor me voluisse onerare hæredes meos duplici dotis præstatione: quia tunc habebit ipsa 100. & mater sua Titia alia 100. Viu.

In P.F. nõ videri.

Necesse. Igitur non dabitur vxori actio ex testamẽto contra hæredem nisi caueat eũ defensum iri contra matrem: vt supra eod. l. a. in princ. & §. 1. & l. pater. & ſ. de iur. do l. cum pater. & supra solu. mat. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.

Onere duplici quis onerari nõ debet.

Aliàs sic respondit. Scilicet idẽ Scæuola, & aliàs tractãs de hac materia respon non deberi, ſ. dari. Acc.

Duplici Not. ex hac l. non esse quẽ onerandum duplici onere, vel addi afflictionem afflicto, sic ſ. de le. 2. l. Titia. §. qui in vita. & sup. ad l. Rho. de iactu, l. nauis. §. cũ aũt. & §. quid ergo & ſ. de offi. præl. Diuus. & C. de impu. luc des. l. 1. Item facit ſ. de le. 3. l. ſi res. & l. qui concubinam. § qui fundũ. & j. de fund. instr. & instru. leg. l. prædia. §. liberto. & supra de le. 2. l. Mauius. in prin.

In P.F. ad me, inve stipulatione.

VXori. CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotẽ c. & postea quã ea centum dedisset mihi: ego cõparaui ei vestes, & monilia ipla etiam dedit mihi quædam alia: postea tempore procedente fecit testamẽtũ: & ita ei legauit: vxor mea sumat sibi ex medio hæreditatis meę quicquid ei cõparauit: & quod mihi ipsa dedit, & decessit modo quæritur, an videar ei dotem prælegasse? Et dicitur quod sic, nisi probent hæredes mei aliud me tensisse. Sed pone, quod de dictis centum erant duo instrumẽta facta, in vno quorũ cõtinebant quinquaginta, & in alio tantundem: & ego ita legaui dictę meę vxori: Titio do, lego, tantam pecuniam, quãta ad me dotis eius nomine peruenit quę dos est dotalibus duobus confignatis instrumentis 100. aureorum, nunquid potent vxor mea consequi vtramque summam? Et dicit quod sic. Viu.

Loqui. Licet simpliciter dixit, dedit: & non adiecit pro dote.

Ex stipulatione. Aliàs est, inve stipulationem: & dic ve. pro &, & m. H.

Vtramque summam. Id est, vtriusque instrumẽti quãtitatẽ. vel dic, quod aliquid peruenit re ipsa aliud deductũ erat in stipulatione tantum, & ſm hoc vtrumque ſ. datum, & promissum, licet non datum, vt Inſt. eo. ti. §. sed si vxori.

ex stipulatione dotis eius nomine peruenit: quę dos est dotalibus duobus confignatis instrumentis centum aureorum. Quæsitum est, an vtramq; summam consequi possit? Respondit, nihil proponi, cur non possit.

TITVLVS V.

DE OPTIONE vel electione legata.

In hac lege ponitur qualiter relinquitur optio, vel electio. Item quis eligat, quid eligatur, quid si electio non valeat, & qualiter debeat electio fieri. & hoc vsq; ad legẽ, mancipiorum. Bar.

Vlpianus libro ij. ad Sabinum. I.

DIuus Pius Cęcilio Proculo rescripsit: eũ, cui seruorũ legata sit electio, tres posse eligere.

Idem libro xx. ad Sabinum. II.

QVOTIES serui electio, vel optio datur: legatarius optabit, quem velit. Sed & homine generaliter legato arbitrium eligendi,

DE OPTIONE vel electione legata.

DIuus Pius. CASVS. Titius legauit mihi electionem seruorum. quęrit quot possim eligere & habere? Et dicitur qđ tres tecus ãt si leget mihi optionẽ, siue electionẽ seruũ: qa tunc nõ possum eligere nisi vnũ, optabo tãmodo illũ. quem uolam. sic & pertinet ad me arbitriũ eligendi, si legauit mihi hominẽ in genere. pone ego elegi: & malè, ita ꝙ non valuit electio, nunqd potero iterũ eligere? Et dr quod sic. & de hoc ponit tria plana exempla vsq; ad l. mancipiorum. Viu.

Diuus. Pone casum, quod aliquis legauit mihi optionẽ seruorũ suorũ in plurali numero loquẽs. eligã tres: vt ita pluralis locutio cõtineat tres, licet aliàs duos: vt ſ. de test. l. vbi. & hoc fauore vltimę voluntatis: vt j. de reg. iur. l. in testamentis. secus si in singulari, quia tunc vnum tantũ. vt j. per totũ hũc tit. Vel dic, qđ testator legauit mihi electionẽ seruorũ ꝙ debent optare vnum seruum, vel equũ, vel aliud mihi dandũ. Nam eligã tres de familia testatoris, ꝙ eligẽt: ideo autem tres, quia si discordant, inuenietur pars maior. vt arg ſ. de arbi. l. item si vnus. §. fi.

Votes. Datur. A testatore.

Quem velit. Etiã optimum; secundum Roma

Informatum.

nos contra, vt statim dicam.

a Ad legatarium. Idem quod hic habes Instit. de leg. §. si generaliter. & ſ. de leg. 1. l. ſi ſeruus §. cū homo. & omnes prędictas leges intelligit R.o hęrede fruitrāte. & pro eod. ſ. de leg. 1. l. cum res §. toties. & l. huiuſmodi. §. ſi cui. & argu. C. de ſolutio. l. 1. at Burg. etiam ab initio dat legatario, ut hic, & dictis primo cōcordat: vt & not. ſ. de leg. 1. l. ſi quis a filio. §. pe. quæ videtur contra. & ſ. famil. erciſcun. l. hæredes. §. ſi incerto. Itē non eligit optimū, ſm omnes: ut ſ. de leg. 1. l. legato generaliter. ſed ſuperiori caſu eligit optimum ſecundum R. ſed dic, quòd nec ibi eligit optimū: & pro eo eſt hic copula, ſed & homię &c. & C. communia de leg. l. fin. §. 1. & arg. ſ. de leg. 1. l. ſi hæres generaliter.

b Vel hominem liberum. Vel ante aditam hæreditatē: ut ſupra eo. l. optione. Accurſ.

c Amphorarum. Subaudi vini.

d Data. A teſtatore, vel a lege: ut ſu. proxi. duobus reſp. ſed Roger. dixit ibi translata quando à lege.

e Cōſumere. Quia nō tenuit ipſo iure, vt j. proxi. § aliàs ſecus: vt j. eod. tit. l. apud Aufidium. & ſ. de leg. 1. l. 5. in prin. & nō nihil refert ſi fiat aliquid, uel id non iure fiat. ſic ſ. qui ſatisdat. cog. l. quoties. & de iureiur. l. qui per ſalutem: & de condi. indeb. l. cum indebitum. in fi. & j. de adul. l. ſi maritus. §. fi. Sed arg. contra j. de re iudi. l. iudex.

Dic quod ibi ſententia tenuit ipſo iure. aliàs eſſet idem quod hic vt l. ſi vt proponis. C. quomō & quando iudex. Bar.

Si id. Aliàs ſi non id & abūdat negatio. ſic C. de ſe. fugi. l. j. aliàs deeſt ſcilicet non: & ſic eſt plana. facit j. tit. 1. l. 1. & 3. & l. ſi quis vinum. Acc.

Cilicet Deguſtationem. Si autem poſt, ſibi impu tet. & facit ſ. de peri. & commo. rei venditæ. l. 1. §. 1. & l. ſi quis vina. §. ſi in aduerſione. & l. ſi vina quę in dolhis.

Cyphi. Data. Id eſt legata.

Integram. Quia non tenuit prima, aliàs ſecus: vt j. e. l. apud Aufidium. in fi. & no. ſup. l. 2. §. 1. & poterit ad exhibendum agere legatarius: ut ſ. ad exhi. l. 3. §. item ſi quis optare Acc.

k Cum ſciret. Nam tunc videtur de omnibus ſatisfactū, maximè ſi legatarius conſcebat illos abſentes: vt argu. ſupra de actio. empt. l. 1. § ff.

Et ſolum. I. tunc integra manet electio. Acc.

Cauſa. Quo minus omnes exhibiti ſint, niſi fraude tertij: quia tunc agit de dolo cōtra eum: vt ſ. de dolo. l. ſi quis. quæ eſt contra. ſol. ut ibi.

V.

Et ſolum ſi fraude hæredis, ſed etiam ſi alia qualibet cauſa id euenerit.

Legatario optionis terminus ad eligendum ſtatuitur quo elapſo eligere non poteſt, ſi res non eſt integra. Bar.

VI.

Ancipiorum electio legata eſt. Ne venditio quandoque eligente legatario interpelletur, decernere debet prætor, niſi intra certum tempus ab ipſo præfinitum elegiſſet, actionem legatorum ei non competere. Quid ergo, ſi die præterito, ſed ante quàm venderet hæres vendicare legatarius velit? Audietur, quia non eſt damnum ſubſtitutus hæres, propter quod decernere id Prætor ſolet. Et quid ſi die præterito, quem præfinijt prætor, hæres aliquos ex ſeruis, vel omnes manumiſerit, nonne Prætor eorum tuebitur libertatem? Ergo toties actio

Facit gl. vlt. in pri. in ca. cām q. de elec.

III.

Silicet ſi ante exhibitionem, hoc eſt, ante deguſtationem acetum elegerit.

Ante exhibitionem rerum electio non tenet, niſi legatarius fuerit ſciens. Bar.

IIII.

Cyphi electione data, ſi non omnibus ſcyphis exhibitis legatarius elegiſſet: integram ei optionem manere placet, niſi ex his duntaxat eligere voluiſſet, cum ſciret & alios eſſe.

Not. q̄ paria ſunt non fieri, aut iniuria fieri: ſecus in quātū ad effectum nunciationis noui operis, quia ſiue iure, ſiue iniuria opus fiat, p nūciationē inhibetur. text. in l. 1. in prin. j. de nou. ope. nun.

Sicin P. Fl. Hal autem legit quando non eligē te legatario ſed nō recte.

Vide Ant. Aug. li. 4. Emē. cap. 17.

In P. P. nō eſt, audietur.

P. Fl. ſi. pierit, aliàs diffinie rit.

eligat intra certum diem: ut hæres non ſuſtineat dānum: ſi autem præterito dicto mense manumiſerit, vel obligauerit vel vēdiderit hæres omnes ſeruos, vel quoſdā ex his, non poterit amodo legatarius vēdicare aliquos ex dictis ſeruis. Item & in alio caſu debet prætor ſtatuere certum tēpus legatario optionis: puta ſi legaui Titio electionē ſerui, & Seio legaui reliquos ſeruos meos. & h. d. vſq; ad primum §. legis, ſi tibi. Vi.

Venditio. Eorum ſcilicet.

Quandoque. Id eſt quandocunque.

Non competere. No q̄ ad tempus quis agere cogitur: ſic j. e. l. ſi optio. §. fi. & ſunt ſimilia j. eo. l. ſi tibi. & C. de inge. manu. l. diſſamari. regulariter contra. vt C. vt nemo inui. Item ad ſtatuendum diem alicui facto, facit ſupra de iure deli. l. 1. & j. de dam. infec. l. qui bona. §. fin. Acc.

Quem. Scilicet diem.

Præfiniit. Id eſt, ſtatuerit: aliàs definierit.

Libertatem. Et certe tuebitur: & facit ſ. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres.

Dene-

Deneganda. Legatario. Accur.

Integra. Facit ſ. de mino. quod ſi minor §. Scęuola. & C. de repu. hære. l. fi. & ſupra de iure delib. l. ſi quis.

Idem eſt. Vt actio denegetur: & dic quod idem refertur non ad proximum, ſed ſuperius.

Poſt diem. A prætore, vel iudice ſtatutum. & continua ſeq. l.

Mò. Cū iam. Aliàs ſic fortè non depoſiturus, ni ſi optionis timor eſſet.

I tibi. Caſus in princ. continuatus eſt ſup. proxi. caſui. ¶ Si ex. Titi⁹ habens quatuor virios las, legauit mihi duas, quas ex eis elegiſſem: & poſtea alienauit duas ex eis, & deceſſit: nunquid potero vendicare duas quas reliquit in hæreditate poſt mortē ſuā? Et dicitur quod ſic. & idē eſſet ſi tēpore quo legauit mihi prædicto modo, non habebat niſi duas viriolas. ¶ Vnius hominis. Titi⁹ legauit mihi optionem vnius de ſeruis ſuis, quem volam, & poſtea eodē modo legauit Seio, & deceſſit: & poſtea ego elegi Stichum & poſtea Seius optauit eundem certē erit Stichus communis mihi, & Seio: niſi ego poſt electionem meam mutaſſem voluntatem. Sed quid ſi poſt meam electionem, & ante dictam electionē Seij deceſſi, vel fact⁹ ſum fuorios? certe de iure ſtricto nō erit dictus Stichus mihi, & Seio communis: quia non videor conſentire, qui ſentire non poſſum. de acquitate autē ſic, quia ſemel fuit à me facta electio. ¶ Si rerū depoſitarum. Titius depoſuit apud Seium ſchyphos argentcos: & poſtea legauit dictus Titius mihi electionē dictorum ſcyphorum: & ita poſſum eligere tres: vt ſ. eo. l. j. certè contra Seium depoſitarium poſſum agere ad exhibendum, & cum hærede Titij poſſum agere ex teſtamento, vt ipſe agat depoſiti contra Seium: vt ab eo conſequatur ſchyphos, & poſtea mihi facultatem eligendi præſtet

Viriola, ſeu viria, ornamentū eſt colli ex gemmis viridibus, vt putat Bayſi⁹ Viriolarū ſit mētio in l. fin. §. mulier. j. d auro & arg leg.

§ Non datum iri. Scilicet quia de cætero mei ſicī omnes, ſi optare ceſſaueris: vt j. eo. l. cum optio.

§ Si ex quatuor viriolis. Dicūt quidam, quod ſunt vaſa, ſed certè imo ornamenta muliebria: vt j. de aur. & argen. lega. l. argumento. §. ornamenta. Acc.

Relictæ. Tempore mortis teſtatoris: vt argu. j. de tabu. exhiben. l. 1. §. fi.

Ab initio. Tempore teſtamenti.

Duę ſolę. Idem ſi dixit duo paria: vt ſ. de leg. 3. l. q concubinam. §. qui quatuor.

Legatum. Scilicet quaſi purum.

Data eſt. Id eſt relicta: vt ſimul optemus.

Optaſſem. Scilicet non iure. Acc.

● Nō mutaſſem. Quam mutare poſſem iure fortè minoris ætatis: vt ſ. de mino. l. & ſi ſine. in prī. aut patriæ poteſtatis: vt ſ. de leg. 1. l. Iulianus. aut quia nō fuiſſet mihi tota familia exhibita, vt ſupra eod. l. ſchyphi. aut ante aditam hereditatem: vt infra eo. l. optione. cęterū ſemel iure facta optio mutari non poſſet vt ſupra de lega. 1. l. v. in prin. & j. eo. l. apud. in fin. & dixi ſupra eo. l. ij. & 1. & l. ſcyphi. Acc.

VII.

Mò & ſi quoſdam ſeruos diſtraxerit, quoſdā retinuerit, non eſt audiendus legatarius, ſi velit optare ex retentis ab hærede, cum iā familiā hæres diſpoſuerit.

VIII.

Vnius hominis mihi, & tibi optio data eſt. Cum ego optaſſem, ſi non mutaſſem voluntatem, deinde tu eundem optaueris, vtriuſque noſtrum ſeruum futurum. Quod ſi ante deceſsiſsē, vel furioſus factus eſſem, non futurum communem, quia nō videor conſentire, qui ſentire non poſsū. Humanius aūt erit, vt & in hoc caſu quaſi ſemel electione facta, fiat communis. Si rerum depoſitarum electio mihi relicta ſit: & ad exhibendum cum eo, apud quem depoſita ſint, agere potero, & cum hærede agere, ut is depoſiti agendo, facultatem mihi eligendi præſtet.

IX.

Vm ita legatur, Titio Stichum do, lego, ſi Pamphilum non elegerit: & idem Titio lego Pamphilum, ſi dictum Stichū non elegerit. ſm legatū eſt tale, Titio do, lego, Stichum, aut Pamphilū, vtrū eorū volet. q̄ bus duobus caſibus habet electionē dictus Titius. ¶ Quęſtum eſt. Titius inſtituit ſibi hęredem Seium: & Sticho ſeruo ſuo libertatem dedit, ſiue ſtatuit ſub cōditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: & mihi reliquit optionem ſerui, ſiue ſeruum mihi generaliter reliquit, quod idē eſt: & poſtea deceſſit dict⁹ Titius: quæritur nunquid dictū Stichū optare poſſim? Et dicitur quod non: ſicut nec poſſem optare ſeruū, cui teſtator libertatē pure reliquiſſet. Quid ergo ſi dictum Stichū elegero: certè non valet electio, & iterum eligere potero. Item quid ſi antequā eligerem, defecit dicta condi tio. nunquid optare potero dictum Stichum? Et dī q̄d ſic, ſiue dicta cōditio defecit viuo dicto teſtatore, ſiue mortuo eo ante aditā hæreditatē eius: & hoc ſm Mutiū, cui placuit petimi legatū Stichi ipſa libertate contingente Sticho per exiſtentiam conditionis libertati appoſitæ, non aūt datione teſtatoris, qui dedit Sticho libertatem ſub conditione: ſicut enim pura libertas accipit vires tpe aditæ hæreditatis, ita & data ſub conditione. vnde ſi defecit conditio libertatis, ante aditā hæreditatem ſiue viuo teſtatore, ſiue mortuo, deficit libertas, & valet legatum Stichi, vt dictum eſt, & ideo non eſt mirum, ſi poſſum eum optare. Viu.

Ita. C Asvs Hæc lex dicit eſſe idem in his duobus legatis, quorum vnum eſt tale. Titio Stichum do, lego, ſi Pamphilum non elegerit: & idem Titio lego Pamphilum, ſi dictum Stichū non elegerit. ſm legatū eſt tale, Titio do, lego, Stichum, aut Pamphilū, vtrū eorū volet. q̄ bus duobus caſibus habet electionē dictus Titius. ¶ Quęſtum eſt. Titius inſtituit ſibi hęredem Seium: & Sticho ſeruo ſuo libertatem dedit, ſiue ſtatuit ſub cōditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: & mihi reliquit optionem ſerui, ſiue ſeruum mihi generaliter reliquit, quod idē eſt: & poſtea deceſſit dict⁹ Titius: quæritur nunquid dictū Stichū optare poſſim? Et dicitur quod non: ſicut nec poſſem optare ſeruū, cui teſtator libertatē pure reliquiſſet. Quid ergo ſi dictum Stichū elegero: certè non valet electio, & iterum eligere potero. Item quid ſi antequā eligerem, defecit dicta condi tio. nunquid optare potero dictum Stichum? Et dī q̄d ſic, ſiue dicta cōditio defecit viuo dicto teſtatore, ſiue mortuo eo ante aditā hæreditatē eius: & hoc ſm Mutiū, cui placuit petimi legatū Stichi ipſa libertate contingente Sticho per exiſtentiam conditionis libertati appoſitæ, non aūt datione teſtatoris, qui dedit Sticho libertatem ſub conditione: ſicut enim pura libertas accipit vires tpe aditæ hæreditatis, ita & data ſub conditione. vnde ſi defecit conditio libertatis, ante aditā hæreditatem ſiue viuo teſtatore, ſiue mortuo, deficit libertas, & valet legatum Stichi, vt dictum eſt, & ideo non eſt mirum, ſi poſſum eum optare. Viu.

x Cum ita legatur. Quo caſu habeo electionem per

legem vt supra eo.l.2.

Species quæque generi derogat.

In P.F. non habētur hæc, quæ parēthesi clusa sunt.

[a] Præsentem. Id est puram. Nam speciale derogat generali: vt supra de leg. 3.l.vxorem.§.Felicissimo.& sic est contra supra de leg. 1.l.si domino.vbi non derogat species legata generali legato optionis. Sol. ibi nō fuit libertas relicta Stichopurè, vel sub cōditione, sed fuit alteri legatus: ad quē est infra eod.l.si hæres. & quare hic aliud quam ibi? Est ratio propter id quē dicitur, quod prævalet legatum libertatis: vt supra de leg. 2.l.si idem & C. de necel. seru. hære. in instit. l. quidam. & supra de ma. test. l. si peculium §. 1. vel so. vt ibi.

[b] Optabo. Si voluero: ad hoc est supra eo.l.j.in fi. 1. respon. & quod ibi no.

[c] In eodem casu. Scilicet quando vni seruorum optio, & Sticho libertas sub conditione.

[d] Optare. Aliàs optarem scilicet ego legatarius: aliàs optaret. s. legatarius similiter.

[e] Possit. Aliàs possim: & aliàs possit. Acc.

[f] Mutianæ Mutius enim fuit in sententia quæ sequitur.

[g] Ipsa libertate. Scilicet cōtingente.

[h] Perimi. Scilicet optionis quo ad eū seruum cui contingit libertas.

[i] Non datione. s. sola: & aliàs est datione & aliàs rōne.

[k] Ante aditam hæreditatem. Et sic an requam possit optari iure: vt j.eo.l. optione.

[l] Erit vtile. Etiam Stichi ratione, vt sic optari possit.

[m] Pura libertas. Vt C.de cadu. tol. l.vnica. §. in nouissimo. & j. de le.p̄ t. l.virilis. §. si adierit. & j.qñ di.le.ce.l.nam cum libertas.

[n] Statuta. Id est, data sub conditione, si tunc. l. cōditio extiterit ante aditam hæreditatem aliàs demum existente cōditione cedet dies eius: vt C. de cad. tollen. §. sin autem sub conditione.

[o] Possum. Quoniam purè seruus est. R. s. cū defecerit conditio datæ libertatis ante aditam hereditatem: & est bene ad legem istam s. de leg. 1. l. si fundū. §. pe. & supra de manu. test. l. 4.

Si Pamphilo. Caius faciens testamētū legauit vnum seruum generaliter Pamphilo seruo Lucij Titij, & decessit: & ita cessit dies legati dicto Pamphilo relicti, & sic fuit qsita actio legati Lucio Titio domini Pamphili: & postea dictus Lucius Titius dominus Pamphili manumisit eum Pamphilum: modo quæritur, an Pamphilus manumissus possit optare vnum de seruis Caij? Et dicitur quod sic, si Lucius Titius dominus eius repudiasset legatū: aliàs non, & redditur plana ratio in litera. Viui.

Pā. Flo. possim.

X.

SI Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter legatus sit, deinde dominus Pamphili postquam dies legati cesserit, eum manumiserit, si quidē Titius, seruū vindicauerit, extinguitur Pāphili legatum, quia non esset in hæreditate, qui possit optari. si vero Titius legatum à se repudiasset, Pamphilū optare posse legatum cōstat, licet enim manumissione Pamphili duæ personæ constituantur, Titij, & Pamphili, vnius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio vindicante optio extinguitur: repudiante, Pamphilus optare potest.

go si Pamphilum non elegerit (& eidem Titio Pamphilum, si Stichum non elegerit:) simile est, ac si ita legatum fuisset, Titio Stichum, aut Pamphilum, vtrum eorum volet, do, lego.

Cui legata est optio, non potest eligere seruum purè, vel sub conditione manumissum, nisi conditio defecerit. Bar.

Quæsitum est, si Stichus sub conditione liber esse iussus sit, & mihi optio serui data esset, vel seruus generaliter legatus esset: quid iuris esset? Dixi commodius cōstitui eum, qui sub conditione libertatem Sticho det & optionem seruorum, non cogitare de Stricho: sicuti constat, nō cogitare eum de eo, cui præsentem dederit libertatem. Secundum quòd, si Stichum optauero, vel elegero: nihil agam, & ex cæteris nihilo minus optabo. [p] In eodem casu quæsitum est: si optione seruorū data ante quàm optarem conditio statutę libertatis defeciſſet, an Stichum optare [q] possit.

[r] Puto Mutianæ sententiæ assentiendum, quæ placet, ipsa libertate [s] legatum perimi, [t] non datione statutæ libertatis: quare siue viuo testatore, siue post mortem eius, & ante aditam hereditatem [u] conditio statutæ libertatis defecerit, legatum erit vtile. [x] Nam sicut pura libertas, ita statuta libertas aditæ hæreditatis tempore vires accepit: ideo Stichū optare possum. [y]

Ius electionis relictum seruo competit eius domino post manumissionem si vult: si nolet, tunc ipsi seruo manumisso licet petere. Bar.

XI.

GI Eros Seio legatus [z] sit, & Eroti fundus, deinde optio serui Mæuio data fuerit, isq; Erotem optauerit, [a] fundus ad solum Seium pertinebit quoniam aditæ hereditatis tempore is solus erat, ad quem posset legatum [b] pertinere. [c] Nam & cum seruo communi [d] alter ex sociis legat: idcirco ad solum socium totum legatum pertinet, quoniam die legati cedente [e] solus est, qui per eum seruum possit

[p] Vindicauerit. Quod potest, quia quæritas actiones p seruum non perdit per manumissionē: vt j.de actio & obliga. l. quæcunq; & j. de iureiur. l. si seruū cuius nomine, in hæreditate, secus, quia ante aditam hæreditatem nulla est actio, & ideo ibi inspicitur tempus aditionis: vt Inst. de hære. instit. §. alien. sed hic dies cessionis. Accursius.

[q] Possit optari. Scilicet de iure. vno eni petito, cōsumitur electionis facultas: vt j.e. l. apud. & s de pro. cu. l. si is qui Stichum.

[r] Repudiasset. Scilicet expresse. Alij dicunt manumittēdo eo animo, vt legatū cū sequatur, vt s. de leg. 1 l. seruo legato. §. 1 & instit de hære. instit. §. seruus.

[s] Duæ personæ. Id est, duo legatarij cum antea vna persona fingebatur: vt Instit. de inuti. stipu. § ei qui. Et no. hic legatū optionis vel in genere esse cōditionale quo ad optionē. sed purū quo ad seruū: vt j. qui, & a quib. l. 3. si enim esset omnino purū: semper domino quæreretur, si fiat manumissio postquā cessit dies legati: & ecōtra Pāphilo si ante esset manumissus. sed certè ēt quo ad hoc non videtur cō sitionale: quia si esset conditionale, vel domino tm, vel Pamphilo tātum deberetur: vt j. de regu. iur. l. quæ legata. & j. qñ dies leg. ced l. si post § fin Sed dicas illud quādo res certa sub cōditione legatur, hic incerta; & iō ambulat electio, vt hic dicit. Itē olim nō transmittebatur, si decedebat antequā optaret: hodie per Iustinianum secus: vt Inst. eo. § optionis. & C. cōmunia de leg. l. fi §. fi. & facit j. de solu. l. stipulatus. & s de j. l. filius. §. fideicōmissum. & l. quęsitū. §. duob.

[t] Eros. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredē Caium, & seruum suum Erotem, legauit Seio: & eidem Eroti legauit fundum Titianum, & postea Mæuio legauit optionem vnius de seruis suis, & decessit postea dictus Titius testator: & postea dictus Mæuius optauit dictum Erotem: & sic debet habere in Erote dimidiam Mæuius, & aliam dimidiam dictus Seius: ut sup. de legat. 1. l. si dominus. modo quæritur an idem debeat esse in fundo prædicto Tituano legato Eroti? Et dicitur quod nō: imò solus Seius debet habere dictū fundū. & ratio est, quia tempore aditæ hæreditatis Titii testatoris, a quo tempore cedit dies optionis legatæ Mæuio, vt j eo. l. optione solus Seius prædictus est ille, ad quē poterit pertinere legatum dicti fundi. legatum. n. de Erote Seio datum cessit a morte testatoris: vt C. de cadu. tolle. §. in nouissimo. & sic acquisitus fuit dictus fundus dicto Seio, quamuis postea auferatur ei per Mæuium medius Eros, vt dictum est. nam & si dictus Titius habuisset dictum Erotem communem cū Martino, & legasset eidem Eroti dictū fundum, totus fundus pertinet ad Martinum: & hoc ideo quia cedente die dicti legati fundi, quod est ab adita hæreditate dicti Titii iam mortui, superest solus Martinus, qui per dictum seruum Erotem potest acquirere legatū fundi. h. d. Vi.

[u] Optauerit. Quod facere potuit: quia testator hoc p misit. nec obst. s. eod. l. cum ita. §. 1. quia ibi propter libertatis fauorem: & sic iste Eros erit communis Seii, & Męuii. alii dicunt, quòd optauit de facto: sed de iure nō potuit, quasi tacitè ex mente testatoris ex generali optione sit exceptus Eros: vt arg. s. eod l. cum ita. §. 1. & j. tit. l. 1. 2. in princ. & j. de au. & argē. leg. l. 1. in princ. & s de leg. 3. l. uxorem. §. Felicissimo. & l. seruis vrbanis § fi. & l. quęsitum. §. 1. & sic Eros erit solius Seii, non communis. sed certè simile quod inducit de seruo communi magis suadet quod primo dixi, & qđ dicitur s. de leg. 1. l. si dominus, secundum H.

[x] Solum Seium. Sed Eros est communis Seio, & Męuio.

[y] Aditæ hereditatis. Hoc enim tempore cedit dies legati relicti seruo legato: vt C. de cadu. tolle. l. vnica. §. in nouissimo.

[z] Legatum. Scilicet fundi.

[a] Pertinere. Id est, acquiri per Erotem seruum. nam Mæuio sub conditione videtur legatus seruus, si optauerit. vnde cum ante aditam hæreditatem optare nō potuit: vt j. e. l. optione apparet Seium solum dominū.

[b] Seruo communi. Iam nunc, & non sola destinatione: & argumentatur à minori.

[c] Cedente. Quod est tempore mortis: vt C. de cad. tol. l. vnica. §. in nouissimo Sed huic respon. est contra, j. de acqui. rerum domi. l. per seruum. §. 1. & j. de fiipu. seruo. l. proinde. §. 1. Sed sol. vt no. s pro socio l. verū. §. si seruo, quæ consonat huic. & j ad legem Falcidiā. l. Plautius. & facit infra eodem, lege si optio. & lege seruo.

[d] Eruo. Titio legaui seruum generaliter, & dedi hæredib. meis electionem, quem daret ei seruum, & decessi: certè hæredes mei debent consentire in vno seruo dando dicto Titio: & non poterit vnus hæredū dare Titio medietatē vnius serui, & alius medietatem alterius serui: & ad consentiendū possunt constringi actione ex testamēto. Vi.

[e] Si eis. Hęredib'. & dic data, scilicet nominatim a testatore: aliàs legatarii est electio: ut s. e. l. 2. 2. respon.

[f] Eundem. Facit j. de verb. obl l. 2. circa prin. & l. in executio ne. §. pro parte: & de sol. l. si stipulatus. §. 1. & l. qui hominem. §. 1. & s. de condi. indebi. l. si non sortem. §. fi. & s. de lega. 1. l. si ex toto. § fi. & de leg. 2. l. si quis duobus. Accur.

[g] Teneri. Cogentur ergo consentire iudicē imminenteivt s. de leg. 1. l. huiusmodi. §. fi. vel forte: vt C. cō mu. de lega. i. fi. in prin.

[h] Optio. Titius instituit sibi hæredem [i] Seium extraneum, & mihi optionem serui legauit & Sticho seruo suo legauit fundum sine mentione libertatis, & sic non valet legatum Stricho datū. vt C. de leg. l. seruis. nūquid poterit aliquo casu conualescere dictum legatum non obstante regula Catoniana, quę dicit, quod legatum inutile non potest postea cōualescere: vt j de regula Catoniana. l. j. in prin. Et respond. quod sic: puta si omnes serui hæreditarij præter dictū Stichum decesserunt ante aditā hereditatem, à dicto hęrede voluntario: eo enim casu videtur pure mihi legatus dictus Stichus sine aliqua optione: & ideo recōualescit legatum eidem Sticho datum: nam seruo alicui specialiter legato bene potest legare testator q. eū legauit, etiam non habita mentione libertatis: vt s. de le. 1. l. seruo legato & est rō in dicto voluntario hærede, q. a hæreditas aditionē differre potest post mortem testatoris, & per consequens differtur optio: quia ante aditā hæreditatē fieri non pōt: vt s. e. l optione, & sic ante aditā hæreditatē familia seruorum pōt minui, etiam si statim tempore testamenti decesserit testator. si autem retento eodem casu Titius instituisset sibi necessarium hęredem, qui quidem non potest differre additionem, imò statim mortuo testatore est hæres: sequens legatum fundo Sticho datum est inutile, propter prædictam regulam Catonianā. ¶ Pomponi'. Legaui Titio optionem serui, & decessi: postea hæres meus vendidit Seio hæreditatem meā, nunquid Seius poterit cogere Titium ad eligendum, sicut posset hīs eo modo qui dictus est s. e. l. mancipiorum? Et videtur

[i] Not. tamē quod non cogūtur declarare seruū legatū q̄uis essent certi, nisi anno finito: nec ēt personam cui debetur exprimere. Bal. in l. 2. §. sed & si qs. C. cōmu. de le.

[k] Pro ijs, & alijs forte dirimē dis & terminādis. Mādo. in 14. quæst. Regu. 33. nu. 12. cū alijs seq.

XII.

GEruo generaliter legato, verius est omnes hæredes, si eis electio data fit, eundem dare debere: & si non consentiant hæredes, ex testamēto eos teneri.

Legatum factū seruo proprio sine libertate, licet sit inutile, potest tamen conualescere, & hoc hærede voluntario instituto, secus in necessario: quia legatum ei factum est inutile propter regulam Catonianam. Bar.

XIII.

GIoptio serui data mihi fuit, & Sticho alii-

acquirere.

quòd non:quia dictus Seius,pōt hoc cōsequi per hę redem:dicitur tamen hic quòd sic. Vi.

* Sine libertate.Contra C.de le.l.seruus. Sol.hic seruus apparet alij legaturus: quod ibi non fuit.

ɔ Sequens legatum.Seruo relictum. Ro.

x Reciderit. Ante aditā hæreditatem. i. antequam optare possit. R.ut j.eod. l. optione & dic reciderit, scilicet, aliis mortuis.

t Purè legato. Scilicet Sticho.

c Catoniana. De qua tractatur j. de regu. Cato.l.1. nam legatum seruo legato relictū non cedit nisi ab adita hæreditate: ut hic patet apertè, & C. de cad. tol. §.in nouissimo. nam si statim post mortem cederet,ergo quolibet instituto esset nullum: qa inutiliter cederet, cū sit possibile aliū de familia optari: & Catonis regula ad talia legata non pertinet: vt j.de regul. Cato. l. Catoniana. & ſ. de leg. 1.l.cætera.§.2. Acc.

f Si voluntarius. Id est, si hoc est quod voluntarius est, qui hæreditatis aditionem differre potest: & sic differtur optio R.

z Ante aditā. Postfactum testamentū. Acc.

h Decesserit. Scilicet testator.

i Quod si necessarius. Qui hæreditatis aditionem differre non potest, & sic per eum optio nequit suspēdi. èi enim mortis tempore ipso iure fingitur quæsita hæreditas: & si nihil inter mortis tempus, & hæreditatis aditionem euenire,fierive possit, nullū equidem ibi mediū inueniri potest.

In P. Fl. emptus.

Sequens legatū.Sticho relictū. & facit j.de le.1.l.seruo,legato.§.1.& l.fi à pluribus.§.1.& l.quęsitū.§.præsenti. & l.fi post mortem.in princ. & ſ.eo.l fi Eros. & j.de condi.& demon.l.Iulianus. & j.eo. l.seruo.

Hereditatis. Quoniam emptoris non minus, quam hæredis si non vendidisset interest,optionē nō lemp impedire dispositionem seruorum: vt j. eo.l.imò.

m Id emptor.Aliàs,id emptus,& alias id emptor,l.agendo ex empto,vt cogat vēditor legatarium optare: quia in bonæ fidei iudiciis omnia veniunt,quę equū est venire,etiam si non sint dicta:ut Instit.de obliga. quæ ex consensu.in fi.

n Non possit.ſ.eum suo iure, vt optet cogere. Acc.

S I cum optio. Legaui Titio optimum seruum,& decessi. postea hæres meus manumisit Stichū,antequā Titius optaret aliquē. certè interim nō erit liber Stichus hæres,tamen eum amittit:quia si Titius eligat eum,cedet legato.si autem eligat alium,liber ostenditur.Viu.

Non perducit. Sic j.qui,& a quib. l.3. nisi de certo dato tempore & finito:vt ſ. e.l mancipiorum.& facit infra de man. vin l.3.& infra ti. 2.l.fundum §. minor. & j. de pec.leg. l. cū dominus §.fi & supra de legat. 1.l.seruo.§. 1.& supra eo.l. si optio.in princ. & C. de serv.pig.da.ma l. si creditorib. & supra de mili. test. l.fi miles. Acc.

XIIII.

I cum optio serui ex vniuersa familia legata esset, hæres aliquem prius quam optaretur, manumisit: ad libertatē eum interim non perducit. seruū tñ, quem ita manumiserit, amittit: quia is, aut electus legato cedit, aut relictus tunc liber ostenditur.

XV.

Eruo fine libertate legaui, deinde optionem seruorum Mæuio dedi, is eundem seruum optauit. Quæro, an id quoque, quod legatum est, ei debeatur? Respondi, Non puto legatum huius serui nomine ad dominū pertinere.

XVI.

Ption legata, placet non posse ante aditam hęreditatē optari: & nihil agi, si optetur.

XVII.

Eruo fine. Sticho seruo meo legaui fundum sine mentione libertatis, & postea optionē seruorum legaui Mæuio & decessi, postea hæres me' adiuit hæreditatem & postea dictus Mæuius optauit dictū Stichum. certe bene potuit eum optare, & cū habebit. Sed nūquid habebit fundū quē legaui eidem Sticho? Et dicit qđ nō. tempore enim aditæ hæreditatis erant plures serui in hæreditate: vt ſ. apparet,& ita non est cōtra ſ e.l. si optio. imo cōcordat.& bene dixi quod optio fuit secuta aditionem hæreditatis. nam ante additionē non valet optio, & h d cum l.seq.

Seruo. Scilicet meo.

Sine libertate. Et sic inutiliter: vt C. de leg.l. seruis.

Legaui. Fundum quendam.

Is. Scilicet Mæuius.

Seruum optauit. Scilicet cū plures essent serui ſm P.alias secus:vt ſ eo.l.si optio.

Dic quod hic remanserunt plures in hæreditate: ibi vnus tantum,secundum Bar.

Ei. Scilicet seruo,cui fundus legatus est: vel ei,scilicet optanti.

Serui nomine. Qui hæredis erat aditæ hæreditatis tempore. Accur.

Ad dominum. Hūc nouum, & post aditam hæreditatem factum dominum, sed ad hæredem, qm̄ huic seruo relictum ab extraneo quærere posset R.ut ſ. de le.1.l.si post mortem.in prin.& facit ad l. ſ. de leg.1.l. quæsitum.§.1.& ſ. e.l.si Eros. Sed arg.contra,supra de le.1.l.si a pluribus.§.fi.

Ption e.Hæreditatē. Vnde hoc legatum olim non cedebat a die mortis quo ad transmissionem vtpote conditionale:hodie secus:vt Inst.eo.§.optionis R.& facit ſ. de le.1.l.Iulianus.

ADDI-

Vel dic ſm Bart. quòd ibi loquebatur de iure antiquo ante tempora digestorum.

C Vm optio. Scius legauit Titio optionem duorum seruorum: & reliquos suos seruos legauit Mæuio,& decessit:postea Titi' refutauit optionem. certe omnes serui debent pertinere ad Mæuium. Viui.

Primo. Scilicet Titio: & dic cessante, id est, repudiante, vel tempore à prætore statuto exclusō: vt supra eo.l. mancipiorū. & facit C.de hæredi. instit.l.3.& j.de verbo. significa l.cæterorū. Accur.

H Omine legato. Si legatarius, cui legatus est seruus in genere, quique habet electionem, repudiet Pamphilum: nihil valet repudiatio, & ideo poterit etiam eum eligere. Viui.

Homine legato. Scilicet in genere.

Pamphilo. Scilicet in specie.

Eligi posse. Imò aliud agitur, & iō non potest eligi: vt ſ. de pac. l. si vnus. §.fi generaliter Sol. hic hæres habebat electionem per expressam testatoris voluntatē:vt ſ.eo. l. seruo. ibi vero creditor ex pacto expresso & secundum hoc eligit eundem hæres nō obstante repudiatione legarij. Alij, vt R. quod hic non erat translata electio in legatarium ab hęrede, cuius hæredis dicebat initio fore electionem,& ideo hæredem eligere eundē. sed hoc non placet,quia legatarius habet electionem: vt supra eo.l.2.2.respon. Tertij dicunt vtiobique creditorem habere electionem, sed ibi ex pacto,& iō per pactum determinatur remissio: sed hic per legem habet: legatarius electionem:& iō per legem determinat remissio, vt nihil valeat. Vel quarto ibi pactum, hic repudiatio: vnde hoc nō valet de futuris, vt ſ. de leg. 2.l.fi ita scriptum.§.1.sed pactum fic:vt supra de pact. l.& hæredi.§ filia, & est ratio, quia pactum duorum contensu,repudiatio vnius vallatur arbitrio: vt not. ſ. de pact.l.j.verè autem hoc legatum generis de futuro pendet: quia est similile legato optionis:vt supra eo.l. 2.§.2.sed illud est conditionale,si eligat: vt j. qui & à quib.l.fi optio.& supra e.l.fi optio. & supra e.l.fi Pamphilo.in fine.ergo & istud.plana est ergo glo.eundem eligi posse, ſ.vt pro quocunque eligē di facult s videatur concessa expressim aut tacitè.Iē contra.j. de admen.leg.l.qui hominem & l.seq.Sol.ibi ademptio per testatorem,quę valuit: hic repudiauit legatarius cum non petijt: & facit j.de regu.iur.l.qui potest. §. quod quis Acc.

I Liud. Pone quod ego legaui Titio Stichum aut Pamphilum,vtrum ipse elegerit: & postea decessi:& ita cessit dies legatorū: & postea decessit Titius,antequam eligeret.nunquid transmittit ad hæredes suos dictam electionem? Et dicitur quòd sic. Vi.

Decedente. Post mortem testatoris. Acc.

Eo.scilicet legatario.

XX.

Pud Ausidium lib. primo Regularum scriptum est, cum ita legatum est,Vestimenta, quæ volet tricliniaria sumito, sibiq; habeto, si is dixisset, quæ vellet, deinde antè quam ea sumeret, alia se velle dixisset mutare volūtatem eū non posse, vt alia sumerer, quia omne ius legati prima testatione, qua sumere se dixisset, consumpsit. quinetiam res cōtinuò eius fit, simul ac dixerit,eam se sumere.

Fructus pendente conditione ex re legata percepti legatario non debentur, nec nudo ministro. Bar.

XXI.

Ilium,& vxorem hæredes scripsit filiam exhæredauit, & ei legatum centum dedit, cū in familia nupserit, his

Ad hæredē.Scilicet legatarij.

Placuit. Hodie forsan a compositoribus est hoc additum.nā olim secus: vt Insti.eod. §.optionis, vel illud quādo ex omni familia legatur optio: hic ex certis duob. Accursius.

P.Fl. triclinaris.

Pud.

Ego habēs vestes tricliniarias, id est, quib. vtebar in triclinio,id est, in loco vbi comedebam (quod ideo vocabatur triclinium, quia bene erat scopis mūdatum, & ibi tres lecti strati). & habēs multa alia genera vestium ita dixi in testamento meo, Titius Vestimenta, quæ volet tricliniaria sumito, sibique habeto. & decessi: postea dixi Titius hæredi meo, quæ vestimēta tricliniaria volebat: & postea antequam acciperet electa, dixit quòd volebat alia vestimenta tricliniaria. nunquid potest voluntatē mutare? Et dicitur quod non, & ratio est plana in

P.F.quoniam.

In P.F. & ei legatum dedit cum in familia nuberet,100. & cū i familia nupserit, his verb.&c.

litera. Viuia.

Vestimenta. Duo forte patia, vel tria: vel sic dixit, cum plura haberet testator.

Tricliniaria. id est,quib.vtebatur in camera,aliàs aliqua parte domus, quæ trincliniū diceretur quia in ea tres lecti sternūtur.sic ponitur supra commod.l. si vt certo.§.fi de me. Acc.

Dixisset.Scilicet congruo tempore,id est,post aditā hæreditatem, & omnibus suis vestimentis exhibitis: vt ſ.e.l.optione.& l.seypi. & l. homine.

Non posse. Nisi esset minor xxv. ann. vt supra de mi.l.& si sine,in prin.vel nisi quando optio nō tenet: vt supra eo.tit.l.2.notatum est.

n Consumpsit. Vt & supra de proc.l.fi is qui.sed vī qđ possit voluntatem mutare. vt j.de ver.ob.l. si quis stipu.in prin.& l.eū qui.§.1.fol.vt no.ſ. de le.2.l.statu libertū §.fi.& de le.j.l hmōi.§.Stichum.& l.v.in prin.

Ilium. Titius instituit sibi hæredem filium suum Seium,& vxorem suam Semproniā, & filiā suam exhæredauit,& ei legauit centum cum nupserit & postea ita dixit, insuper arbitratu Sēproniæ prædictæ matris dictæ meæ filię volo eligi,ab ipla Sempronia decem mancipia statim post aditam hęreditatem meam, quæ mancipia volo dari dictæ meæ filiæ cum nupserit: & si antequam nupserit dicta mea filia,aliquod ex dictis mancipijs decesserit, tunc in locum eius arbitratu dictæ Semproniæ matris

eius dari volo: dum ad dictam meam filiam perueniat plenus numerus dictorum decẽ seruorum: & si dicta Sempronia nõ elegerit dictos seruos: tunc ipsa mea filia eligat sibi decem mancipia, quæ volet. & postea decessit dictus Titi⁹ testator. & dictus suus filius, & vxor ab eo iussu adiuerunt hæreditatẽ: & dicta vxor Sempronia, quæ erat mater filiæ testatoris, elegit decem seruos hereditarios pro dicta sua filia: & postea antequã dicta filia nuberet, nata sunt aliqua ex dictis decem mancipijs: quæritur, nunquid pertineãt ad dictam filiam vltra numerũ dictorum decẽ mãcipiorũ? Et respondẽ. quod non, quia legatum mãcipiorũ prædictorum decẽ trãstulit testator, in tempus nuptiarum filiæ exhæredatæ: imo pertinebunt ad dictã Semproniã testatoris vxorem, & ad dictum Seium filium eiusdem testatoris, quia ab eo fuerunt hæredes instituti, non autem ad solam Semproniã. Viui.

a Insuper sub. Legauerit. Acc.

b Confessum. Hoc facit pro filia, licet non multum.

c Volo. Ego testator. & sic transit de tertia ad primã personam. Acc.

d Adlignata. Aliàs agnata, id est, nata: & aliàs adlignata, scilicet per electionem matris. Acc.

e Supra numerum. Aliàs datum, id est, expressum. Acc.

f Ad filiam. Aliàs sine non: & tunc dic, quia tantum vt ministra fuit electa mater: aliàs est nõ, & bene, vt colligitur. cũ dicit ĵ. respondi cũ mãcipiorum &c. & sic ante omnẽ moram. & facit tũc ĵ. de reg. iur. l. cũ tps.

g Fructus. Partus enim de quo prædixit, nõ est in fructu: vt ŝ. de vsuf. l. in pecudum.

h Proponi. aliàs non ad matrem: tunc est ratio quę ẽ ŝ. quia ante omnem moram percepti sunt: ad quod est ĵ. ad Treb. l. mulier, §. si hæres alias sine non. q. d. pertinet ad filiam. & tunc dic matrem electam: vt ministrã. ad quod ŝ. de lega. 2. l. si quis Titio & facit ad p̃dicta ŝ. de le. 2. l. si ita relictum §. Pegasus, & ŝ. de annu. le. l. cũ qui. & de leg. 1. l. apud Iulianum in prin. & § 1. & l. cũ res. & l. quæritum §. fi. & ĵ. ad Trebel. l. mulier. §. si hæres. & ĵ. titu. 3. l. 3. in prin. & ŝ. de leg. 3. l. vxorem. §. sororem.

i Aritus. Ego habens 2. lances, id est scu tellas argenteas feci testamentum & institui mihi hæredẽ Titiũ: & postea feci codicillos, & in eis reliqui vxori meæ duo mea p̃dia, & quatuor lances, quas ipsa elegerit ex eis antequam morerer multas alias lances acquisiui, & postea decessi: venit nunc vxor, & vult eligere quatuor lances ex omnibus quas habebã tpe mortis meæ: & hæres non vult ei dare electionẽ, nisi de his, quas habebam tempore testamenti: certè mulieris desiderium est præferendum. Vi.

i Mortis tempore. Licet tempore testamenti condendi nõ fuerunt. Sed videtur contra ŝ. de leg. 3. l. nomẽ. § 1. Sol. vt tibi.

XXII.

Aritus vxori suæ codicillis per fideicõmissum dedit prædia: itẽ lances, quas eligeret, quatuor. Quæsitum est, an ex iis lancibus, quæ mortis tempore sint, eligere possit? Respondi, posse.

I.

VIno legato, acetum quoque continetur, quod patertamiliàs vini numero habuit.

Generi per speciem deregatur. Bar.

II.

VM alij pe-

Vino legato. a Legauit Titio vinum meum: quæritur vtrum in legato contineatur acetum? Et dicitur quod sic, illud scilicet quo vtebatur pro vino. Viuia.

Numero habuit. Supra voluntatis cõiectura ex ipsius defuncti viuentis consuetudine: vt ĵ. eod. l. si quis vinum. § item acetum. & ŝ. tit. 1. l. ij. §. ñ. & arg. supra de leg. 3. l. nomen. §. 1. & l. nuper & l. seruis vrbanis. & l. quæritum. in prin. & §. pe. & l. vxori in princ. Sed contra. ĵ. e. tit. l. si cui. in prin. Sol. vt ibi.

Titius habebat Stichũ ſeruum, & habebat vnum libertũ qui vocabatur Pamphilus: qui Stichus geſſit bona liberti eiuſdẽ domini ſui. i. bona dicti Pamphili. poſt ea deceſſit dictus Pamphilus libertus, & pro dimidia extitit ei hæres dictus Titius eius patronus. & pro alia dimidia Caius pone: in dictis autem bonis Pamphili liberti, quæ adminiſtrauerat Stichus, erant calẽdaria, id eſt fœneratitiæ cautiones dictus autem Titius dominus fecit teſtamentũ, & in eo dedit libertatẽ prædicto Sticho ſub conditione, ſi redderet rationẽ de dicta adminiſtratione bonorũ liberti hæredib. eiuſdẽ Titij domini. Itẽ ꝑ fideic. dedit eidẽ Sticho peculiũ dicti Stichi, & poſtea deceſſit idẽ Titius dominus. poſtea dictus Stichus, volens adimplere dictã cõditionẽ libertatis ſuę, fuit ſimul cũ hæredibus domini & reddidit eis rationẽ dictæ adminiſtrationis pro ea parte. ſ. dimidia quæ contingebat dictũ dominũ ex hæreditate dicti liberti & reddidit eiſdẽ hæredib. domini ſummas, quę remanſerũt apud eũ ex dicto calendario. & ex alijs ſimilibus cauſis. i. quę remanere debuerant ſi exegiſſet à debitoribus calendarij. Sed ipſe Stichus non exegit ab eis, quia nõ erãt ſolucẽdi, ſed de ſuo proprio ſoluit ꝓ dictos debitores. vnde dicti debitores remanſerunt adhuc dẽbitores: & ſic dictus Stichus adeptus eſt libertatẽ cum conditione impleta. & poſtea deceſſit idem Stichus, & habuit duos hæredes: puta primũ, & ſecundũ. nũc veniũt dicti hæredes dicti Stichi, & petunt ab hæredibus dicti domini, eiuſdemq; patroni, vt ipſi hæredes dñi ꝑſtent eiſdẽ hæredibus Stichi actiones aduerſus omnes debitores, ꝓ quos dictus Stichus intulit pecuniã hæredibus domini, nunquid debent ei cedi? Et dr quod ſic. ¶ Teſtamento. Titius habens tres ſeruos. l. Pãphilum, & Damã, & Stichũm teſtõ, vel ī codicillis ſuis manumiſit dictũ Pampilũ, & Damã, & legauit eis peculia eorũ: & de prædicto Sticho ita cauit in dicto teſtõ, vel codicillis, Stichũ ſeruũ meũ volo eſſe liberum: & volo ei dari x. aureos, & etiã quicquid habeat ex ratione loculorũ meo: um: aliis aũt meas rationes volo reddi hæredibus meis per eundem Stichum. Itẽ volo concedi peculia ſua omnibus ijs, quos hoc teſtamẽto manumiſi, & poſtea deceſſit dictus Titius, nunc quæritur, illud quod amplius in rõnes dictorũ loculorũ in diem mortis teſtatoris erogauit Stichus ex peculio ſuo, ab hæredibus domini recipere debeat, eum ex conſuetudine domus domini eſſet, vt quicqd amplius de ſuo erogaſſet Stichus in rationem loculorum, ratio dominica,

nica, ſiue dominus eidẽ Sticho deberet atque exolueret? Et reſpon ꝙ ſic. ¶ Seruis libertates. Titius in teſtamento ſuo libertatem Sticho & Pamphilo ſeruis ſuis dedit, & poſtea cuilibet eorum legatũ reliquit. & poſtea ſcripſit in dicto teſtamento talem conditionem. Quotquot ſeruos reliqui libertos, quibus etiam legata reliqui: hos volo non eſſe ſeruitutos, & uolo eos eſſe ſine inquiſitione, nunquid propter hoc uidentur eis legata peculia eorum? Et dicitur ꝙ non. Item non videntur eis legata reliqua rationũ dominicarum, quas ipſi ſerui adminiſtrauerant, nec res dominicæ, quas apud ſe habuerunt, nec penſiones prædiorum, quorum prędiorum fuerunt coloni dicti ſerui, vel aliqui eorum. Vi.

In P. Fl. ex uariis cauſis.

ɔ Eius. Scilicet domini. Acc.

ɔ Cui. Liberto.

ɔ Extiterat. Dominus.

ɔ Reliquatus erat. Id eſt, in quibus debitor erat. Acc.

ɔ Ex vicariis cauſis. Aliàs ex vicariis cau ſis. aliàs ex vicarijs, id eſt, ex alijs negotiis viciſſim ab eo geſtis.

ɔ Pro quibus. Melius dixiſſet, ꝓpter quos. non enim illorum gratia ſoluit, nec eorũ nomine, vt vos liberaret: ſed ideo, vt libertatis, ſibi relictæ impleret conditionem. R. alioqui cedi nõ poſſent ei actiones, cũ ſublatæ, & extinctæ eſſent per ſolutionem, vt ĵ. de ſolu. l. Modeſtinus. & l. Stichum. §. ſi mandato. & ĵ. de fideiuſ. l. cum his. & §. de leg. 1. l. ſi res. in fin. l. & §. mãd. l. Papinianus. & C. de contra. iu. tut. leg. 2.

ɔ Pro quibus Stichus. Id eſt, propter quos: vt modo nota ui.

ɔ Loculorum. Id eſt, burſarum domini. nam fortè tenebat burſam domini: vnde dicit loculos, id eſt, loculos liberti eius geſsit, cui pro parte dimidia teſtamento hæres extiterat: (in quibus negotiis geſtis, & calendaria fuerunt) teſtamento ſuo libertatem dederat, ſi rationem reddidiſſet: eiq̃ue peculium ſuum per fideicommiſſum dedit. Stichus ſummas, quibus reliquatus erat tàm ex calendario, quàm ex vicariis cauſis reddidit, manentibus debitoribus, pro quibus ipſe peculiam hæredibus patroni refuderat: libertatem que adeptus deceſsit, quę ſitum eſt, an hæredibus Stichi aduerſus nomina debitorum, pro quibus Stichus pecuniam hæredibus patroni intulit, hæredes patroni ex cauſa fideicommiſsi compellendi ſint actiones prę ſtare, cùm aliud nihil à Sticho patrono debitum fuit? Reſpondit, præſtandum.

Quod dominus debet ſeruo, computatur in peculio: ſi talis erat domini conſuetudo. Bartolus.

Teſtamento, codicillisve ſeruos manumiſit, & peculia legauit: & de Sticho ita cauit: Stichum ſeruum meum liberum eſſe volo, eique volo dari decem aureos, & quicquid ex ratione loculorum meorum habet. Rationes autem hæredibus meis dari volo. ijs omnibus, quos hoc teſtamento manumiſi, peculium ſuum concedi volo. Quæſitum eſt, an quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogauit Stichus ex peculio ſuo, ab hæredibus recipere debeat, cùm ex conſuetudine domus eſſet, vt quicquid amplius de ſuo in rationem loculorum erogaſſet, dominica ratio ei debere, atque exolueret? Reſpondit ſecundum ea, quæ proponerentur: propter conſuetudinem id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & ſolita erat reddere.

Seruis, quos teſtator iubet non debere ſcrutari: & ſine inquiſitione eſſe, eis non videtur legare peculium, nec reliqua. Bar.

Seruis libertates legatas; dederat: & conditionem ita ſcripſerat, ὅσους ματέλιπον ἐλευθέρους, καὶ τὰ λήγατα αὐτοῖς, τούτους βουλωμαι εἶναι ἀνεζέτασους (id eſt, Quotquot reliqui libertos, atque eis legata, eos ipſos inexcuſſos eſſe volo.) Quæſitum eſt, an peculia quoque legata eis viderentur? Reſpondit ſecũdum ea, quæ proponerentur, non videri legata. Itẽ quæſitum eſt, an ex ijſdem verbis reliqua ratio num quaſi legata retinere poſsint, aut ſi res dominicas apud ſe habuerunt, aut ſi qui eorum coloni prædiorum fuerunt, penſiones. Reſpondit, ſupra reſponſum eſſe.

XXIIII.

I legatus fuerit ſeruus, peculium excipe-

Conſuetudine. Teſtatoris viuentis, ex qua ſępiſſime voluntas etiã vltima exprimitur: vt §. de fund. inſtruc. & inſtru. lega. l. cum de lanionis. § 2. & §. de triti. vi. & oleo leg. l. 1. & l. ſi quis vinũ & l. ex vſu. & §. de leg. 3. l. nummis. & l. cum quæreretur. §. 1. & de leg. 1. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fin. & §. de ann. lega. l. ſi cui. & ĵ. de ſupe. l. Labeo. & ĵ. de alim. le. l. cũ alimenta. in princ. Sed arg. contra, §. de triti. vin. & oleo lega. l. cum certum. Item no. quod ſecus eſſet, ſi hæc cõſuetudo eſſet: ut §. eod. l. ſi peculium. §. ſicut, & Inſtit. de lega. §. peculium. & §. de lega. 3. l. qui concubinam. §. qui fundum.

Ita ſcripſerat. Græcum quod Py. exponit, quotquot reliqui libertos &c. aliàs hic nõ eſt, ſed exponitur, vt rationes non reddant.

Vide Alc. lib. Diſp. 4. c. 13.

ɔ Rationum. Dominicarum.

ɔ Pẽſiones. Scilicet apud ſe habeat. Ac.

ɔ Supra relpõſum eſſe. Id eſt, neq; reliqua, neque dñicas res, neq; penſiones videri legatas: ut ĵ. de lib. leg. l. non ſolũ. §. pe. & l. ſi qs rationes. & l. Aurelio. §. 1. & l. procurator. & l. Aurelius. & l. creditor. R. & §. de leg. 1. l. ſi ſeruus vetitus. Itẽ ad hoc §. de admi. tut. l quidam decedens. & §. eo. l. denique. §. interdum.

ɔ I legatus.

Id est, quibuſcũque libertatem reliqui, & legata, hoc ſcilicet volo excutiendis rõnib. ſolutos eſſe.

ɔ Legaui Titio Stichum ſeruum meum nunquid uideor ei legare peculium dicti ſeruꝰ? Et dr qđ non, niſi legẽ expreſsè. & ideo nõ eſt neceſſe, quod excipiã peculium, cũ lego ſeruum. Viu.

Eſſe, nõ eſt in P. F.

Non

a Non sequitur. Sicut nec domum nec fundū, supellex, instrumentumve sequitur: vt ff. de fun. instr. l. 2. §. 1. & j. de supell. leg. l. fi. R. & ff. tit. fi. l. quæsitum §. supellex. hoc tū fallit ff. eod. l. denique. §. interdū. Sed certè ibi videtur legatum. & facit de contrah. empt. l. quoties. & C. de pe. eius qui liber. me. l. 1. Item cōtra, ff. eod. l. fi peculium. §. vicario. Sol. vt ibi.

b I seruus.

In testamento meo dedi libertatē seruo meo, & legaui ei peculiū suum. nūquid vicarii vicariorum dicti serui mei cōtinebūtur in dicto legato peculij? Et ar quod non, si ego testator nolui contineri: sed quidam non habēt in fi. huius legis nō, & tunc est plana: vt & ff. eo. l. fi peculium. §. vicario. Accursius.

c Vicarij. Hi. n. vicarij legato peculio cōtinentur, vt ff. de pecu. l. fi seruus meus. §. 1. R. & ff. eo. l. fi peculium. §. vicario.

Iti fili.

Pā. F. an peculio p̄legato.

Seius instituit sibi hēredes tres suos filios, puta Titiū, & Sempronium, & Caium, & postea ita locutus est dicto filio Titio, Titi fili è medio præcipito, sumito, tibiq; habeto domum illam puta Seianā. item aureos 100 postea in alio capite testamenti prælegauit suum peculium cuilibet dictorum vlriorū. postea dictos 100. aureos, quos p̄legauerat dicto filio suo Titio, dedit fenori: & sicut faciunt alij creditores, cōplexus fuit idē testator sortem, & vsuras dictorū c. aureorū in ære alieno in quaternello suo breuiū rationū. habebat idē testator instrumenta sua in scrinio, & extra scrinū habebat vnum quaternellū, in quo breuiter scribebat talis debet mihi tm̄ noīe sortis, & tantū noīe vsurarū, & talis debet tm̄, & talis tm̄. nunc quæritur, an peculiū filio Titio prælegatū, & 100. aurei eidē p̄legati, & vsuræ eorundem c. aureorū debeantur eidē Titio? & respondet Scęuola caute, dicens quod si dictū fœnus dictorū c. aureorum exercuit pater nomine dicti filij Titii, & vsuras eorundem centum aureorū eidem filio adscripsit in eodem quaternello, id quoque fœnus, nedum sortem deberi eidem filio sub legato peculij. Viu.

Rōnes breuiarias hic putem dici, quas qs in breuiariis p̄scripserit. dr̄ aūt breuiariū, cōpendium, hoc est liberī quo vel res gestæ, uel aliud quippiam puta rationes, accepta, impēsaq; comprehēdūtur: unde si libet Bud. de officio q̄sto.

d Peculia. Ita quòd cuilibet suum. Acc.

e Centum aurei. Dati postea fœneri à testatore. R.

f Debeantur. Titio filio. Acc.

g Inter cæteros. Melius diceret debitores. sed dic, id est, sicut creditores cæteri facere videntur.

h Complexus. Scilicet pater. & non aperit nomine filij, vel suo, sed Scæuola caute resp. Acc.

i Nomine filij. Scilicet Titii.

k Exercuisset. Volens ēt & legatū augere peculium.

l Adscripsisset. Vnde destinatione fœnus hoc iam factum peculium, peculiarium foret: vt ff. de leg. 3. l. item

re non est necesse: quia non sequitur, nisi legetur.

XXV.

I seruus liber esse iussus sit: eiq; peculium legatum sit, vicariorum eius vicarij legato continentur.

Quod pater pro filio stipulatur in profectitio peculio, in dubio ei concedere videtur. Bartolus.

XXVI.

Iti fili è medio præcipito, sumito, tibiq; habeto domum illam, item aureos centum, alio deinde capite peculia filiis prælegauit. Quęsitū est, an peculium prælegatum. & centum aurei, & vsuræ eorum debeantur, cum ratio nibus breuiarijs in ære alieno, & sortem & vsuras inter cęteros credi-

legato. §. 1. & l. qui filium. in fi. R.

Deberi. Contra ff. de leg. 2. l. cum pater §. filia, & l. Licinus. 1. resp. Sol. ibi voluntas sola, & nuda, ideoq; minus valida. hic autem ad factum processit, & si efficacior erat. R. magis enim ex fecūdo facto, quam ex primo legato centum aurei debentur. & facit ad leg. ff. de lega. 2. l. Lucius. in prin. & ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §. si rem.

Si legatum pœnale incipit à præcedenti dispositione, ipsum legatum est in præstatione, non in petitione quo ad executionis effectum, & mora potest purgari vsque ad litis contestationem, vel diem à testatore statutum, sine legatum sit vnum, sive in annos singulos. Bar.

I. XO-

tores complexus sit? Respondit: si id fœnus nomine filij exercuisset: & vsuras, ita vt proponitur, filio adscripsisset id quoque peculio legato deberi.

¶ Quid sit penus. dic, vt inf. l. 3. in princi. Acc.

Xori suæ. AN. S. Titius faciens testamentum iussit hęredi suo, vt vxori suæ testatoris daret in annos singulos aliquid penoris. puta decem corbes vini, vel frumenti: & si non daret, damnauit eundem hęredē, vt daret eidem vxori nummos: puta x. & postea decessit idem Titius testator. nunc quæritur an vxor testatoris possit petere dictum vinum, vel frumentū, an vero solummodo sit in præstatione. & non præstaretur ei per hæredē, tunc possit vxor petere ab hęrede: dicta x. quolibet anno. Et resp. Iuriscō. altius exordiendo, & inquirendo ab alio capitulo, quam sit quæritum, & dicendo q̄ si lemel penus sit legata vxori, vel alij, & non per singulos annos, erit penus in præstatione. i. q̄ hęres poterit præstare eam legatario. si voluerit, & aliàs nō cōtringetur: quantitas aūt p̄d. cti, i. dicti x. nummi, erit in petitione, vt scilicet legatarius possit eam petere tantum in hoc casu habet hæres obligationem penoris tam diu, quam diu contestetur cum eo lis de facta pecuniamiū forte testator præfiuerit aliud tēpus in p̄stationē penus, quam tempus litis cōtestatæ sit: p̄fecturt dico, vel in mente sua, vel in verbis: quia tunc haberet obligationem penoris tam diu, quā diu veniret dictum tempus præfixtutum à testatore: & post illud tempus non haberet oblationem penoris imo posset ab eo peti pecunia. i. dicti x. nummi. & idem est in nostro casu. vbi in singulos annos penus legata fuit vxori, vel etiam alii: & si hæres non præstaret, damnatus fuit, vt daret legatario x. nūmos. nam per singulos annos erit penus in p̄stationē. & si his nō præstet, poterit legatari a ab eo petere p̄ singulus annos x. nūmos. Sed quid si pen' fit legata in singulos annos, vt dictū est: & si penus nō p̄staretur per hęredem singulis annis, dānatus sit hæres dare legatario vnā summā nūmorū. puta 100. nō singulis annis, sed semel tm̄, & p̄mo anno penus nō fit præfixta legatario: num q̄d legatarius poterit petere totā summam centū numorū, quasi

quasi totum penoris legatum sit trāsfusum in petitione dictæ summę? an vero poterit petere tātum solum modo de dicta summa centum nummorum quantum capit æstimatio penoris debiti pro primo anno per hęredem legatario, quasi penoris legato transfuso in dictam summam? Et respon. q̄ legatarius penoris, siue sit vxor testatoris, siue alius, potest petere totam summam c. nummorum. nam in hoc est coercenda hæredis indeuotio. Viu.

a Vxori. Cui talia frequenter legantur. Acc.

b Aliquid. Puta x. corbes vini.

c Nummos. Puta x. aureos. sunt ergo duo legata. primū penoris, & purum: sequens conditionale, & forsan pœnale. j. qū di. leg. ced. l. si penum. in prin. nec obst. in eod. tit. l. cū sine præs. in princ. quia vnum est quo ad vnā exactionem. si aūt dicam, si penum nō dederis, x. dato: tunc vnū est legatū: vt d. l. si penum. in fin. & j. de verb. oblig. l. ita stipulatus. & j. de act. & oblig. l. obligatio nū. fere. in fi. Sed ar. cōtra j. ad l. Fal. l. 1. §. ītē. in fi. §. vbi dicit idē videtur vtrobiq; sed dicad hoc vt vna fiat exactio.

d Petatur. Ex sequenti legato. r. ā in prin. o sola penus erat legata.

e Non p singulos. Sed certè & tunc idem: vt j. dicit. & sic facti est varietas non iuris diuersitas. Acc.

f Duntaxat. id est, non in petitione est tamē in naturali, & ciuili obligatione, donec in mora s.ō est hęres vt j. quando di. leg. ced. l. si penum. sed ideo non petitur quia testator, qui pœnam apposuit, penū peti noluit. Item ei quod nic dicitur non ob. j. ad le. Fal. l. 1. §. item. vt ibi plene no.

g Contestetur. Sic j. de verb. oblig. l. ita stipulatus. & l. fi in insulam.

h Mēte. Vt quia voluit dari de fructibus futuri anni vnde tantum voluit differiri vt j. de verb. oblig. l. inter dum. vel expressè dixit in calendis Ianuarij volo penum dari.

i Quod si in annos. Factum diuersum. sed ius idem.

k Legata sit. Et si nō p̄stetur penus, p̄ singulos ann. x.

l Si minus. Id est, si non præstetur penus.

m Quid ergo si vna. Id est vnica tm̄ ma: puta centū aurei. si in singulis annis non p̄stetur penus per singulos annos relicta, & ita c. non per singulos annos, sed semel tantum sunt legata.

n Coercenda. Ablatiui absoluti.

o Enu certa. Legaui Titio certam penum, puta c. corbes vini cum vasis, in quibus erat dictū vinum: & postea dictum vinum consumpsi, nunquid hæres meus dēt legatario dicta vasa? Et ar quod non, sicut non debeat peculium legatario cui legaui seruū cū peculio, cū postea alienaui, vel manumisi dictum seruum, vel moriuus fuit dictus seruus, vt ff. ti. l. l. 1. 2. 3. & 4. Viu.

Et consumpta. Viuo testatore. l. vt ff. tit. 1. & 2. & l. tunc inutile. itē facit j. e. l. naim quod. in prin. & Institu. de leg §. fi quis ancillas. & ff. fam. ercis. l. ex parte. §. duos. & ff. titu. 2. l. 1. in fin. & l. fi cui.

p Vi penum. Cajus. Titius legauit Seio penum. quæritur quid contineatur in legato? Et resp. quod ea cōtinentur, quæ sunt parata ad esum, & potum & h. d. Quintus Mutius. & idē scripsit Sabinus in libris ad Vitellium, determinās & exponens dictum Quinti Mutij, & dicens in penu legata contineri omnia, q̄ parata sunt causa harū rerū. i. ad esū, potumq; dicti Titij patrisfamili. & vxoris suæ, & liberorum eius, vel quæ parata sūt ad esum potumq; familiæ, quæ solet esse circa eos, id est, circa dictū patrēfa. & vxorem suam, & liberos. Item ea quæ parata sunt ad esū, potumq; iumentorum, quæ iumenta parata sunt causa vīus dominici. i. dicti patrisfa. Aristo etiā notando dicit q̄ in præsato legato continenē quæsā, quæ nō sunt para a esui, potuiq; vt puta ea in quibus. i. cū aliquib' esse. i. comedere solemus, vt puta oleū, & garū. i. liquamen piscū minutulorū, & saxatilū, salamuriam vulgus vocat. Itē muria. i. aqua salsa, siue salsugo: quā & ipsam vulgus salamuriā vocat & mel, & cętera his similia plane inquit dictus Aristo Labeonē scripsisse, nihil prędictorū cedere legato, si penus esculenta legetur: quia prædicta i. on solemus per se esse. i. comedere, sed per ea solemus esse. i. comedere dicit tamē Aristo, & Labeo iuste reprehenduntur per Trebatium & Proculum. dicit enim Trebati' q̄ mel ad minus bene continetur in legato penus esculentæ: quia mel etiā per se solemus esse. i. comedere. Proculus aūt generaliter loquitur dicēs, q̄ ora p̄dicta continentur in legato penus

Tex. hūc dicit sing. & peregrinum Roma. sing. 299.

P. Flor. xxij.

Vide ad legis hu ius intelligentiam Gell. lib. 4. c. 1.

penu eſculentæ, niſi appareat mens teſtatoris contraria. & hoc idem dicit Vlpianus conditor huius l adijciens quod etiam lacertæ, brifcæ mellis continentur in dicto legato. ¶ Potulẽta penu. Titius legauit Scio penum potulentam. certè cõtinentur in legato ea, quę vini loco pater fa. dictus Titius habuit. nõ aũt continebuntur ſupraſcripta, id eſt, ea quæ ſolemus eſſe per ſe, vel per q̃ ſolemus eſſe. ideo medere, quæ ſunt numerata ſ ead. l. §. ſed Ariſto. Item & Acetũ continet in dicto legato: niſi erat paratũ cũ ignis extinguendi: quia tunc non pertinet dictum accetum ad eſum & ad potum. ¶ Sed q̃ diximus. Dictum eſt ſ. ead l. 2. reſp. qd in legato penus continetur il ſud, quod paratum eſt cauſa ſui legantis penũ. certe illud ita accipiẽdum erit vt cedat dicto legato illud, quod paratum eſt cauſa amicorum ciuitatem legantis, & clientum quos circa ſe habet legans, & vniuerſorum aliorum, quos circa ſe habeat non aũt ſic accipiendum erit, vt legato penoris contineant ciba ria ei⁹ familiæ, quã neq; circa ſe habebat legans, nec circa ſuos. puta ſi q̃ de familia ſunt in villis deputati, vt ibi faciant aliquod opus. ſi aũt nõ faciant ibi opus, ſed ſtabãt circa patrem fa. qui multoties ad villas ibat. bene continentur cibaria eorũ, vt dixit Mutius. ſted & textorum, & textricum cibaria continentur, & iumentorũ, quæ vſibus legantis, & amicorũ ſuorum ſeruiebant, nõ aũt continent cibaria eorũ iumentorũ quæ in agris deſeruiebant, vel locabantur. ¶ Siue aũt Quæriẽ nunq̃ penore legato cõtineatur frumentũ, ſiue legumẽ, & hordeum? Et dr̃ q̃ ſic. Sed nunquid cõtinent ligna, & carbones p̃ quæ penus conficitur, & thus, & cera parata ad domeſticum vſum patriſſa. Et dr̃ q̃ ſic, reprobata ſententia Quinti Mutij, & Offilij. Item cõtinentur in dicto legato vnguentum, & chartæ epiſtolares, & odores, & chartæ paratæ ad ratiunculas, & legarium. i. ratiocinatiũ: & vaſa penuaria, ſine quibus penus non rectè põt ſtare. Illa aũt ſine quibus poteſt ſtare, nõ cõtinentur: ſic arcunt dolia, & arcæ, vel arculæ frumenti, vel leguminum: nec alia vaſa quæ in litera continẽtur, ſine quibus bene põt eſſe pen⁹: ſed vt dixi ea ſola vaſa cõtinentur ſine quibus haberi penus nõ rectè poteſt: & eſt ratio quãtum ad hoc: quia illud quod eſt liquidæ materiæ, capit ſecum in acceſſionis locum id, ſine quo eſſe non poteſt: & hoc ideo, quia per ſe non poteſt eſſe, dicta autem vaſa ſine quibus eſſe non poteſt, ſiunt acceſſio penus legatę, & non ſunt legata. vñ de penu poſt legatum à teſtatore conſumpta, dicta vaſa legatario non debentur. & idem eſt, etiam ſi penus cum vaſis ſpecialiter ſit legata, & ſic d. cum l. ſeq. vſque ad §. ſi cui. Viu.

Aliàs horum.

P. Fl. muria.

Vide q̃ no. pro iudicib⁹, q̃ indifferẽter ea à pribus accipiunt. ſ. l. picbiſci-- to ſ. d of. præ. & in ant. iuſtu. quod præſta. col. 2. & de mã. princ col. 3. §. hæc igitur. q̃uis in Regno Franciæ ita obſeruetur.

Scribit. Scilicet Quint⁹ Mutius, de terminans, & exponens, cum dicit contineri omnem rem.

In P.F. poculẽta penu.

Harum. Scilicet rerum, quæ ſunt paratæ eſui, vel potui ipſi⁹ patrisfamiliàs, & eſui, & potui vxoris, & ſic ſequentia. & pro hoc Inſtitu. de vſu & habit. §. ſi cui. & infra eodem lege. §. ſed quod diximus.

Sed Ariſto. notat Non tamen per omnia bene.

In quibus. Id eſt, cum quibus.

Eſſe. Id eſt, comedere. Accurſius.

Garum. Genera ſalſamenti facit ergo differentiam Ariſto inter quod, & cum quo: in quo in fra eu am reprehenditur. Acc.

P. Fl. vſ lis.

Non hæc eſſe. Id eſt comedere, ſed per ea &c. quia cum eis melius apparimus.

Contra ſcribit. Et bene.

Sed Proculus. Reprobata ſententia Ariſtonis, & Labeonis.

Contineri. In penu legata.

Eſculenta. Briſca mellis &c.

Eſſe. Id eſt comedere. Acc.

Legauerit. Sub. quæritur, & reſp & ea. &c. ſ per quæ eſſe ſolemus. Accur.

Et ea Mutius reſpondet.

Penaui. Vt dixit Trebatius.

Lacertas. Briſcas mellis. Acc.

Imò plſces quoſdã a ſalſamenta cõficiẽda idoneos hac dictione ſignificari, puto. de qui

Contineri. Scilicet eſculenta penu legata.

Supraſcripta verò. Scilicet quæ ſolemus eſſe, vel per quæ eſſe ſolemus, quæ connumerata ſunt ſuperiori. §. H.

Non fuit. Sed inſtrumentum domus eſt: vt ſupra de fundo inſtr. l. quæſitum. §. ſi domus.

Sed quod diximus. Supra eodem, circa principium.

Circa ſe habet. Vt Inſtitutio. de vſu & habit. §. ſi cui.

bus Marcial. Cum Saxetani fertur tibi cauda laçerti.

Vt eorum. Id eſt etiam in villis poſitorum.

Contineri. In penu legata.

Non facerent. In villis, vel agris.

Præbuit. Quintus Mutius.

Diceret. Seruius.

Contineri. Scilicet penu legata.

Significare. Cum dixit, qui opus in villis non facerent.

Sunt. Quo numero continentur, & qui in villis, non tamen operis cauſa ſunt: vt ſ de leg. 3. l. ſeruis vrbanis. Ro.

Cõtinebitur. Nã, & hoc per medium eſui, potuiq; comparatur.

Per quæ penus. Scilicet ſermõda, ſed melius dixiſſet pp quæ, aut pro quib⁹.

Vngentum. Vulgare eſt nomen medicinæ, nec cauſa vtendi parata: vt ĵ. l. proxi. §. ſi cui, & ĵ. l. non omne.

Ad logarium. Id eſt rationcinatiũ. a logos, quod eſt ſermo vel rõ: vt ſ. de admi. tut. l. quidam decedens. Acc.

De logario pulchrè Pius Ant. Bart. ĩ anno. ad leges c. 40. & Alc. l. 2. parerg. capit. 25.

Vaſa penuaria. Sine q̃bus penus non poteſt ſtare: vt in fi. huius l. & ſ. proxi.

In P. Fl. Sed & hordeũ ſiue familiæ, ſiue iumentorum gratia & Offilius ſcribit li. 16. actionum Ligna &c.

Supra fecimus in vino. Vbi parua, & vilia vaſa dicimus cõtineri vino legato, ſcilicet amphoræ, cadi: vt ſ. de vi. leg. l 3. §. 1. & l. vinũ. & l. vino. & idẽ hic in penu liquida. ſed in arida etiam vilia non debentur, vt ſubiicit.

Inſtruendæ. In his enim vaſis ſeruantur fructus, ad quod ſupra de fundo inſtructo, l. inſtrumenta.

Am quod Caſius in prin. continuatur caſui præce.

¶ Si cui. Titius legauit Scio ea, q̃ in promptuario ſunt, id eſt, in vſu quotidiano pro bibendo, & comedẽdo: certè nulla penus videtur legata niſi illa, ſed pone quod dictus Titius ſolitus fructus ſuos vendere, legauit dicto Scio penum. certe ea ſola videtur legaſſe, quæ ſeparabat ſibi pro penu. ſi aũt nõ ſeparabat, ſed promiſcuè vtebatur: tunc cedet dicto legato tantum, quantum ad annuum vſum eidem legãti ſufficeret, & familiæ eius, & cæterorum, qui circa eũ ſunt, quod quidem euenit in perſonis mercatorũ: qui cum eſt neceſſe, comedunt de rebus, quas habẽt venales, & etiam quoties cella, vini & olei, quæ vendi ſolebant, eſt relicta in hæreditate. nã hæres bene ſolet uti promiſcuè ijs, quæ in dicta cella ſunt. ſcias etiã quod in penu continentur res omnis generis: dum tamen pertineant ad eſum, vel potum. ¶ ſi ita legatur. Legani Titio penum meam, quæ eſt Romæ: quæritur, utrum ea penus legata videtur, quę eſt intra continentia ædificia urbis Romæ, an verò ea ſola quę eſt intra murũ Romæ: & dic q̃ etiam ea penus vr̃ legata, quæ eſt intra continentia ædificia nedum ea quæ eſt intra muros. Itẽ ſubaudi ſi eſt ſimul legata penus, quæ eſt in vrbe, ea ſola videtur legata, quæ eſt intra muros, & eſt ratio in vtroq; quia vrbem ferè omnes ſapientes dicunt finiri muro tenẽ⁹: Romam autem continentibus eodem modo ædificiis finiri dicunt omnes ferè ſapientes: & vltra prædicta dico tibi plus ſcilicet vrbem Romam continentibus eodem modo ædificiis finiri. ſi autem legauit eidẽ Titio penum vrbanam, tunc continetur plus in legato, quam ſi legaſſem penum, quæ eſt in vrbe. nam omne ſub penore contentum, quod vbiq; eſt videtur legatum, & ſi ſit in villa deſtinata vrbico vſui: ſicut vrbana miniſteria dicimus, quæ extra vrbem exiſtentia miniſtrare conſueuerunt in vrbe. Si autem extra urbẽ ſit penus, id eſt: extra muros urbis, ſi tamen Romæ eadem penus ſtiputa in continentibus ædificiis vrbis: idem erit dicẽdum quod eſt infra ſcilicet qã cõtineatur dicta penus in legato prædicto vrbanæ penus. Sed & ſi penus ſit in hortis iuxta urbi. qui quidem horti ſunt vltra dicta continentia ædificia: idem erit dicendum, ſcilicet vt dicta penus in hortis exiſtens contineatur in prædicto legato vrbanæ penus. & hoc vult dicere hic §.

P. F. Sextus autem Cæcilius.

P. Flor. non cõtinebũtur.

¶ Si cui penus. Legaui Titio penum meam præter vinum. certè excepto vino omnis penus legata videtur. Sed quid ſi ita legaui omnem penum meam lego. Titio præter vinum meum, quod eſt Romæ? certè ſola penus mea, quæ Romæ eſt videtur legata præter vinum, quod habebam Romæ: quia poſteriora verba reſtringunt priora. Viu.

a Rapit. Sic ff. de aqua plu arc. l. sed interdum.
b Non debentur. Vt ff. eo. l. cum concor.
c Vel ademptа. Sic vt ff. eo. d. l. & de fun. instru. l. si cul. & ff. tit. l. i. & 2.
d Quę in promptuario. Id est in promptu, vt quotidie vtantur. & sic alia non videntur legata. vel dicit in promptuario. cellario & sic dicta quę est extra cellarium non videtur legata. Vnde Pf. promptuaria eorū plent, erat tantia ex hoc in illud. Acc.

Pf. 143.

Án legato vino sint legata vasa sine quibus vinum esse non potest. Bart.

e Separabat. Facit de leg. 3. l. cum quæreretur. §. Iana. & de vsufru. leg. l. generaliter. §. vxori.

Omnibus generibus. Nā hic penus, & hæc penus, hoc penus, huius penoris, teste Prisc. vel dic omnis generis res continentur in penu, si modo aptæ sint esui, & potui.

Continentibus. Ad litteras: vt ff. de verbo. sign. l. 2. & facit ff. ti. 1. l. quemadmodum. & §. de lega. 1. huiusmodi, & §. de legat. 3. l. seruis vrbanis. & l. cui quę. & l. quæro. & supra, de fund. instr. l. cum quidam. & l. quæsitum. §. si quis. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. & l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia. in prin.

f Quæ ubique. Idem ergo dico, & si legaui eam, quæ Romæ sit, scilicet vt videatur legare omnem.

Ista gl. vt cōtra istū text. quia si lego ea, quæ sunt Romæ, significatur locus, ut ea tātum, quæ sunt Romæ veniant: sed si lego penum vrbanam, videor significare qualitatem, ut omnis, quę ubicunque est, veneat. si tamen sit urbico vsui destinata, ut hic, & ff. ti. 1. l. antep. Bart.

Sola penus. In ambiguis. n. quod minus est, videt legare vt ff. de regul. iur. l. semper in obscuris. ar. contra. in eo. tit. & in testamentis. nā relatiuum quod, potest referri ad vinum, & ad penum. cum sit neutri generis: vt ff. §. nomen. Item no. præcedētia restringi per sequentia. vt ff. de leg. 3. l. quæritur. §. 1. & 2. ibi ea est &c. & est sic contra, ff. de tritico & oleo lega. l. ii. §. fi. & de leg. 3. l. hæres §. 1. & facit ff. de aur. & arg. leg. l. Plautius.

pit secū in accessionis locum id, sine quo esse non potest.) Vasa aūt, accessio legatæ penus, non legata sunt. Deniq; penu consumpta, vasa non debentur. Sed & si penus cum vasis specialiter sit legata, vasa non debebantur, vel consumpta penu, vel adempta. Si cuiquæ in promptuario sunt legata fuerint: nō omnis penus legata est.

Penoris legatum venalia non comprehendit, & si promiscuè vtebatur, tunc ad vsum annuum venalia continet. Bartolus.

Item si quis solitus fructus suos vendere, penū legauerit: nō omnia, quæ & promercij causa habuit, legasse videtur, sed ea sola, quæ in penu sibi separabat. Quòd si promiscuè vti solebat, tunc quantum ad annuum vsum ei sufficeret, familiæq; eius, cæterorumq; qui circa eū sunt, legato cedet. quod ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorū: aut quoties cella est olei, & vini, quæ venire solebant in hæreditate relicta. Nomē autem penus, mihi traditum est omnibus generibus dictum.

Vrbis, seu ciuitatis appellatio muris finitur, Romæ, & Perusiæ, & similia continentibus ædificijs & hac adiectio vrbana, magis qualitatem, quàm locum significat. Bar.

Si ita legetur, Penus quæ Romæ sit: vtrū quæ est intra continentia, legata videtur: an verò ea sola quæ intra murum? Et quidē vrbes ferè omnes muro tenus finiri, Romā continentibus, & vrbem Romam æquè continentibus. Quod si vrbana penus sit legata: omnem quæ vbiq; est, legatam videri Labeo ait, etiā si in villa sit vrbico vsui destinata: sicuti vrbica ministeria dicimus, & quæ extra vrbem nobis ministrare consuuerunt. Si autem extra vrbem, Romæ tamen sit: sed & si in hortis sit vrbi iunctis idē erit dicendum.

Si cui penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur excepto vino. Sed si ita scriptū sit, omnem penum præter vinum, quod Romæ erit: sola penus, quæ Romæ est, legata videtur. & ita Pomponius lib. vj. D. gest. ad Sabinum scribit.

V.

Omne, quod bibitur, in penu habetur. alioquin necesse erit vt & omnia medicamenta, quę biberentur, continerētur. Itaque ea demum penoris esse, quæ alendi causa biberentur. quo in numero antidotum non est. & sane verum Cassius sensit. Sed quod quidam negauerunt, piper, & ligusticum, & carreū, & laser, & cætera huiusmodi in penu non esse, improbatum est.

VI.

Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa cocinatoria penu non continentur.

Vide in hūc locū Pet. Crin. li. de honestis. ca. 9. & ff. de verb. sign. l. 2.

P. F. verè.

De ligustic. apud Pli. lib. xx. cap. 15. & apud Dioscor. extra ductione Herm. ca. 443. De carreo apud Plin. lib. 19. c. 8. & apud Her. scor. ad Dioscor. ca. 491. de laser apud Pli. lib. 19. c. 3 & Her. scor. c. 510.

Cocinatoria. ut ff. de auro, & arg. leg. l. cum autem. §. si cui. q. d. conquinatoria, nā & cocus, & coquus, pro eodem scribitur, nisi malis coquinaria legere, qd Haloāndro placuit.

Id est, deputata ad coquendum: ut infra, de auro, & argento legato, lege & si non sint. §. cui. & de aliis vasis dic, ut supra eodem, l. tertia. §. vasa.

Penum. Ita dixit testator. Penum omnē meam ad matrem meā pertinere volo, & ad liberos meos, qui sunt cū dicta mea matre: & instituit sibi hæredem filium tuum impuberem, & dedit ei tutorē Seium, & decessit, & reperitur nunc, quod testator habebat penū in cœnaculo, & etiam in horreis. dicebat tutor, quod nolebat legatariis dari, nisi penum, qua erat in cœnaculo. respond. tamen quod quicquid penoris vsus causa habuisset testator in quocunq; loco, debetur legatariis Viu.

In P. F. liberosq; meos.

Pupilli. Filii testatoris.

Amphoræ. Id est vasa, de quibus dic vt ff. eod. l. 4. §. vasa. Acc.

Habuisset. Scilicet testator.

VII.

Penum meam omnem ad matrem, liberosq; meos, qui cum matre sunt, pertinere volo. Quæro, si tutores pupilli eā solūmodo penum deberi, quæ in cœnaculo sit, dicant, sint autem & in horreis amphoræ, an hæ quoq; debeantur? Respondi: quicquid penoris vsus causa vbicunque habuisset, deberi.

Vpellex. In hac l. df. qđ est supellex. & certè supellex est domestici instrumenta patrisfa. qđ ipse paterfamil nō adnumerat argēto, uel auro facto, vel vesti, id est, res mobiles paratæ ad quotidianum vsum patrisfamiliās sunt supellex: non autē sunt in supellectili animalia, supellectili ergo legata continentur mensæ, & trapezophora, id est, statuæ mensas pocalorum sustinentes, & omnia illa vasa, quæ continentur vsque ad versic. præterea, &c. capsæ autem, & armaria non continentur. & est plana rō in litera. Sed nunquid sunt in supellectili vasa vitrea, escaria, & potoria? Et dicitur quod sic: sicut continentur vasa fictilia. i. de terra. nec solum continentur in supellectili vasa vitrea. & fictilia, quæ sunt vulgaria. i. parui pretij, sed ēt illa, quę sunt in magno pretio & est rō quia pelues, & aquiminaria, & mensæ, & lecti argentei, vel argentati sunt in supellectili, si paterfa. habeat in supellectili. Sed an vasa murrhina, & cristallina continentur? Et videtur quod non: quia sunt maximi pretij, & pertinent ad vsum maximorum hominum? Respond. tñ, quòd continentur: nam rō interest cuius materiæ sunt res, quas paterf. habet in supellectili: quia omnes continētur. Antequam autem homines sęculi vterentur supellectili argentea, vel alterius magni pretij, sicut iā fit, non continebantur in supellectili vasa prædicta p̄tiosa, sed cum hodie homines quantū ad hoc imperiti vtantur supellectili argentea, & aliter pretiosa: si cāde labrum, vel aliud argenteum sit vas a patrefa. relatum in argento, quod erat in sua supellectili, videtur dictū vas esse argenti, scilicet quod erat in supellectili: & ita in supellectili. & sic tūc error, id est, stultitia prædicto-

hanc definitionem pulchrè Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 1. c. 19.

I.

Vpellex est domesticū patrisfamiliās instrumentū, quod neque argento, aurove facto vel vesti adnumeratur.

rum hominem imperitorum facit ius quantū ad hoc. Item significatione instrumenti domestici patrisf. de quo dicitur in l. 1. & sic significatione supellectilis, solent adnumerari rhedæ i. currus leuiores, & etiā sedularia. Quæri autem solet de tapetis, quibus insterni solent subsellia, & cathedralia patrisfamiliarū sint in vestę, & sic non in supellectili, vt in l. 1. sicut est straguia. i. vestimentum quod asternitur, vt ibi superius quis iaceat: aut sint dicta tapeta in supellectili sicut thoralia. i. cortinæ quæ ponūtur supra thorum siue lectum patrisfamil. Et respond. quod dicta tapeta sunt in supellectili tapeta autem quibus patrefamili. imo sed in via, non sunt in supellectili, sed continentur appellatione instrumē ti viatorij: sicut nō sunt in supellectili pelles, quib. inuoluuntur vestimenta patrisfam. cùm equitat extra domum, & sicut non sunt in supellectili lora. i. funes quibus dicta pelles solent constringi. pater enim famil. equitare volens inuoluebat vestimenta sua in pellibus, & postea cum funibus ligabat & stringebat pelles. & vt generaliter tibi dicā, hæres sunt supellectilis, quæ

II.

Dest, res mobiles, non animales.

III.

Vpellectile legata hęc continentur, mensæ, trapezophora, Delphica, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralibus, mappæ villosæ, aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullę: item vasa ænea vulgaria, id est, quæ non proprio essent loco attributa, præterea capsæ, armaria. Sed sunt qui rectè putant, capsas, & armaria (si librorum, aut vestium, aut armorū gratia parata sint) non esse in supellectile, quia ne eæ qdē ipsæ res, quibus attributæ essent, supellectilis instrumento cederēt. Vitrea, escaria, & potoria in supellectile sunt, sicut fictilia nec

Ad intellectū subiecti sequentiū vide quæ scribit Aulex. ab Alexā. gen. dier. lib. 1. cap. xix.

De trapezophoro pulcrè Cæl. Rhodig. lib. le tio. antiq. iiij. cap. 12. de Delphica mensa (q̄ errīpos) nonniāl apud Val. Max. lib. 4. tit. 1. & apud Pli. li. 34. ca. 3. lectos vero hic tripedinarios, seu discubitorios intelligo. De mappa autē villosa vide Nebrissi. in lexi. suo iuciui. in dictiōe mappa: aut si malis, sub & vt generaliter tibi dicā, hæres sunt supellectilis, quæ ad vsum communem, siue quotidianum vsum patrisfam paratæ sunt, & quæ non habent separatim nomē sui generis. undelea, quæ pertinent ad aliquod genus artificij, & non sunt accommodata ad communem vsum quotidianum patrisfamiliās nō sunt supellectilis. sed & pugillares. & codices rationū testatoris non sunt in supellectili. & hoc dicit cum quatuor legib. sequen. Viu.

Patrisfamiliās. Non fundit vt ff. de fun. instr. l. quæsitum. §. supellex. & §. sed si fundus.

Aurove. Auri numero continetur, quod paterfamiliās habet, & reponit inter aurea, velut thesaurū & sic de aliis, non ergo quod in cincturis, vel zonis est, auri numero continetur: vt ff. de au. & arg. leg. l. & si non sint in prin. & §. 1. & l. scribit & ff. el. l. 3. §. vitrea.

Adnumeratur. a patrefamiliās. & tub. quod nec pecuniā, vel ornamentis, nec alii etiam vsui, vel speciei alteri: vt ff. eo. l. Labeo. sed tunc est contra huic l. C. de administratore tuto l. lex quæ. §. ante omnia. sed ibi impropriè dicit cætera supellectilia. vel ibi non erant in thesauro, vel viu: & continua legem sequentem.

Vpellectile.

Vitrea. vasa facit ff. de aur. & arg. leg. l. cum aurū. §. fin. & l. si non sint.

a Eximium. Quia magnates tantum vtuntur.
b Et pretium. Scilicet magnum.
Non esse in supellectili. Contra, ℨ ea. l. vitrea. Sol. distingue tempora, & concordabis scripturas: quia hic de tempore ante hanc l. ibi de futuro: vt ℨ. l. prox.

Seueritatem. i. vsum, q̃ est severus, & rigidus: & contra fauorem legatorũ: quia legata supellectili non cederent argentea. Acc.

Imperatorum vsum. Vtebantur Imperatores: vt si vas argẽteum relatum, id est, annumeratũ sit argẽto: tunc numero argenti, nõ supellectilis continetur, vt supra eodem l. j. & hic ergo si numero non est argẽti, continetur appellatiõe supellectilis: & sic error principis facit ius, vt supellectilis appellatione cõtineatur argentum. quod tamẽ est verum, ℨm quod dicitur infra eodẽ, l. Labeo. vt sic legata supellectili candelabrum argenteũ cedat. Sed quo solius principis error facit ius? Respondet quia & alij debent sequi, quod ipse facit, argumen. C. de epis. aud. l. 3. & sic communis error hic facit ius, sic & ℨ. de offi. præt. l. Barbarius. Itẽ quomodo princeps erat in iure, cum omnia sint in eius pectore: vt C. de testa. l. omnium. & ab eo nascuntur: vt C. vnde vi, l. meminerũt? Respon. non est veritimile eum errare, potest tamen, & facit ℨ. ad Trebel. l. seruo inuito §. cum prætor. Sed ar. contra supra de legi. & senatusconsul. l. qã nõ rõne. & infra de vsucap. l. vbi lex. & supra de iurisdict. omn. iud. l. si per errorem. & infra de auro, & ar. leg. lege, ornamentorum.

In P. F. Fluius. Haloand. scripsit ℨm Cascellise ueritatẽ: sed magis placet nostra hæc lectio.

In P. Fl. ppter vsũ imperitorũ. quod magis placet, quam quod hic legitur.

In P. F. hoc caput sic incipit Rhedæ, & sedularia. porro quæ præcedũt adiectasũt in textu ex ipsi' capitis scripsione.

Sedularia hic putem dicte dilia, quæ rhedis imponebant vt molli' gestarẽtur vectores, a sedendo, '. An. Au. li. 1. Emend. cap. 4. quẽ admodũ, & sedulus teste Seporino à sedeo deducit, & sella dicta est, quasi sedat.

Et, non est in P. Fl.

Nstrumẽti. Rhedæ, id est, rotæ plaustri fortè, ut Inst. de re. diui. §. fi.

E tapetis quæri potest. Hic accipe quibus sci'icet tapetis subsellia &c. Et sic not. tapeta esse in supellectili, quibus in domò vtimur, nõ in via, vt subiicit de tapetis &c.

Vehicula. Quibus vehitur paterfamiliàs.
Sicut pelles. Scilicet non sunt in supellectili. & facit ℨ de aur. & argen. leg. l. argento. in prin.
Vpellectilis. Hucusque, & inf. l prox. §. j. dicitur de quotidianis.

solum vulgaria, sed etiam quę pretio magno sunt. Nam & pelues argenteas, & aquiminaria argẽtea, & mensas, & lectos inargẽtatos, vel inauratos, at que gemmatos in supellectili esse non dubitatur, vsq; adeò, vt idẽ iuris sit, & si tota argentea, vel aurea sint. De murrhinis, & chrystallinis dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili propter eximium vsum, & pretium, Sed & de his idem dicendum est. Nec interest, cuius materię sint res, quæ sunt in supellectili. Sed craterem argenteũ non esse in supellectili, nec vllum vas argenteũ, secundum ſęculi seueritatem nondum admittentis supellectilem argẽteam. Hodie propter Imperatorum vsum; si in argento relatum sit cãdelabrum argenteum, argenti esse videtur, & error ius facit.

IIII.

Nstrumenti significatione rhedæ & sedularia supellectili a numerari solent.

V.

Etapetis q̃ri potest, quibus subsellia, & cathedralia insterni solent, vtrum in veste sint, sicut stragula, an in supellectili; sicut toralia, quæ propriè stragulorum non sunt? Et hoc magis placuit, ea supelle ctile contineri. De tapetis autem, vel linteis, quibus insternuntur vehicula, dubitari potest, an sint in supellectile. Sed dicendum est potius instrumenti viatorij ea esse: sicut pelles, quib. inuoluuntur vestimenta: lora quoque, quibus hæ pelles constringi solent.

VI.

Vpellectilis eas esse res puto, quæ ad vsũ communem patrisfamilias paratæ essent, quę nomen sui generis separatim nõ haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod pertinerent, neque ad cõmunem vsum patrisfamilias adcommodatæ essent, supellectilis non esse. Sed nec pugillares, & codices in supellectile sunt.

Instrumenta domestica ad vsum patrisfamilias deputata supellectilis legatum comprehendit ex propria significatione vocabuli: & ea quę post sunt ex diuersis generibus contineri, ex vsu testantis complectuntur legato, sed in ijs, quæ constat aliam speciem continere, testantis non inspicitur. Bartolus.

VII.

Abeo ait, originem fuisse supellectilis,

Ad vsum. Scilicet quotidianum. Accursius.

Sui generis. Hic dic: vt ℨ. l prox. §. j. Accur.

Pugillares. De cera, in quibus scribebantur nomina debitorum: vt supra cõmo. l. in cõmoda to. §. igitur. Acc.

Abeo ait.

In hac lege multi iurisconsulti loquuntur sup supellectili: & quidem Labeo primo loquitur super origine supellectilis dicens ideo fuisse originem supellectilis: quia olim ijs, qui in legationem ciuitatum suarum proficiscerentur, solebat alii locare ea, quæ forent vsui sub pellibus. Tubero autem dicit secundo quid est supellex, dicens quod supellex est quodlibet instrumẽtum patrisfamil. rerum ad quotidianum vsum paratarum, quod instrumentum non caderet in aliam speciẽ, id est, non computaretur ab ipso paterfamil. cadit autem in aliam speciẽ ea quæ sunt i penu, & in argento, & in veste, & in ornamẽto, & in instrumento agri, aut domus: & ideo prædicta non cõtinentur in supellectili. Diceret aliquis quomodo dicis tu, q̃d argentũ non est in supellectili: nonne contrarium dicitur sup eod. l. 3. in fi. scilicet quod cõtinetur? Certè sic. Dicit Tubero, illud non obstat: q̃a dicta lex 3. in fi. loquitur secundum iura, & cõsuetudinem nouã: hæc autem loquitur ℨm veterem: moribus enim ciuitatis, & vsu rerũ appellatio supellectilis est mutata. nã antiqui vtebãtur supellectili netili, & lignea, & vitrea & ærea: nunc autem, id est, secundũ nouam consuetudinem nominum vtimur supellectili ex ebore, atq; testudine, & ex argẽto, & auro, & gẽmis. quare secundum dictam nouam consuetudinẽ oportet intueri potius speciem rerum, quæ dicuntur esse in supellectili, quam materiam ex qua sunt ſpecificatę dictæ res. ex quacunque enim materia nãc sunt, continẽtur appellatione supellectilis, dum tamen paterfa. numeret eas in sua supellectili.

Hoc tamen vltimum dictum Tuberonis Seruius distinguit hoc modo, s. vt aspici debeat sententia patrisfa. qui legauerat supellectilem, in qua ratione ea solitus sit referre, de quibus põt dubitari, an sint potius supellectilis, an argenti, an vestis, scilicet vt si sit solitus referre in supellectili, sint supellectilis: si autem in aliam rationem sit solitus ea referre, non sint in supellectili. si autem paterfa. solitus fuit adscribere supellectili ea, de quib. nõ dubitaretur, quin essent in alio genere quam in supellectili, puta argentum escarium, aut penulas, id est, viles vestes: aut togas, i. longas, & pretiosas vestes, non idcirco oportere existimare ea etiam contineri in legato supellectilis: non enim fatetur dictus Seruius nomina rerum exaudiri debere ex opinionibus singulorum: sed ex cõmuni vsu. Tubero aũt ait sibi non liquere, nec placere id quod placuit dicto Seruio: imò dicit, & etiam ea cõtinentur in legato supellectilis de quib. non dubitaretur, quin essent in alio genere, quã supellectilis, si paterfa. erat solitus adscribere supellectili, & reddit Tubero talem rationem: quia nomina rerũ non sunt nisi vt moltrent voluntatem dicentis pater autem fam. dicebat esse in sua supellectili escarium argentũ, & penulas, & togas de quib. non dubitatur, quin sint in alio genere: ergo voluntas sua videtur esse vt in supellectili sint, si est sua voluntas, ergo cõtinentur in supellectili. & certè dicit idẽ Tubero, nõ arbitror quenquam patremfa. dicere quod non sentiat, cũ dicit aliquas suas res esse in supellectili, & specialiter, q̃n est vsus eo nole, quo solet appellari id, de quo quæritur, vtrum contineatur apellatione supellectilis. vtimur enim ministerio vocis, dicit dictus Tubero. nemo aũt existimandus est dixisse, quod non agitauerit mente, dicit idem Tubero. & subaudi ℨm eundem Tuberonẽ, ergo dicit' paterfa. qui nominauit in supellectili ẽt ea, de quibus nõ dubitabatur, quin essent in alio genere, quam supellectili, videtur in mente agitasse vt prædicta sint in supellectili. si videtur voluisse vt prædicta sint in supellectili: ergo ℨm eundem Tuberonem sunt in supellectili. Celsus autem conditor huius legis reprobata sententia Tuberonis reuertitur ad sententiam Seruij supradicti curialiter Tuberonẽ reprehendens, & dicens: quamuis multum me moueat ratio, & autoritas Tuberonis: non tamen dissentio à Seruio dicente non videri quenquã dixisse id, cuius nõ suo nomine vsus sit. quod quidẽ dixit Seruius quòd olim ij, qui in legationem proficerentur locari solerent, quæ sub pellibus vsui forent. Tubero hoc modo demõstrare supellectilem tẽtat, instrumentum quoddam patrisfamiliàs rerum ad quotidianum vsum paratum, quod in aliam speciem non caderet: vt (verbi gratia) penum, argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agri, aut domus. Nec mirum est, moribus ciuitatis, & vsu rerum appellationem eius mutatam esse. nam fictili, aut lignea; aut vitrea, aut ærea denique supellectili vtebantur. nunc ex ebore atque testudine & argento, iam ex auro etiam atque gemmis supelle-

Vid hic Alc. lib. di spũc. j. c. v.

P. Fl. patatarum.

ctili vtuntur. Quare speciem potius rerum, quam materiam intueri oportet. (Sed de ijs quidem, de quibus dubitari potest, supellectilis potius, an argenti, an vestis sint. Seruij fatetur eius sententiam, qui legauit, aspici oportere, in quã rationem ea solitus sit referre. Verum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent, vt puta escarij argentũ, aut penulas & togas supelle ctilis quis adscribere solitus sit: non idcirco existimari oportere supellectili legata, ea quoque contineri. Non enim ex opinionibus singulorũ, sed ex cõmuni vsu nomina exaudi in verficulo, verũ si ea &c. nam quamuis prior, & potior sit mẽs, patrisfa. id est qui legauit supellectilem, quam vox ipsius patrisfamiliæ centis, ficut & Tubero dicebat: tamen nemo existimatur dixisse sine voce. ergo non solum in mente dicentis est vis, sed etiã in voce eiusdem. ergo si in voce sua annumeret in supellectili ea de quib' nõ dubitatur, quin sint in alio genere quã supellectilis, nõ continentur in supellectili: quamuis gerat hoc ipse in mẽte, vt dixit Seru. quamuis autem dixerim ego Celsus conditor huius l. neminẽ sine voce dicere, tamen existimo dicere eos qui loqui non possunt, & hoc per conatum, & sonum quendam. Viui.

Hęc, q̃ parẽthesi, inclusa sũt desunt in P. Fl.

Verbi gratia penũ. Quasi diceret, penus, & quæ sequũtur cadunt in speciẽ certam. & sic non suo in supellectili. licet sint in vsu quotidiano. cum ergo omnia esculenta, & poculenta sint in penu: vt ℨ. tit. l. l. iii. in princip. similiter & ea quæ continentur nomine eorum, quę hic sequuntur:

vt & ℨ. eo. l. 1. & ℨ. l. proxi. Accur.

Nec mirum. Tacitę obiectioni respondet.

Mutatam. Scilicet ab eo quod ab initio fuit, vnde versus. Multa renascentur quæ iam cecidere, cadentq; Quę nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus Quẽ penes arbitrium vis est, & norma loquendi; & facit ℨ. de legi. & senatusc. l. de quibus. in fi. Horatius.

Nunc. Ex sequenti tempore.

Vtuntur. Vt & ℨ. e. l. 4. §. vitrea, & § fi.

Dubitari. Tali dubitatione non ex generis qualitate tantum, de quo quæritur, sed ex eius vsu pendẽte. Ro puta de escario: vt ℨ. de auro & argento leg. l. si nõ. §. si cui escarium.

An argenti. Quæ argenti numero sint, dic: vt ℨ. de auro, & arg. leg. l. cum aurũ. & l. Quintus. §. pe. & §. fin. & l. etsi non sint. in prin. & §. 1. & §. 2.

Vt puta escarium. De hoc dubitari potest in argenti numero sit, vel non: vt ℨ. de auro & arge. leg. l. & si nõ sint. §. lectum & §. si cui escariũ. supellectilis: ergo numero constat non contineri: vt ℨ. e. l. 1. Azo. nisi probetur testatorem contra sensisse: vt ℨ. l. prox.

Penulas. Vilis vestis: sed toga longa, & pretiosa.

Ea quoque. Scilicet omnia, sed argentum escarium contineri poterit, si id testatorem sensisse constiterit: vt ℨ. l. prox. & ℨ. dixi. H.

Opinionibus. Not. sic ℨ de acq. hæred. l. cum quidã. §. quod dicitur. in medio l. H.

Trasferebatur. Sic ergo fit translatio cū suo onere: vt & habetur C. de cad. tol. l. unica §. pro secundo. & §. his itaque. & §. de leg. 1. l. licet. & §. de viuf. leg. l. si ab eo. Et arg §. de condi. inst. l. quæ sub conditione. & facit j. de adi. lega. l. sicut. & l. sequenti, & l. nihil prohibet. Sed arg. contra. infra. de adi. leg. l. si tibi certam.

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod ibi legatum fuit translatum in eundem, hic in alium.

Basiliæ. Sub. refer ipsi ea quæ sequuntur.

Perpetuo. Nisi gratia eius cum quo morari debeāt, hoc fuerit scriptum: vt j. de condi. & demon. l. illis libertis in fi. & dic contra. vt no. C. de leg. l. 1. Acc.

Consultus. Mutat quæstionem super idem thema.

Grauiorem. Quia nimis grauabat hæres eos in seruitijs. Acc.

Negauit. Hæres.

Seruitutis. Id est, nisi seruiant.

Deberi. Nec enim ipso, vel superiori casu videtur stare per libertos ad quod est §. de condi insti. l. quæ sub conditione. §. pen. & de le. 3. l. qui concubinam. §. vxori. & de regulis iuris. l. iure ciuili. & supra, de ann. leg. l. Seiæ. in princip. & l. Mæuia in prin. & l. annua. in pri. & j. de condi. & demon. l. 8. & §. de le. 2. l. Titia. § fi ea. & j. eo. l. libertis. §. fin.

Ela ait. Titius legauit alimenta puero vel puellæ, quæritur vsq; ad quod tēpus debeantur eis alimenta? & dixit Mela deberi vsque ad pubertatē, & malè, nā debentur, donec testator voluit deberi. si aūt nō apparet voluntas eius, debētur p totum tēpus vitæ alimentari. si autem vsq; ad pubertatem reliquit eis testator alimenta: aientur pueri vsque ad 18. annos: puellę autem vsque ad 14. & hoc pietatis intuitu, & al mentorum fauore. Nam & alibi generaliter defiuitur pubertas scilicet in masculo vsque ad 14. annos: & in fœmina vsque ad 12. Sed quid si legauit dictus testator dicto puero, vel puellæ alimenta, quæ ei viuus præstabat? Certè ea demū alimenta præstabūtur eis, quæ mortis sui testatoris tempore erat eis solitus præstare, siue minus pstabat tēpore mortis quàm alio tempore, siue plus.

¶ Quidam libertis. Titius, qui erat de Africa, vel de Ægypto, in quibus terris vendūtur aqua: instituit sibi hæredem Seium, & libertis sui testatoris reliquit alimenta & aquam eis necessariam: & decessit idem Titius, nunc quæritur vtrum fideicom. aquæ valeat, vel non? Et certe quia emolumentū continet in se dictū aquæ fideicom. co ip est reliquum in terra, vbi vēditur aqua. respon illud valere, & hoc siue testator habebat cisternam, siue non. & tūc quando nō habebat cisternā, cōtinetur in fideicom. quanti liberti essent aquā cōparaturi, si non esset eis legata. Dicerent aliquis quo valet fideic. aquæ, cū testator habebat cisternā in fundo suo pone: Certè nō videtur valuisse. quia videt relicta seruitus prædialis ex fundo, i quo erat cisterna, et q non habebat prędium ibi iuxta. posito quod fideicōmissarius non habebat prędiū quo quidē casu nō valet: vt §. cōmunia prad. l. j. in fi. ted certè respon. non est inutilē propter hoc fideicom. aquæ: quia dicta aqua relinquitur personæ fideicommillarij, & ita non est prędia lis seruitus, nec etiam personalis hoc casu cū relinquitur propter personā fideic. & non propter prędū fidei com. sed ei quoddam ius, quo debetur fideicō. actione ex testamento, vt in fi. Si aūt diceres eam esse prędij seruitutem, non valeret: cum nō habenti vicinum prædium nō posset legari. & merito non valeret tunc, quia

quia quamuis seruitus hausus aq̃ est seruitus personæ, id est, prædialis, quę cum persona finitur cum hoc actum est, vt ad hæredē nō tranſeat, ſicut & ſeruitus pecoris ad aquam appulſus: tamen ei, qui vicinum nō habet prædiis inutiliter relinquitur, ſi vt ſeruitus realis, vel perſonalis ei relinquit: nam neutra eſt, vt dixi. & idem dico in ſeruitute geſtandi, id eſt pertrahendi aliquid in fundo teſtatoris: & in ſeruitute premēdi vuas in agro teſtatoris: & in ſeruitute vrendi area teſtatoris ad exprimēda fruméta, & cætera legumina. nam ſi prædiales ſeruitutes legentur ei, qui non habet ibi tuxta prædium, & non valent cum non ſint eo caſu prædiales ſeruitutes, nec etiā perſonales, imo quod dam ius debitum fideicōmiſſario actione ex teſtamento.

Et ſic vſque ad illud, ga finis lecta tur. de hoc an initium; an finis ſpectet, vide bonā gl. ſ c dudū. ſu p verbo, tēpora. de elect.

In hūc locū vide Cyriacum Kop. lect. antiq. lib. x. c. xxi. & Iacob. Mā dot. de Æ tamin. c. x. de Adoptiō. nu. 7+

a Ad pubertatem. Si ſenſit de duodecim, & quatuordecim annis, peſſime dixit. ſi ſenſit de xvij. an. male dixit: qa vſq; ad mortē vt ſtatim corrigit. Acc.

b Vitæ ſuæ. Nam cum vita finitur. vt ſ. de tranſact. l. cum hi. §. conſtat. & ĵ. ad leg. Falcidiam. l. hæreditatum & ſic largè fit interpretatio: vt ĵ. de reg. iur. l. in teſtamenti.

c Dudū. Id eſt, ante hanc legem. nam per hāc legē, vſque ad mortem.

d Cōſtituiſſe. Prædicto catu quando vſq; ad pubertatem fuit relictum.

e Non ſic. Ad xviij. annos: ſed ad xij. vel xiij. vt Inſtit. quib. mo. tu. fi. §. ij. & iij. hic ergo eſt ſpeciale fauore alimentorum. & ſic aliàs ſ. de adop. l. arrogato. §. non tantum. quandoque pro xvij. vt de poſtul. l. i. §. puertiam. Acc.

In ſola. Et alio caſu, vt modo no. & facit ĵ. de verbo. ſigni. l. pueri.

Nouiſſima. Sic habeē C. ne de ſta. defun. l. ſi mater. & no. tēpus mortis inſpici. ſic ſ. de fun. in ſtr. & inſtru. le. l. ſi mācipia. in prin. ſed videē tēpus teſtamēti: vt ĵ. de lib. le. l. Aurelius. §. teſtamēto. & l. ſi. §. ſi. & ĵ. ti. j. l. ſi ita & l. medico. & ſ. de le. 3. l. vir vxori in pri. & §. i. & l. vxorē. §. teſtamento. Sol. ſecūdū R. in alimētis prout minuit, vel auget præſtationē, ſic & voluntatē alterare videtur ſed cum debitori liberationem legat, & de no uo aliud debere incipiat: ſeparatū eſt quod additur, & ſic eſt in ſimilibus. Vel dic quod in qualibet earū apparet ratio. quia tēpus teſtamenti inſpicitur. Itē cōtra ſ. de leg. 3 nomen. §. ſi ſio. Sol. vt ibi. Item facit cōtra. ſ. de ann. leg. l. Seio. §. j. & §. ſi. & ſ. de leg. j. l. ſi mihi. & tibi. §. in legatis. & ĵ. de re iud. l. in iudicati & de adim. le. l. tranſlatio. & l. leg. & ĵ. de lec. tab. l. j. §. non autem

Per fideicommiſſum. Scilicet aquæ.

Res. Id eſt, hæc quæſtio.

Agi. Id eſt, tractari. Acc.

Ciſternas. Poſſet ſaltem perſonalis ſeruitus eſſe ſecundum. R.

Prædij. Id eſt, prædiali. Acc.

Non poſſeſſori. Id eſt, domino: vt ſ. commu. prædi. l. i.

Relicta. Hic accipe quod eſt in fin. hoc enim &c. ſi autē diceres & prædij ſeruitutē, non valeret, cū nō habēti vicinū prædium non poſſit legari, & merito. nam &c.

Perſonæ. Scilicet aliquando vt cū relinquit habēti prædium. ſed hoc adeo vt ad hæredem non tranſeat, quo caſu eſt ſeruitus perſonalis ſecundum R. vt hic. q̃ Io. nō placet: imo realis, ſed hęres legatarij exceptiōe repellitur, quod patet, quia vēdicatur, ſcilicet per cōfeſſoriam, vt ſ. de ſeru. rusti. prædi. l. pecoris. & l. ſe ĵ. & hic expone ſeruitutē perſonæ, id eſt, prædialē, quæ finitur cum perſona quando hoc actum eſt, vt dixi. & ſic nō eſt, cōtra l. illam pecoris. Itē qſ dicit ius hauriēdi eſt ſe plonale, imo realē: vt ſ. de ſer ruſt. prædi l. ſi mihi. §. fin.

Res pro quæſtione, cauſa. Scite. M. ādo. i Gl Fa. §. Actam, in ver. teō° col. 2.

tur, minus præſtabat, plus mortis tempore, vel contra? adhuc erit dicēdum, eam præſtationem ſequiēdam, quæ nouiſſima fuit.

Qui relinquit aquam, videtur relinquere pretium aquæ: & tale legatum non continet ſeruitutem ſed debitum perſonæ. Bar.

Quidam libertis ſuis, vt alimēta, ita aquā quoque per fideicōmiſſum reliquerat. Conſulebar de fideicommiſſo, cū in regione Africæ, vel fortè Ægypti ea res agi ꝓponeretur, vbi aqua venalis eſt. dicebā igit eſſe emolumētū fideicōmiſſi, ſiue quis habens ciſternas id reliquerit, ſiue non: vt ſit in fideicōmiſſo, quanto qs ſibi eſſet aquā cōparaturus: nec videri inutile eſſe fideicōmiſſum, quaſi ſeruitute prædij non poſſeſſori vicinæ poſſeſſionis relicta. Nam & ſi hauſtus aquæ, ut pecoris ad aquam appulſus, eſt ſeruitus perſonæ: tamē ei qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur. In eadem cauſa erūt ſeruitutes geſtandi, vel in tuo vuas premendi, vel area

Si, ñ eſt in P. Fl.

Io. Lon gouall. in comē. ad l. imperū. ff. de iuri. om iu. ita legit, eſt ſeruit' p ſe: non tamē ei &c.

Seruitutes, nō eſt in P. F.

ſed die vt mo Io. no. quādo ſcilicet ita fuit dictum. at, cum non habenti prędium re inquitur, non eſt realis, vt ſubiicit, ſed perſonalis ſi hoc velit relinquens, vel conſtituens ſecundum R. o. vt ſ. de ſeruit. ruſt prę l. Lucius. & ſecūdum hoc per confeſſoriam peteretur: ſed Io. dicit nec perſonalem eſſe: vt ſ. de ſer. l. vt pomum, ſed quoddā ius quod actioni perſonali ex teſtamēto vel pacto debeē ſicut ſi decē mihi ſtipuler. vt no. d. l. pecori. & facit ſ. de vſu, & hab. l. vſus aquę, & ſ. eo. l. i.

Inutiliter. vt ſit ſeruitus realis: ſed perſonalis ſecūdum R. tu dic vt ſit ſeruitus realis, vel perſonalis. nā neutrum eſt: vt ſ. dixi.

Erūt. Scilicet ſeruitutes, vel iura ſcilicet, vt ſint perſonales ſeruitutes, ſecundū R. vel vt nō ſint reales, vel perſonales

perſonales, ſed quoddam ius: vt d. l. vt pomum.

Filio hęrede. Inſtituit ſibi Titius ſuū filium Caium hērdē: & poſtea fecit codicillos. & in eis reliquit Seiæ decē, & alumno ſuo reliquit dicē Titio quadraginta his verbis: Mæuio infanti alumno meo quadragita dari volo, & peto a te prædicta Scia, ut ſuſcipias dicta 40. apud te, & vt præſtes eidem Mæuio alūno vſuras quincunces vſq; in annum 25. ætatis eius, & ut eundem Męuium ſuſcipias, & tuearis, & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & poſtea dicta Seia recepit dictum ſuū legatum de decem à filio teſtatoris hærede. nunc idem hær. vult dare ei Seiæ dicta 40. ut ipſa faciat ea quę iuſſit teſtator, & ipſa voluit recipere. vñ quęrit, an ipſa cōpellenda ſit agnoſcere onera alimentorum Mæuii ex die mortis teſtatoris? & dī quod ſic, & etiā hæres eiuſdem Seiæ.

Teſtator. Caius inſtituit ſibi hæredes Titium, & Seium, & legauit concubinæ ſuę octo ruſtica māpicia, & his mancipiis ruſticis iuſſit pſtari cibaria in hæc verba, ceſtique mancipiis quę ſ. legaui cōcubinæ meæ, uolo præſtari nomine cibarii ab hęredibus meis ea, quæ a me accipiebāt dicta mācipia me uiuo, & poſtea deceſſit dictus Caius teſtator. nūc quæritur, cum uiuo dicto teſtatore ſem per mancipia ruſtica tempore meſſiū, & arearum delegata fuerint ad areas vt faciūt ruſtici Bonon. & ex eo tēpore cibaria ex rōne dñi ſui nunquā acceperint excepto cuſtode prædiorum: an hæredes quoque eius temporis, i meſſium, & arearum debeant præſtare cibaria cōcubinæ pro dictis mancipiis ruſticis? & reſp. quòd iudex debet hoc ęſtimare tenēdo diſtinctionē Claudii, quę ſequitur. nā ſi teſtator legauit dicta mancipia cōcubinæ, vt ſient eo modo apud concubinam, quo fuerunt apud teſtatorē, non debebuntur cibaria eius tēporis, de quo quęſitum eſt. ſi aūt dicta mācipia tranſferebantur à teſtatore ab his miniſteriis ruſticis velut in miniſterium vrbanum: vt puta vt faciāt aliquid in

Aliàs, hęc enim eqđ perſonę reliquuntur.

tua ad frumenta cæteraq; legumina exprimenda vtendi. Hæc enim aqua perſonæ relinquitur.

Mulier poteſt eſſe executrix in teſtamento, & cogitur illud officium acceptare, ſi agnouit legatum a defuncto ſibi relictum. Item hoc officium ſi habet onus burſale annexum, tranſit ad hæredes. Bartol.

XV.

Filio hærede codicillis Seiæ decem reliquit, & alumno his uerbis, Mæuio infanti alumno meo quadraginta dari uolo: quæ pero a te ſuſcipias Seia, & vſuras eis quincunces in annum uſque uiceſimum ætatis prę ſtes: eumque ſuſcipias, & tuearis. Quæſitum eſt, an Seia, poſtquā legatū ſuū accepit, ſi noluerit pecuniam alūno relictā ſuſcipere, vel in ſuſcipiēda ea ceſſauerit, onera alimentorum ex die mortis teſtatoris compellenda ſit agnoſcere? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, compellendam præſtare, cum fideicommiſſum ſit. Idem quæ ſijt, an hæres quoque Seiæ in annos xx. alimenta præſtare debeat. Reſpondi debere.

Relatiuum quis uel qui, limitat ſuum antecedens, non ſolùm in quantitate, ſed etiā in tempore. Bar.

Teſtator cōcubinæ māpicia ruſtica nume. viij. legauit, & his cibaria præſtari iuſſit in hæc uerba,

Aliàs, cui.

ciuitate pro ipſo teſtatore: bene debebuntur cibaria concubinæ pro eis.

Titia decedens: Titia habens 10. libertos tribus ex eis cibaria, & veſtiaria præſtabat, & illud quod in hoc expendebat, ſcribebat in rationibus ſuis: ipſa Titia, poſtea decedens fecit teſtamentum, in quo ita cauit: omnib. libertis, libertabuſque meis cibaria, & veſtiaria quæ uiua præſtabā, parati, præſtariq; volo. & deceſſit. nunc quæritur, an hęres eius Titiæ debeat præſtare cibaria, & veſtiaria omnib. decē libertis, an verò prędictis tribus tantum? Et reſpō. quòd omnibus debet præſtare: illa enim uerba, quę uiua præſtabam &c. nō reſtringunt precedentia.

In P. F. & apud.

Viui.

Compellendam. Ad hoc eſt ſ. de lega. 2. l. 4. Et no. non licere in partem vel le, in partem nolle defuncti † pare: iudicie. ſic ĵ. de op. libe. l. ſi ita ſtipulatio in fi. & de bon. li ber. l. nam abſurdū. & ſ. de acquir. here. l. i. & 2. & C de iure deliber. l. quidam. Acc.

Defuncti uidicio nō in parte, ſed in toto parēdum eſt.

Debere. Sic ſ. eod. l. cum vnus. in princ.

Delegata. Quia teſtator accommodabat aliquib⁹, qui interim eos alebāt, vel ibant in aream: vt vadant ruſtici huius ciuitatis ad medicinam: & ſic non alebantur ex burſa domini. Accurſius.

Claudius. Scilicet dixit idem adiicien do, & diſtinguendo, vt ſubiicit.

Ab his. Id eſt, ab hac concubina & ita de ſingulari tranſit ad pluralem numerum. Vel dic ab his miniſtris: ſcilicet ruſticis, & ab ipſo

Eiſque mancipijs, quæ ſupra legaui, cibarij nomine ab hæredib. meis præſtari uolo, quę me uiuo accipiebāt. Quęſitū eſt, cū viuo teſtore ſemper mancipia ruſtica tēpore meſſium, & arearū delegata fuerint, & eo tpe cibaria ex rōne dñi ſui nunquam exceperint, excepto cuſtòde prædiorū, an hæres eius quoq; temporis, id eſt meſſis, & arearum, & cibaria concubinæ pro mancipiis ruſticis pſtare deberet. Reſpondi, eum, cuius notio eſt, & æſtimaturum Claudius. Meritò. Nam ſi eodem modo quo apud teſtatorem fuerunt apud concubinā futura legauit, non debebuntur eius temporis, de quo quæſitum eſi, cibaria. Verum, ſi velut in miniſteriū vrbanū ab his trāsferātur, debebuntur.

Relatiuum quis, uel qui, limitat ſuum, antecedens, ad quod refertur, non alia.

Titia decedens teſtamento ita cauit: Omnibus libertis, libertabuſq; meis cibaria, & ueſtiaria quæ uiua præſtabam, dari, præſtarique uolo. Quæſitum eſt, cū tribus ſolis eo tempore, quo ea uixit (ſicut rationibus continebatur) cibaria, & ueſtiaria præſtiterit, an hæres eius àcæteris quoque libertis conueniri poſſit: an uerò tribus tm̄ ſit obnoxius, qui rationibus ipſius cibaria, & ueſtiaria accepiſſe reperiūtur. Re-

ab ipso testatore. nam tunc hæc variatio non nocet quo minus debeantur: verū vt vrbana familia alatur inspecto tempore mortis: vt sup. eo. l. Mela. §. sed & si alimenta. Acc.

a Ab omnibus Scilicet hæres poterit conueniri: quoniã omnibus, quantum quibusdam dabat legare videtur. sic fortè variatum, & alibi collectiuum nomen ponitur, sicut hoc nomen libertis: vt §. de trit. leg. l. cum vinum. & l. fi. in prin. sic ergo hic ista verba, quæ viua præstabam, non restringunt præcedentia. sic §. eo. l. verba. & §. titu. 1. l. legata. in princip. & §. de fundo instru. l. quæsitum §. penult. & §. de leg. 3. l. ea tamen. & l. cum quis decedens. in fi. Sed argumen. contra §. de penu leg. l. nam quod. in fi. & §. de le. 3 l. quæsitum. §. 1. & l. hæres. §. vxori. & §. titu. 1. l. cum qui dam. & §. de le. 1. l. non solum. §. fi. & facit j. eod. titu. l. testamento.

Dic secũdũ Bart. qđ relatiuum restringit antecedẽs ad quod refertur, nõ alia. & sic non obst. cõtra.

b Limenta. Titius fecit testamentũ, & instituit sibi hæredes Moderatum, & Seium, & Sempronĩũ, & reliquit alimenta libertis suis nominatim a dicto Moderato: & decessit dictus Titius, & postea decessit dict' Moderatus: nunc quæritur an hæredes Moderati teneãtur ad præstanda alimenta dictis libertis: & dicitur quod sic. ¶ Libertis libertabusque. Quædam mulier Commoda noĩe, quę erat Bono. fecit testamentum, & in eo iussit dari libertis, & libertabus, quos, & quas manumiserat inter viuos. & etiam libertis, & libertabus, quos, & quas manumiserat in testamento, vel codicillis, alimẽta, quæ viua eis præstabat. Item dari iussit certos fundos dictis libertis, & libertabus, & postea decessit. nũc quæritur, an ad dicta legata libertis, libertabusq; relictis admittatur Stichus libertus liberti patris dictæ testatricis: & videtur quod sic: quia testatrix in epistolis suis solebat eũ appellare suũ libertũ, quãuis nõ esset. distinguitur tñ vtrum testatrix viua ea alimenta ei liberto liberti patris sui præstabat. an nõ. & primo casu admittetur dictus libertus ad dicta legata, secũdo nõ. ¶ Basilicæ libertæ. Titius testamento suo legauit Basilicæ libertæ suæ x. quæ x. voluit esse apud Epictetum, & Callistum liberros suos, ita ut cum fuerit Basilica 25. annorum, cum vsuris quincunc ibus restituer ẽtur eidem Basilicæ per eosdem libertos. ita tamen ut interim ex dictis vsuris aleretur Basilica, prout ampliaret ætatem ipsa Basilica intra dictos 25. annos. & postea dictus testator in alia parte testamẽti reliquit generaliter libertis, libertabusq; suis cibaria, & vestiaria, & habitationem, & postea decessit idem testator: nunc quæritur, an etiam dictæ Basilicæ deberentur cibaria, & vestiaria, & habitatio? & respon. quod non, nisi ipsa probet testatorẽ voluisse eã habere etiam cibaria, & vestiaria, & habitationem: & est ratio quare in dubio non debet habere, qu a testator destinauerat alimẽtis eius Basilicæ vsuras dictorũ x. quã pecuniam specialiter ei prælegauerat. ¶ Qui societatẽ. Titius habuit cum vxore sua societatẽ pone per 40. annos omniũ bonorũ. & durante societate manumiserunt quosdam seruos eis cões, & sic fuerunt facti communes liberti viri, & vxoris. & idẽ Titius dabat eisdem libertis alimenta in solidũ p parte sua, & vxoris. & postea idem Titius fecit testamentum suum, & instituit sibi hæredẽ dictam suam vxorẽ, & nepotem ex filio ex æquis partibus: & ita cauit in eodem testamento. item uolo dari libertis meis, quos viuus manumisi, ea q eis præstabam & decessit. nunc quæritur, an prædicti liberti, quos manumisit, ab vxore possit petere ex fidei commissa forma, qua vir præstabat eis pro se, & vxore? & dicitur quod non, imo illud tantum quod præstabat eis pro parte sua. Viu.

In P. F. quã apud &c.

Vide Al. li. prater. 2. hic.

In P. Fl. ἀπὸ Ῥοφίνης ἢ μετέρῳ ἀπελευθέρῳ, i. Rufino prognato, liberto nostro.

A Moderato. Proprium nomen. Acc.

Teneri. Quoniam non personæ est onus indicendũ cum per alium possit impleri: 1 vt habetur C. de cad. toll. l. unica. §. ne autem. & § l. prox. in pri. & l. cũ vnus in princ.

Quia si personę iungeret, videretur ei esse ele cta industria, & hoc casu nõ posset p alĩ impleri: ut plenè i c. firmiter p Pan. extra de summa tri. & fide catholica.

Commoda. Proprium nomen testatricis.

Fundos. Certos, alias non valeret: vt §. de iur dot. l. cum pos. §. gener.

Ita. Hic est Græcum, cuius sensus est. Rufino liberto meo salutem.

Quod medicus. Id est, quia. Acc.

Viua. Scilicet testatrix. Acc.

Ea. Scilicet alimenta. Acc.

Aliter vero non. Vt & §. de leg. 3. l. pater. §. 1. & j. de ver. sign. l. Modestinus. & facit §. eo. l. 2. Acc.

Restituerentur. Dicta decem.

Ampliaret. Id est, prout creſceret, maiora præstentut alimenta vsque ad dictum tempus. ad quod est §. eo. l. cum vnus. § fi.

Capite. Scilicet testamenti.

Debe-

Deberentur. Scilicet cibaria, & vestiaria, & habitatio.

Claudius. Scilicet dixit idem addendo rationem quæ sequitur. Accur.

Quia destinauerat. Testator. & facit §. de leg. 3. l. hæres. § 1. & §. de fun. instru. & instr. leg. l. quæsitum. § fin. & l. cum de lanionis. § cui fundum. & §. quidam. & l. prædia. § idem quæsiit. & §. tit. 1. l. legata. in principio, & j. de verbo. obligati. l. doli clausula.

Cum vxore. No. virum socium uxoris. sic sup. de donation. inter uirum & vxo. l. cum hic status. §. antepen.

Hęc gl. facit multũ pro dominabus, quę eorũ maritis subdi aspernantur, le ãcillas eorum non eẽ asseuerantes, cõtra quas i oppositũ facit gl. in verbo, fuerit. in l. si constante §. si maritus: §. sol. matr.

c Præstabã. Scilicet do, lego.

Ab utrisque. Id est, vtroque, viro, & vxore.

Viuente. Viro. Quæ solida viuus præstabat pro parte sua, & vxoris.

Pro sua parte. Facit §. de le. 1. l. 5. §. fi. & §. de lega. 3 l. qui concubinam. §. cui fundum.

Eruos CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seiũ, seruos pedissequos quos habebat ad burgũ Panicalis, reliquit ad custodiam templi sanctæ Marię de misericordia: quod templum erat iam inceptum extrui. sed non erat adhuc completum: vbi fortè elegit sibi sepulturam. & his seruis pedissequis à dicto suo hærede legauit per talia verba: Peto à te hęres fideiq; tuæ committo, vt des, & præstes propter meam memoriam pedissequis meis, quos ad custodiam templi reliqui singulis mẽstrua cibaria, & annua vestiaria certa. puta x. nomine cibariorum quolibet mense, & xx. pro vestimentis quolibet anno. & postea decessit. nunc quæritur, cum dictum templum nondum esset extinctum tempore mortis testatoris, an serui debeant percipere dictum legatum ex die mortis testatoris: an vero ex eo tempore, quo templum fuit explicitum, siue completum. & respon quod hæres debet compelli officio iudicis, præstare relicta dictis seruis, etiam eo tempore quo templum extruitur, nedum postea. Viu.

tis libertabusque cibaria & vestiaria habitationem reliquit, ẽt Basilicæ deberentur? Respondit secũdum ea, quæ proponerẽtur, non deberi, nisi hoc quoque ei datum probaretur. Claudius. Quia destinauerat alimentis eius vsuras pecuniæ, quas specialiter ei plegauerat.

Appellatione libertorum suorum cõtinentur communes liberti pro ea parte, quã quis habebit in eis. Bar.

Qui societatem oĩum bonorum suorum cũ vxore sua per annos amplius xl habuit, testamento eandem vxorem, & ne, potem ex filio æquis partibus hæredes reliquit, & ita cauit. Item libertis meis, quos viuus manumisi, ea, quę præstabam dari volo. Quæsitum est, an & qui eo tẽpore, quo societas inter eos permãsit, manumissi ab vtriusque, & communes liberti facti sunt: ea, quæ viuente percipiebant, solida ex fideicommisso petere possint? Respondit, non amplius quam quod vir pro sua parte præstabat, deberi.

Seruis proprijs potest relinqui legatum in causam alimẽtorum. Bar.

Eruos ad custodiam templi reliquerat, & his ab hærede legauerat his verbis: Peto fideique tuæ committo, ut des, præstes in memoriã meam pedissequis meis, quos ad curam templi reliqui, singulis menstrua cibaria, & annua vestiaria certa. Quęsitum est, cũ templum nõdum esset extructũ: ex die mortis, an verò ex eo tẽpore, quo templum explicitum fuerit, percipere serui legatum debeant? Respondit, officio iudicis hæredem compellendũ, seruis relicta pstare, douec templum extrueretur.

Per clausulam generalem appositam in vltima voluntate, circa idem, videtur recessum à speciali. Bar.

Ibertis, quos testamento manumiserat, alimentorũ nomine menstruos decem legauerat, deinde codicillis generaliter omnibus libertis mensstruos septem, & annuos vestiarij nomine denos legauit. quæsitum est, ex testamento, an ex codicillis libertis fideicõmissum hæredes prestare debeant? Respondit, nihil proponi, cur non ea, quæ codicillis data proponerentur, præstari deberent. nam ab iis, quæ testamento cibariorum nomine legata essent, recessum esse propter ea, quæ codicillis relicta sunt.

Seruos. Omnes, vel quos habet in tali loco, & sic cõtinentur etiam ancillæ pedissequæ. ut j. subiicit: & de leg. 3. l. seruis vrbanis. Accur.

Reliquerat. Aliquis, pedissequis cõtentis sub seruorum vocabulo.

Certa. Puta centum. Accur.

Extructum. Et sic serui non sunt tẽpli interim, sed nec sunt hæredis, vt j. de lib. cau. l. seruos.

Officio iudicis. Non iure actionis, scilicet quia desit p sona quæ agere possit: vt & §. de leg. 1. l. seruo alieno. §. si qs post. & §. famil. ercis. l. ex parte. §. seruo. nec obstat id quod habetur. C. de necesser. l. quidam. §. illo. & facit supra eodẽ. l. is, cui. & de ijs, quæ pro non scripto habentur. l. 3. & supra de annu. lega. l. seruus post. & supra de leg. 2. l. si quis Titio. & sup. de lega. 3. l. si quis Accur.

Ibertis. CASVS. Titius instituit sibi hętedem Caiũ: Titius habebat septem libertos, quos inter viuos manumiserat. in testamento autem manumisit tres seruos, & ita habet nunc decẽ libertos, & in eodem testamento legauit dictis tribus libertis, quos in testamento manumiserat decẽ omni mẽse nomine alimentorum: & postea fecit codicillos, in quibus legauit generaliter omnibus libertis suis omni mense septẽ aureos, & annuos denos nomine vestiarij: & decessit idem testator: nũc quæritur an ex testamẽto prędicto, & ex codicillis prędictis hæredes debeant præstare fideicõmissum. dictis tribus libertis. & respond. quòd ea quæ sunt eis relicta in codicillis debẽt eis præstari, & propter relicta in codicillis libertis videtur recessum ab iis, quę in testamento legata erant prędictis tribus. Viu.

Libertis. Testamento manumissis.

Recessum. Præsumptione iuris, nisi legatarij probẽt cõtra. ut §. de leg. 1. l. planè. §. sed si nõ corpus. Ac.

Relicta sunt. Ab eodem hĩdes: tecus si à diuersis:

quia tunc ab vtroq; darentur: vt §. de leg. 1. l. si à pluribus. §. 1. vel dic tibi no. & §. de prob. l. quinquaginta. & facit §. de adi. leg. l. cum centum & de lib. leg. l. Aurelius § testamento & §. testator. & §. de fun. inst. l. Sex. in prin. ¶ Manumissis. Titius instituit sibi hæredem matrem suam libertam: & in eodem testamento manumisit duos suos seruos: & eis manumissis reliquit per fideicommissum annua cibaria, si cum dicta sua mater moraretur: & postea decessit dict⁹ Titius, & postea dicta mater superuixit dicto suo filio per triennium, & cum dicti manumissi cessarent in petitione dicti fideicōmiss. ipsa non præstitit eis. mortua autē postea dicta mater testatoris extitit ei matri hæres Seia sua filia: & ipsa filia uixit 14. ann. & non soluit dictis manumissis dictum fideicommiss. cum nec ipsā ipsi interpellauerint. mortua aūt postea dicta filia extitit ei hæres Sempronius, nunc dicti manumissi petunt à dicto Sēpronio nouissimo, siue vltimo hærede dictum fideicommiss. cibarij, & vestiarij, tā pro præterito tempore, quā pro futuro. quæritur nunquid possint? Et dicitur quod bene possunt ip si manumissi: quia bene impleuerant conditionem: puta quia bene steterunt manumissi cum matre, donec ipsa vixit, vel per eos non stetit. Viu.

[a] Alimenta præteriti tēporis etiam possunt peti: & adde q illis etiā potest renunciari: non autē futuris, ēt cum iuramento. B. ita tenet in l. cum hi §. de cōtract. q si ipsi cōtradicit i le. si quis p eo. §. de fideiuss. & man. Conclude per d. Iaſin l. de alimē. in 2. colū. vers. nunquid aūt. C. de trāſ.

Alimenta debita non soluta possunt peti tam præterita, quam futura. Bar.

Manumissis testamento cibaria annua, si cum matre [b] morabantur, per fideicommissum dedit. mater filio triennio superuixit: neque cibaria, neq; vestiaria eis præstitit cum in petitione fideicommissi liberti cessiarent, sed & filia, postea quam matri hæres extitit, quoad vixit, annis quatuordecim de eisdem solvendis interpellata non est. quæsitum est, an post mortē filię a nouissimo hærede peteri possint; & tam præteriti temporis, quam futuri, id est, quod cibariorum nomine, & vestiarij relictum est? Respondi: si conditio [c] extitisset, nihil ptoponi, cur non possint.

Tempus certis grauatis ad iectum grauato, in dubio condi tionem facit. Bar.

Ab hæredibus Stichū manumitti voluit: eique si cum Seio moraretur cibaria, & vestiaria præstari à Seio, deinde hæc verba adiecit: A te autem Sei peto vt cum ad annum xxv. perueneris, militiam ei compares, si tamen te ante non reliquerit. Quæsitum est, Sticho statim libertatem consecuto, prius autem defuncto Seio, quàm ad annum xxv. perueniret, an ab iis, ad quos bona Seij perueuerunt, militia Sticho comparari debeat? & si placet deberi, virum statim militia comparanda sit, an eo tēpore, quo Seius annos xxxv. expleturus fuisset, si superuixisset? Respondit: cum placeat comparandam, non ante deberi, quàm id tempus cessisset.

[d] Si cum mater. Testatoris, cui fuit hæres filius, & filio mater, & matri vltima filia: vt §. patet.

[e] Si conditio. Vt quia steterunt cum matre, vel per eos non stetit. vt C. de leg. l. Et no. interpellationem nō esse necessariam. sic C. de contrahē. stipu. l. magnam. & C. de iure emphy. l. 2. & §. de verb. obli. l. ad clem. & §. de nautico fœno l. fi. & §. de vſu. l. pecuniæ. §. 1. & §. de annu. leg. l. annua in princ. Item contra §. de probat. l. Procula. Solu. ibi & fraternitas inter eos erat. & sepe, & sæpiùs rationes, & solutiones inter se fecerunt. hic nulla ratio, vel solutio fuit inter eos. Acc.

[f] Ab hæredibus. Titius instituit sibi hæredes Seium, & Caium, & Sempronium: & præcepit eis, vt manumitterent Stichum seruū suum, & præcepit vni de hæredibus, scilicet Seio, ut eidem Sticho cibaria, & vestiaria præstaret, si cum eodem Seio moraret. postea hæc verba adiecit in eodem testamento: A te autem Seio peto vt cum ad annum 25 perueneris, militiam ei Sticho compares: si tamen te ante nō reliquerit: & postea decessit dictus Titius testator, & postea hæredes prędicti manumiserunt dictum Stichum: & postea dictus Seius hęres decessit antequam perueneret ad 25. ann. & habuit hęredes dictus Seius Petrum, & Martinū. nunc quæritur, an dicti hæredes Seij debeant comparare Sticho militiam? & respo. quod sic, non tamen antequam dictus Seius fuisset expleturus 25 ann. si superuixisset vi.

Si cum Seio. Qui erat vnus de hæredibus.

Peruenerunt. Vt ad hæredē. si autem titulo singulari, & tunc hypothecæ sunt. vt C. cōmunia de leg. 1.

[g] Comparandam. Imō videtur, quod non sit cōparanda: vt §. de manumiss. testa. l. fi in fi. Sol. ut no. C. quando dies. ce. l. ex his & §. de legat. 1. l. si cui. & facit §. quando dies. leg ced. l. Firmio. § 2. & C. de vſufru. l. ambiguitatem.

ADDITIO.

Dic, quod ibi erat certū, quod testator volebat facere diē diuinare: & idē dic, quod ibi apponitur tempus grauato, ibi honoratoriationem huius vide per Bartolum in l. si cui legetur. supra de lega. 1.

¶ Posthumis. C. A. Titius habens patrem, & matrem & vxorem prægnantem, instituit sibi hæredes posthumos, quos ipsorum nasci ex dicta sua vxore: & etiam dictum patrem suum, & matrem. Item præcepit manumitti a patre, & a matre quo dā seruos impube res, & eis seruis legauit cibaria, & vestiaria annua, & etiam peculia eorum. Item legauit cuilibet eorundem seruorū x aureos pone. Item & aliis libertis suis legata reliquit, & alias quibusdam extraneis plura legauit. & postea natus est, & dicti posthumi a me instituti nascentur, & mori hæredes existerint, & in pupillari ætate decesserint habentes [h] Caiū, & Sempronii pone, & ita fuerunt ei propinquiores dictum Caium, & Sempronium. & postea ita contigit. Volo q dictus Caius & Sempronius essent implenda legata, quæ reliqui impuberis liberis meis, id est illis, quibus dedi libertatem in primo tabulis a patre, & a matre mea hæredibus institutis præter cibaria & vestiaria annua & cibaria & vestiaria, quæ reliqui in primis tabulis dictis libertis impuberis, nolo debeant in personis dictorum substituto rum, sed alias legata sic perfecto testamento. & substitutione pupillari nata est ex dicta sua vxore vna filia, & illa fuit vocata Petina. gratia aūt dictę filię posthumæ ipse Titius fecit codicillos, & in eis iussit reddi eidē filiæ tertiā partem eorum quæ reliquit in testamēto. in his & codicillis reliquit legata quibuldā aliis. & postea decessit dictus Titius, & extitit ei hęres dicta filia posthuma, & pater ipsius testatoris, & mater, & postea dicta filia decessit in pupillari ætate, & sic ex dicta substitutione exiterunt dictæ filiæ hæredes dictus Caius, & Sempronius: & sic illud ius q̄ ipsa filia habebat ex codicillis patris, scilicet restitueretur ei tertia pars relictorum, ut dictum est, habent nunc dicti sui

sui hæredes: nunc oriuntur hic tres quæstiones. Prima est circa relicta in primis tabulis. Secunda circa relicta in codicillis. Tertia circa relicta in secundis tabulis. Quærit ergo primo, an in hoc fideicommisso relicto filię in codicillis contineatur tertia pars cibariorum, & vestiariorum relictorum in primis tabulis impuberibus libertis? & respon. q̄d non. & hoc fauore alimentorum, quasi de his diminuendis nō senserit testator. Secundo quæritur, an in dicto fideicō. filiæ contineatur tertia pars eorum, quæ pater in codicillis reliquit extraneis? & respond. similiter quod non & est hic ratio: quia in codicillis, in quibus reliquit fideicommissū filiæ, dixit dictus pater: Si quid testamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, peto ab his, q̄ bus dare volui, id est, dedi legata in dicto testamento, vti, id est, vt reddat filiæ meæ Petinæ tertiā partē, & non dixit dictus pater, & q̄ his codicillis legaui &c. vt patet in verb. deinde post testamentum &c. Tertio quæritur, an illud, quod additū est legatis in substitutione computari debet deducta tertia parte, sicut computatur quantitas legatorum testamēto relictorum? vt duæ partes quantitatis additæ legatis in substitutione debeantur legatarijs, & tertia debeatur hæredibus dictæ filiæ testatoris? & videtur q̄ sic, propter dictos codicillos, quibus codicillis voluit testator pertinere ad filiam suam tertiam partem legatorum, resp. tamen hic. quod prædicta additio, quæ fuit facta legatis, integra debetur legatarijs, non de tracto inde aliquo pro dictis hæredibus filiæ. Et vt planius videas ita dico, seruis impuberibus. i. cuilibet eorū fuerunt legati 10. aurei: vidisti in princ. huius casus, postea in secundis tabulis fuerunt duplicata & ita quilibet eorum debet habere 20. aureos. i. primos 10. & alios 10. adiunctos ibi substitutione certa de primis 10. non est dubium, quin hæredes filiæ debeant habere tertiam partem propter verba codicillorū, sed de secundis 10. additis in substitutione est dubitatio. & ita soluitur vt dixi. s. vt integra legatarijs debeant. de cæteris autem relictis pars tertia sine dubio fuit filiæ debita, ac per hoc certum est pertinere ad hęredes substitutos eidem filiæ. Viu.

Casum ponit Ac.

[a] Posthumis. Titius instituit patrem, & matrem, posthumosq; suos hęredes. Item seruos quosdā impuberes à patre & matre manumitti præcepit, & eisdem cibaria, & vestiaria annua aliaque pecuniaria legata singulis, puta decem aureos legauit. Item alijs libertis. Item extraneis quoque quædam reliquit. deinde in secundis tabulis pupillariter posthumis substituit: & ab hæredibus substitutis libertis impuberibus relicta exceptis annuis duplicauit. s. pro 10 percipiēs 20. dari, perfectoq; sic testamento nata est ei filia cuius gratia factis codicillis testamento relictorum partem tertiā filiæ reddi iussit, aliis, ēt his codicillis legauit: patrisque effecta filia hæres adhuc impubes decedēs substitutos habuit hæredes q̄rebatur ergo, an in hoc fideicommisso relictorum filiæ alimētorum, & alijs codicillis relictorum forsitā, qui testamēto fuerant cōfirmati, itē in tabulis pupillaribus relictorū pars tertia cōtineat q̄d remouet, de cęteris aūt relictis partē tertiā filiæ debitā fuisse, ac per hoc ad hēdes eis substitutos ptinere certū erat.

[b] Substitutione. Pupillari, q̄. pōt fieri posthumis, vt §. de vulga. substi. l. 2. §. 1.

[c] Adores. i. castaldiones seruos.

[d] Manumisit i. Manumitti iussit à patre, & matre: vt patet in fi. bi, secundis autem &c.

[e] Legauit. f. directō. Acc.

[f] Annua. Et sic alimenta: vt §. de ann. leg. l. si cui.

[g] Cui. i. alicui. Acc.

[h] Dari volui. f. fidei comm. quasi dicat, quibus aliquid reliqui, peto &c.

[i] Petinæ. Proprium nomen filiæ est.

[k] Impuberibus. In hoc non est ius, nam idem si pubes resset, sic de facto erat.

[l] Eo amplius. Per quod videtur repetere & primum: vt §. de leg. 3. l. fi tibi. Acc.

[m] Tantum quantū. Accipe dari volo quantum in singulis legatis primo dederam in numerato. alias enim est in numerato, alias in numerato sic ergo. pro x. in primis tabulis reliqui 20. in secundis, & hoc præter cibaria, quæ non duplicauit.

[n] Aperto. Alias. n. a tire nō poterat, cū nō erat i solidū instituta. hodie secus: vt C. de ca. tol. l. vnica § & caue, quia hæc filia cū cæteris posthumis inuenit instituta.

[o] Et codicillis. Scilicet apertis.

[p] Restituenda. Ipsi filiæ.

[q] Transmisisset. Quod fiebat olim ab apertura tabularū, hodie à die mortis, vt C. de cad. tol. l. vnic. §. cū igit.

[r] Non videri. Fauore alimentorum: quasi de his diminuendis non senserit testator.

[s] Non deberi. Hoc ideo quia dixit, si quid in testamento &c. vt §. prox. dixi.

[t] Alterū tm. i. secunda 20. addita in secundis tabulis.

[u] A substitutione. Id est à substitutis.

[x] De iusta. Hanc enim constat deduci, & filiæ dari, & sic de primis decem.

[y] Duę partes. Scilcet istius alterius quantitatis, s. secundorum decem.

[z] Debebātur. Scilicet libertis. tertia filiæ reseruata, & subaudi

subaudi, quod videtur propter codicillos. &c.

a Deberi. Scilicet libertis. & sic nihil videtur filiæ de secundis decem dari. sunt ergo tres quæstiones. prima circa relicta in primis tabulis. Secunda circa relicta in codicillis. Tertia circa relicta in secundis tabulis. Accursius.

¶ Cibaria. Titius instituit filios suos reliquit per fideicommissum libertis suis cibaria, & vestiaria. & postea, ita dixit in testamento suo: libertos meos iubeo morari ibi, vbi corpus meū repositum fuerit, vt per absentiam filiorum meorum celebrent quotannis, idē singulis annis memoriam meā ad sarcophagum, id est, sepulchrum meū, puta aliquas exequias. & postea decessit dictus Titius: postea vnus ex dictis libertis noluit morari ad sepulchrum cum aliis libertis, neq; ad hīdes accessit causa excusandi se super hoc, nunqd tunt ei prestanda alimenta? & respond. quod non, sed alijs libertis sic. Viuia.

Sarcophagus, sepulchrum conueniēter dicit. cum teste Pli. lib. 36. c. 17. sacrophagus lapis ist fissili uena, in quo corpora dfūctorū condita absumātur intra 40. diē exceptis dentibus.

Dederat. Id est, reliquerat libertis, vt iubijcit.

Filiarum. Quia fortè nupterāt alibi.

Celebrent. Aliquas scilicet exequias, & dic sarcophagū, id est, sepulchrū. & facit d cōditio. & demonstr. l. Titio. §. 2. & C. de lega. l. 1. & de condi. inser. l. 1. & 2. ī. de annu. lega l. eum. & ī eo. l. Caio. §. Imperator. & ī. de lega. 3. l. qui concubinam. §. vxori.

Accesserit. Ad excusandum se fortè.

Testamento. Titius habebat libertos, quibus præstabat cibaria. & vestiaria. ipse Titius misit vnum de dictis libertis pro quodam suo negotio Romam fortè. & stetit ibi libertus per quadriennium, & propter dictam absentiam cibaria quæ ante acceperat cum alijs libertis, ac patrono suo nō accipiebat dictus autem patronus interim venit ad mortē & fecit testamentum, & ita in eo cauit: Libertis meis cibaria, quęque alia præstabam, ab hæredibus meis præstari volo. Item legauit dicto liberto absenti quinque & etiam alijs libertis, quos viuus manumiserat, legauit cuilibet quinque, & postea decessit dictus patron⁹: nunc quæritur, an debeantur isti liberto absenti cibaria, & reliqua, quæ cæteris libertis legata sunt? & respon. quod sic. Viuia.

Sui gratia. Vel patroni, vel liberti.

Cur non. Quasi dicat, debentur. sic j. de verb. obliga. l. 1. §. si quis ita. & facit ī. eo. l. a filio. §. fin. & de fundi instru. l. prædia § 1.

Tichus. Titius habebat vnum seruum nomine Stichū, qui erat nepos nutricis Titij ipsi⁹, & ipse Stichus habebat contubernalem. & liberos ex ea, cui contubernali & liberis Stichi dictus Titius p̄stabat alimenta. Item habebat plures libertos, quibus alimenta præstabat. fecit dictus Titius testamentum, & in eo ita cauit: Stichus nutricis meæ nepos liber esto: cui Stichо volo dari omni anno 10. aureos pro ali ētis, qui testator prædictus postea designauit nomina, id est, d bitores suos ex quibus debebat ñeri so luto Stichо de dictis 10. aureis. & postea eidē Stichо legauit cōtubernalē eius, & liberos. Item legauit dictæ contubernali, & liberis Stichi ea, quæ viuus ei præstabat: & postea in alio capite testamenti iussit dari libertis suis ea, quæ viuus præstabat eis, & postea decessit dictus Titius: nūc quæritur: an dictus Stichus possit etiam alimenta percipere cum alijs collibertis & suum legatum x. aureorum? & respō. quod nō, imo x. tantū. Sed ponel, quod dictus testator reliquit duo pone prædia reipu. & ita post ea dixit, Volo quòd respub. præstet prædicta alimenta ex dictis prædijs libertis meis vtriusq; sexus. nunquid respub. tenetur dare decem aureos annuos prædictos: & contubernali, & liberis Stichi ea, quæ viuus testator ei præstabat subaudi & alijs libertis ea, quæ testa. or iolet at eis præstare? an verò tenetur ad prædicta hæres Titij testatoris? Et respon. quod respub tenetur. Titia vsumfructum Titia instituit sibi hæredem Seium, & legauit Mæuio vsumfructum fundi sui Titiani: & ndei eiusdem Mæuij commilit, vt ex reditu prędicti fundi prętarет Pamphilo, & Stichо annuos centum nummos, donec viueret dictus Mæuius fructuarius, & postea decessit dicta Titia. & postea decessit dictus Mæuius fructuarius. nūc quę ritur, an dictus Seius hæres testatricis debeat alimēta dictæ Pamphilæ, & Stichо, vel hæres Męuij fructuarij? Et respond. quod hæres testatricis non tenetur præstare: nec etiam hæres fructuarij: nisi dicta Pamphila, & Stichus probent testatricem voluisse p̄stari alimenta eis ab hærede fructuarij etiam finito vsufructu. nam tunc bene tenetur prętare hęres fructuarij. si modo ad præstanda dicta alimenta sufficiat id, quod ex vsufructu receptum est per dictum fructuarium, & aliàs nō. ęj Mater nito. Titia instituit sibi hæredem filium suum Seium, & rogauit eum per fideic. vt daret libertatem Pamphilo, & eidem Pamphilo legauit quinos aureos nomine cibariorū & quinquagenos aureos annuos quolibet anno noīe vestiarij sub ista cōditione, si moraretur idē Pamphilus cū dicto filio testatricis

XIX.

Estamento ita cautum fuit, Libertis meis cibaria, quæque alia præstabam, ab hæredibus meis præstari volo. vnus ex libertis ex voluntate patroni negotij sui gratia quadriennio ante diem mortis abfuit. ex hac causa cibaria, quæ ante acceperat, mortis tempore non accepit. cui tamen liberto eodem testamento patronus, sicut & aliis, quos viuus manumiserat, legatum quinq; dederat. quæritum est, an isti quoque cibaria, & reliqua, quæ cæteris libertis legata sunt debeātur? Respond. cur non?

Dispositio generalis non refertur ad ea, de quibus circa eādem causam specialiter est prouisum, & legatorum prestatione grauari potest legatarius singularis. Bart.

XX.

Tichus nutricis meæ nepos liber esto: cui

tricis. & postea decessit dicta Titia, & postea dictus Philus bene stetit cum filio testatricis, donec ipse filius vixit: nunquid post mortem filij debet consequi alimenta? & dicitur quòd sic. Viu.

Dari volo. Pro alimentis Rog.

Nominibus. Designauit enim certa nomina, ex quibus fieri debebat solutio. Acc.

Præstabat. Subaudi legauit.

Sic in P. F. & rectè tamen si Halo. scripsit, & libertos. vide An. Au. Emē. li. 3. ca. 2. quo loco pulchrè explicat qd sit contubernalis.

Non posse. Quoniam illi decem aurei annui Stichi videtur alimentis destinati: vt & ī. cod. l. libertis. in princ. & sic non est contra ī. de an. leg. l. qui Marco & sa. it ī. de leg. 3. l. hæres meus §. 1. & de fun instr. l. q̄i tum §. fi & l. cum de Iunionis §. fundum. & l. prædia, § 2.

Benigna. Cum aliàs à legatario legari non poterat iuris isto: vt institu de singul. reb per fideicom reli §. 1. Acc.

Sic in P. F. Hal. aūt scripsit, Stichо cōtubernal', & libertis vtrum ab hære. inst. an à republi. diaria, & vestiaria &c.

Titia. Testatrix.

Hæres. Titiæ.

Ab hærede. Titię Imò videtur tenetur: vt ī. de vsufruc. leg. l. fi ab eo. quæ est contra Solu hic adiungitur quod est j. l. fi. si modo &c. vel dic vt no. ī. d annu. leg. l. Titia. in princ. & sunt ī. de ann. lega l. Seio. in princi. l. annu. in prin. & de leg. 3. l. qui concubinam §. vxori. & C d condit. inser. l. 2. Accursius.

Caue ne te fallat iste text. l. ne credas, q̄ finito legato finiatur & cā, propter quā est prætium, vt ē tex. in l. 1. C. de iure emphyt. quia hoc fallit fauore alimentorum: puta, dedi tibi domū, vel eccle siæ, vt me alimentares: certè domo in-

Sufficeret. Facit supra de leg. 2. l. Imperator.

Post mortem. Nisi gratia filij fuisset aliud dictum. vt j. de condi. & demon. l. ii. is. in prin. & facit ī. de lega. 3. l. qui cōcubinam §. vxori. & j. de condit. & demon. l. si quis ita. & ī. eod. l. Caio. §. 1. & C. de lega. l. 1. & de cond. t. inser. l. 3. & sup. de ann. leg. l. Mæuia. in prin. & l. annua in prin. & l. Seio in prin. Acc.

Iuris. Titius legauit mihi diaria, siue cibaria. certè cibus tantū mihi debetur, quia hoc sensisse videtur testator. diarium enim dicitur, quod alicui relinquitur pro cibo singulis diebus, nō aūt cōtinetur habitatio, neq; vestiarium, neq; calcearium. Vi. l. D. ariis. Aliàs diarijs: & est bona litera, & dicitur diarium, quod alicui singulis dieb. pro cibo relinqui-

N. P.

tur, vt puta nummus. ad quod est ī. de transac. l. cum hi. §. si cui. aliàs est vestiariis: sed male, quia infra dicit vestiarium non deberi, aliàs est viariis, id est, quæ sunt necessaria ad vitam: sed nō placet quia tunc continerentur ea, quæ sequuntur, vt j. e. l. fi. Item illa dictio aliud significat: vt ī. de vsufru. l. vsufructuariū. § 1. facit ī. de transa. l. cum hi. § qui transigit. & ī. famil. ercis. l. ex parte. §. 1. & sup. eod. l. legatis.

Vm alimenta. Seius reliquit alimēta Titio. non adiecta quātitate, nec re ex qua præstentur: & etiam quibusdā aliis eiusdem honestatis, & ordinis, vt erat Titius, & postea decessit idem Seius. nunc quæritur, qualiter, & iuxta quem modum sint alimenta præstanda? & certè in primis inspiciendum est, quæ alimēta Seius defunctus solitus erat præstare ei Titio legatario: & ī. in illum modū. & nunc sunt ei præstanda. si autē hoc non appareat: inspiciendum est, quod cæteris eiusdem ordinis reliquerit: & similum modum sunt Titio prædicto præstanda. si autem neutrum prædictorum duorum appareat: tunc modus alimentorum debebit statui ex facultatibus Seij defuncti, & ex charitate, siue dilectione eius Titii. cui fideicommissum alimentorum fuit datum.

¶ Qui fratris. Seius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Titium fratrem suum: & rogauit eum: vt daret alimēta libertis suis testatoris, & postea decessit dictus Seius testator: & post eidem Titius hæres Seij fecit testamētum, & in eo reliquit dictis libertis duas suas vineas, & adiecit hæc verba: vt habeant unde se pascant: & postea dictus Titius hæres Seij fratris sui decessit: & habuit duos hæredes puta Caium, & Sempronium: nūc veniunt liberti, & petunt ab hæredibus dicti Titij dictas vineas, dicunt hæredes Titii nō volumus vobis dare vineas, nisi liberetis nos ab obligatione testamēti, quod fecit

Diarium quid dī.

cendo pe rēpta, vel aliter, teneris nihilo minus ad alimēta: nota. sing. Bal. in alleg. l. 1. quē refert, & sequitur Fr. de Crem. singu. suo 1. incip. q̄ro primo.

Alibi Alburni⁹ Valens.

Infortiatum. Hhh 3 Seius

Seius: in quo, vt dictum est, instituit sibi hæredem Titium fratrem suum, & ab eo reliquit vobis alimenta. nam ex illo testamento adhuc iumus obligati nos hæredes Titij ad præstanda vobis alimenta, sicut erat ipse Titius: Titius enim reliquit vobis vineas: loco alimentorũ, quæritur nunquid liberti teneãtur liberare eos hæredes Titij. & dicitur quòd sic: imò dico tibi plus, quòd si dicti hæredes Titij dederunt dictas vineas libertis, & liberti non liberauerunt eos à dicta obligatione alimentorum, & postea agant dicti liberti ad alimenta ex testamento Seij, poterũt hæredes Titii opponere eis exceptionẽ doli, & per eam erunt tuti: & hoc est verũ, quod habent doli exceptionẽ, si non minus valẽt vineæ, quã æstimatio alimentorum: dicta autem adiectio, quã fecit Titius in legato vinearum, illa, s. vt habeant, vnde se pascant liberti, magis pertinet ad dictam legandi proprietatem vinearũ, quàm ad vsumfructum constituendũ in dictis vineis. Viuianus.

Quantitate. Vel saltẽ re, ex qua sunt præstanda: ut ſ. eo. l. cum vnus. in prin. & ſ. fina. & facit ſ. de annu. leg. l. ſi cui. & de legat. 2. l. ante penul. in princip. & de lega. 1. l. ſi ſeruus plurimũ. §. fin. & de lega 3. l. nummis. & j. tit. 2. l. Aurelius. §. Titius. & ſ. de testamen. l. hæredes. §. 1. & C. de lega. l. cum alienam. Sed arg contra ſup. de trit. vino, & oleo lega. l. cum certum.

Deinde. Si non apparet primum. Acc.

Qui fratris. Vt puta Titij. Acc.

Debebat. Ex testamento Titij, qui fratrem habuit hæredem.

Testamenti. Prioris, scilicet Titij, quo fuerant alimenta relicta.

Non minus. Facit ſ. eo. l. Stichus. §. 1. in fi.

Causam prælegandi. Facit ſ. de transac. l. cum hi. §. ſi vni. & quæ ibi no. & C. de iure dot. l. 2 & j. titu. 1. l. ſpecies. & ſup. de vſufru. earum rerum, quę vſu cõſu. l. fi. & C de iis quæ ſub modo. l. 2. & ſup. de annu. leg. l. in annos, & ſ. de vſu, & habitatio. l. ſi habitatio. §. ſed ſic. Acc.

Ogatus. CASVS. Titius instituit te Seium hæredem: & rogauit te, vt Caium educes, quæritur quid in legato contineatur, & quidam dixerunt contineri ea tantum, quæ ad victum sunt necessaria. Paulus autem dixit quod etiam vestiarium, & habitatio continetur, sicut & quando legata sunt alimenta. Viu.

Ad victum. Scilicet tantum. alias nil Paulus corrigeret.

Cur. ſi ita ſtrictè accipis, verbũ, educes.

Contineri. Vt ſ. eo. l. legatis. Sed contra, ſ. de transact. l. cum hi §. qui transigit. Sol. ibi.

Ambo. Scilicet legatum alimentorũ, & legatum vt eum educes: idem ſi victum: vt j. de verbo. ſign. l. verbo victus. & l. ſeque. & l quos nos. §. 1. vt non ſolũ cibus, ſed etiam veſtiarium, & habitatio debeatur, aliud est contra de verbo cibi, vel diariis. ut ſ. eo. l. diariis.

XXIII.

Ogatus es, vt quendam educes, ad victum necessaria ei præstare cogendus es. Paulus. Cur plenius est ergo alimentorum legatũ vbi dictum est, & veſtiarium & habitationem cõtineri? Imò ambo exequenda sunt.

Crib it Titius de dit aurum aurifici, vt aurifex faceret ei vnum vas pone: postea fecit testamentum hic Titius, & vxori suæ legauit aurum suum omne, & decessit. nunc q̃ritur, an dictum aurum aurifici datum debeatur vxori? & dixit Quintus Mutius quod non. Itē dixit quod eidem vxori non debetur illud, quod ei testatori deberetur ab aurifice, si ab eodē aurifice ei testatori non esset repensum dictum aurum, id est ad pondus restitutum. Pomponius autem dixit, quod dictū prædicti Quinti Mutij est ex parte verum, & ex parte falsum. est verum, quantum ad id quod dixit Quintus Mutius de eo, quod prædicto testatori deberetur ab aurifice, si ab eodem aurifice ei testatori non esset repensum dictum aurū, & est verū dico, vt non debeatur vxori cui legauit testator omne suum aurū & est rō, quia de eo quod testatori debet sine dubio, etiam, puta ex stipulatu, dicendū est, quod non pertinet ad vxorem prædictam: vt puta si testator stipulatus fuerit ab aliquo libras auri puta centū, cum illius testatoris non sit adhuc factū dictum aurū ex stipulatione testatoris debitum: id enim quod tuū esset, legauit vxori testator: non aūt illud, quod in actione haberet: est autem dictum prædicti Quinti Mutij falsum, si aurum dederit aurifici testator, vt ex eo auro aliquid sibi testatori fieret, est falsum dico: quia nihilo minus vxori debetur, nā ad huc erat apud testatorē dominiū dicti auri. si aūt testator dederat aurifici, vt non tantum ex auro fieret sibi corpusculum, sed etiam ex alio auro: tunc non debetur dictū aurū vxori: quia dominiū eius auri transiuit ad aurificem, nam quasi permutationes videtur fecisse testator cū aurifice, §. de auro prædicto ipsius testatoris ad corpusculū, quod debebat facere testatori aurifex ex dicto auro testatoris, & ex alio auro, vt dictum est.

Item

¶ Item scribit Quintus. Titius habens v. pondo, siue libras auri causa, vxoris suæ paratas, ita dixit in testamēto suo: quodcunque vxoris causa paratum est, id hīs meus det dictæ vxori meæ. & postea vendidit idē testator vnā de dictis v. libris. & ita in bonis eius nō fuerunt deprehēsæ tēpore mortis suæ nisi quatuor libræ auri de istis v. nūc quæritur, an hæres teneatur dictæ vxori ad integras v. libras auri? Et dicitur quòd sic, distingue tamen aut dictus testator in hoc alienauit dictam libram q̃ diminuere vellet legatum, quod reliquit vxori, aut necessitate aliqua rei fortè familiaris. Primo casu repellitur mulier doli exceptione, si petat integras v. libras: secundo non. imò ipso iure debētur ei integræ v. libræ. & hæc omnia qū legauit per verba p̃teriti temporis, vel præsentis, secus si p̃ verba futuri tēporis puta lego vxori meæ aurū, quod eius cā paratū erit: nā tunc habet in se dictū verbū erit, de mōstrationē conditionalē, & argumentū id est cōditionē, quæ arguit, & restringit legatum, scilicet vt non debeatur vxori nisi illud aurū qđ inuenitur in bonis t̃ge mortis testatoris. Viu.

Repensum. Id est restitutum ad pondus: vt §. de cōtrah. empt. l. quod sæpe. §. in his.

Suum. Hoc expone: vt §. de leg. 3. l. cum ancillæ.

Quatenus. Id est. quia. & facit §. loc. l. in naue. & de le. 3. l. q̃ habebat. in prin. & §. e. l. Quintus. §. argento. & arg. §. de contrahen. empt. l. si quam rem. alias incipit Sabinus.

Pondo. Parata causa vxoris. Item nota quòd hic pondo libram vocat, & sic pondo & libra idem sunt. Accursius.

Inde venisset. Id est ex illis quinque libris vendidisset vnam libram.

Deprehenderentur. In bonis defuncti.

Articulus est. Facit §. eo. l. si ita.

Submoueatur. Imò ipso iure videtur liberatus: vt §. de leg. 1. l. si ita scriptum. Sol. ibi ponitur ipso iure, id est, æquo, & natura li, quasi diceret eui dentissimo: hic pro mero stricto iure ponitur. hæc autē significatio frequēter, illa autem raro inuenitur: vt ī. de so. l. Stichum § natura lis. secundum R. sed certè. i. §. naturalis. ponitur ius naturale pro naturali obligatione. dic ergo q̃ ibi in l. contra. ademit expresse, hic tacitè & de illa expssa dic vt non. §. de his quæ in testa. de len. l. 1. in prin.

P. F. In se continens.

Petentem. Scilicet mulierē. & facit §. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & l. qui concubinam. §. Stichus. & lege, vxorem. §. testamento. & l. Iulianus. §. pe. & §. fina & l. nuper. & l. his verbis. in princ. & ī. eod. l. medico. & §. de lega. 1. l. 1. & v. & vj. & ī. de excep. dol. l. apud Celsum. §. præterea. & ī. de adi. leg. l. seruum. & l. rem legatam, & de cond. & demon. l. filiæ. §. sed si ita.

Demonstrationem. Futuri temporis, non præsentis, quia magis dicitur conditio, vt §. de lega. 1. l. 6. & quod subijcit argumentū, id est, conditionem, quæ arguit, & restringit legatū. Alij dicunt, id est probationem pro eo petendo.

In obligatione. Quia deficit conditio in ea libra.

Ex causa. Id est, ex necessitate, vel volūtate quæ fit supra. & facit ī. de dō. excep. l. apud. § præterea, & de cond. & demon. l. filiæ. §. fi. & l. si iam. & ī. de ali. leg. l. cū seruus. si autem non dixit est, vel erit, sed simpliciter dixit seruos meos, tunc serua qđ dicitur

inde venisset, & mortis tempore amplius, quàm quatuor librę non deprehenderentur, in totis v. libris hæredem esse obligatum: qm̃ articulus (est) præsentis temporis demonstrationem in se continet. Quod ipsum (quātum ad iuris obligationē pertinet) rectè dicetur, id est, vt ipso iure hæres sit obligatus. Verum sciendum est, si in hoc alienauerit testator inde libra, quòd diminuere vellet ex legato vxoris suæ: tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni: vt si perseueret mulier in petendis v. libris, exceptione doli mali submoueatur.

Sed si ex necessitate aliqua compulsus testator, non q̃ vellet deminuere ex legato, tunc mulieri ipso iure v. libræ auri debebuntur: nec doli mali exceptio nocebit aduersus petentem. Quòd si ita legasset, vxori aurum, quod eius causa paratum erit: tunc rectissimè scribit. Quintus Mutius, ut hæc scriptura habeat in se & demonstrationem legati, & argumentum. ideoque ipso iure alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione: nec erit vtendum distinctione, qua ex causa alienauerit testator.

Quando legatur certum pondus auri, liberatur debitor æstimationem soluendo: tamen ipsum aurum est in condemnatione, & obligatione. Bartolus.

dicitur supra eo.l.si ita.

Itiæ. Seius fecit testamẽtum,& ita in eo dixit,Titiæ amicæ meæ, cum qua sine mendacio vixi,volo dari v.pondo auri.& decessit postea,nũc quæritur,an hæredes eius sint compellendi ad præstandum Titiæ integra v. pondo auri an ad pretium, & ad quantum pretium? Et dicitur q̃ possunt præstare qđ volunt. & si præstẽt pretium,debẽt præstare quanti poterit dictũ aurum.Sed pone, q̃ hæredibus non soluentibus Titia egit contra eos, & litem fuit cum eis contestata, & decessit relicto hærede quodam pupillo:cui tutores dedit: & prætor coram quo fuit lis contestata pronunciauit vt materia prædicti auri præstetur dicto pupillo hæredi Titiæ: tutores autem volunt in integrũ restituere dictum pupillum aduersus dictam sententiã, nũquid possunt? Et dicitur quòd non, & hoc secundum glo. cõmunes. Ego autẽ credo quod dictus pupillus erat vnus de hæredibus testatoris, & non Titiæ legatariæ:& ideo volebant tutores pro eo in integrum restitutionẽ: quia in sententia videbatur ei ablata potestas soluendi pro sua parte æstimationis auri,cum in sententia cõtineretur tantum de materia auri, & nõ de æstimatione,sed nõ habet locum restitutio cum adhuc iusta æstimatio possit solui.

XXXVII.

Itię amicę meę,cum qua sine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo. Quæro an hæredes ad præstationem integræ materiæ auri,an ad pretium, & quãtum præstandum, compellendi sint? Paulus respondit: aut aurum ei, de quo quæritur, præstari oportere: aut pretium auri quanti comparari potest. Item quæro,si lite contestata prætor ita pronunciauerit,vt materia præstetur, an tutores audiendi sint ab hac sententia pupillũ, aduersus quem pronunciatum est, apud succesſorem eius in integrum restituere volentes? Paulus respondit,prætorem,qui auro legato,certi ponderis materiam præstari iussit,rectè pronunciasse videri.

Potest. Ad hoc ſ.e l.j.§ fin.& l.cum certũ.& l.cũ aurũ.in prin.& C.de do.l.si q̃s argentũ.in prin.Sed ar.cõtra.j.de sol.l.Pau.rñdit.sed hic nõ hẽt creditor dãnũ.

Pupillum. Hæredem Titiæ.

Eius. Scilicet prętoris.

Rectè. Et tamen adhuc iusta æstimatio posset solui, vt ſ.de leg.j.l.nõ amplius.§.cum bonorũ. & de vsufr. leg.l.generali.§.fi.& l.fundi.& de leg.2.l.Titia Seio.in prin.& de leg.j.l.si domus.§.qui confitetur.Sed ar.cõtra in ea.l.§.cum alicui. Acc.

Eiæ. Titius fecit testamẽtum, & ita in eo dixit:committo fidei hæredum meorũ, vt dent Seiæ amicæ meæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit:& decessit. in hereditate autem sua nõ inueniuntur nisi trullæ,id est vasa ad bibendum, habẽtia collum nodosum,& scyphi,& modioli,& phialę.vnde quęritur,an Seia prædicta possit eligere ex his speciebus? Et dicitur quòd sic, cũ omnia potui parata dicãtur pocula. Viu.

Eligere. Licet nõ sint aurea. nõ ergo verbũ aureum a testatore expressum restringit generalitatem poculi sic ſ.de vino leg.l.si.in prin.& ſ.de leg.j.l.si cui fetui. & sup. eo.l.pediculis.§.quidam.

Ornamentorum. Titius legauit vxori suæ ornamenta ei vxoris destinata. Certè nõ cõtinentur in legato vestis muliebris nam ornamẽtorũ appellatione non continetur vestis muliebris, nec error hæredis soluentis vestem dictæ legatariæ potest mutare quod dixi. Viu.

Hæredis. Qui soluit, vel fuit confessus extraneus muliebrem vestem: vt & C. de iur.& fac.ign. l.cũ testamentum. secus si in iure: vt j. de confes.l. non tatetur. Item nec testatoris error facit ius,vt ſ.de tupel. le. l. Labeo. sed vniuersitatis sic vel principis:vt ſ.de offi. præfid.l.fi.& ſ. de tupel. leg.l.3.§.fin. Item facit ſ de vsufruct. lega.l.sticho.& ſ. eo. l. argumento. §. ornamenta. & de leg. 2.l.vnum. §.si rem. & de ie.j.l.si domus. §.1.

XXXVIII.

Eiæ dulcissimæ poculum aureum,quod elegerit,fidei hęredum committo, vt dent. Quæro, cũ in hæreditate non sint nisi trullę, scyphi,modioli, phialæ; an Seia de his speciebus eligere possit? Rñdi, cũ omnia potui parata,pocula dicantur, posse eã ex his eligere.

XXXIX.

Ornamentorum appellatione vestem muliebrem non continerinec errorem hęredis ius mutasse, respondi.

XL.

Itia testamento,item codicillis multas species tam argenti, quam

De trufla, vide apud Alfi. Paret 7.c. 4. itẽ quæ apud Alexan.ab Alex. lib. 3. gen. die. c.10.

Itia. Titia fecit testamentum,& instituit sibi hæredem Seiũ, & legauit mihi multas species argenti, & vestis, & mõilrãdo eas nominibus expressis, vel ad oculum, vel ad intellectum, & credẽdo oẽs dictas species esse suas,cum quædam earum tantũ essent suæ: postea fecit codicillos,& in eis cuidã alij legauit alias certas species argenti & vestis.& eodem modo.& postea decessit,nunc quæritur,an non aliæ species legato cedant,quã quæ in hęreditate eius Titiæ inuẽtæ essent? Et dicitur quod illę cedunt,quę inuentæ sunt in hęreditate. De cæteris autem quæ non inueniuntur in hæreditate,debet hæres cauere legatarijs,vt eis præsentur postea,si inuentæ fuerint in hæreditate.

¶ Semproniæ. Titius dixit ita in testamento suo. Semproniæ hoc amplius coopertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis q̃ elegerit,dari volo & decessit post ea.nunc quęritur,an dicta Sempronia possit eligere dictas tunicas & palliola ex vniuersa veste,id est ex syntheſi,quæ dictio multas vestes eiusdem coloris simul compositas significat, vulgus librã vocat, & an hæres teneatur emere illas,quas ipsa elegerit? Et distinguit, aut in bonis dicti testatoris relictæ sunt singulę,& ab vniuersitate separatę tunicę cũ palliolis,aut non. Primo casu potest Sempronia eligere dũtaxat ex his quę sunt singulæ & extra vniuersitatẽ.Secundo debet præstare hæres eidem Sempronię,aut tunicas, & palliola ex syntheſi, aut veram æstimationem earum.

¶ Seia testamento. Seia ita cauit in testamento suo.Si mihi per conditionem humanam nihil contigerit. si vixero, ego ipsa faciam signum Dei ex libris centum in illa ædę sacra, & in patria mea statuã dictum signũ cum subscriptione mei nominis.si autẽ nõ vixero, ad hæredibus

hæredibus meis fieri volo, & iubeo p̃dicta,nec distinxit vtrum facere deberẽt ex auro,vel argento,vel ære: & postea decessit dicta Seia. nunc quæritur cũ in eo templo,siue ædę sacra non sint nisi ærea,aut argẽtea dona,siue signa Dei,an hæredes eiusdem Seiæ sint cõstringendi. & compellendi ponere signũ Dei aureum vel argenteum vel æreũ? Et dicitur quod argenteum. Viu.

Specialiter. Proprijs nominibus expressis,vel ad oculiũ vel ad intellectum demonstrando: ad quod supra ſi cert. per.l.certum.& aut credidit suas, & tũc expones hoc j̃ inuẽtę,id est rehabitæ. aliàs.n.non valet,vt ſ.de le.1.l.si domus in prin. Nec obst. j̃. pxi.§.vt ibi dices.si autem sciebat quasdam alienas:tũc dic inuentæ,scilicet venales. Nã vel ipsæ, vel æstimatio debẽtur vt ſ. de leg.3.l. non dubium. & facit ſ.eo.l. Seiæ & de le.1.l.vnum.§.si rẽ. Acc.

Tabiana. A loco sic dicta. Accu.

In P.Fl. tunicę singulares.

Elegerit. Scilicet Sempronia.

Dari. Scilicet generaliter? quia ex his etiam quæ testatoris nõ erãt, competeresibi electionẽ putabat legataria. Acc.

Vide apud Alc. lib.ꝑter.j. in dictione synthesis. quid synthe. & lib.2. Par. c.21.

Syntheſi. A loco sic dicti.

Singulas. Sc.res.

Si essent. In testatoris bonis. Accursius.

Ex his. Nota restringi larga verba testatoris ꝑpter eius mentem,quæ talis præsumitur:arg ſ.de leg.2.l.vnum.§.si rem.& supra eo.l. Seiæ.

Non essent. In testatoris bonis.

Præstaturum Non ergo est nullum.& sic est cõtra, ſ.in princ.huius legis.& de le.1.l.si domus,sed in illis de certis rebus sensit,hic non. Acc.

Æstimationem No. aliud,ſ.æstimationem pro alio solui.sic ſ.e.l.Titiæ,cum suis concor.sed quæ erit hæc æstimatio,cum in genere sit relictum? Resp.quod ipsa eliget aliud q̃ æstimabitur.

Contigerit. Id est si vixero. Acc.

Sin autem. Id est,si non vixero,siue habeas nõ,siue desit. Acc.

Dei. Vt crucem, secũdum H. sed certè hoc tempore Christus nou venerat in virginem,vnde dic quãdam imaginem.

Patria. Scilicet sua.

Statui. Id est,erigi cum subscriptione,qua cõtinebatur,quod ipsa faceret fieri. Acc.

Argentea. Imo videtur quod minus est,ut æneum, vt supra,de leg.1.l.si ita, in fi & de lega.tertio.l.nummis. Sol. secundum R. fauor est religionis,argum. supra de religi.l.sunt personæ. Item legatarii dignitas q̃ est Deus, vel templum.arg ſ.de leg.1.l.si seruus pluriũ. §.fi. Acc.

Dona. Id est,huiusmodi signa Dei, de quib.dicitur Inſt.de rerum diui. §.nullus.

Sin aũt hic accipi ꝑ sin mi-n', docet Ant. Augemen. l.2. cap. 1.

I vxori. Titius legauit vxori suę mũdum muliebrem, quæritur quid in legato continetur? Et dicitur, quod ea tãtum continentur, quæ ex his in mundo contentis fuissent tradita causa vtendi vxori à viro: non autem indistincte omnia,quæ possent cõtineri in mũdo. si autem diceremus contineri indistincte omnia quæ possent cõtineri in mundo, maxima captio esset hæredũ testatoris, si ipse testator erat uasculari?, aut faber argentarius, qui pleraque ad mundum muliebrem pertinẽtia habebat venalia,in q̃bus forte emendis causa lucri posuerat totum suum.

¶ Cum ita legatum. Titius deposuit apud me quatuor marcas argenti. Item commodauit Seio quatuor scutellas argenteas: & postea fecit testamentum, & ita in eo dixit: argentũ quod in domo mea erit,cum moriar lego Caio: & postea decessit.nunc quæritur an videatur legatũ Caio dictum argẽtum commodatum. & depositum? Et dicit Offilius quòd nõ. & Cascellius dixit idẽ de argento p̃dicto commodato, sed de argento deposito dubitauit. Labeo autem distinxit in dicto argento deposito,scilicet aut erat depositum p̃sentis custodiæ causa,aut ꝑpetuæ custodiæ causa. Primo casu debẽt dicto legatario,secundo nõ. Et est ratio quare deberetur in primo casu:quia dicta verba testõris, quod in domo mea erit & cętera,sic accipiuntur,siue solẽt esse & cætera.i.uerba testatoris argẽtum, quod in domo mea erit cum moriar & cæterã, exponuntur,i.argentum etiam quod in domo mea esse debet. p̃dictũ autem argentum deposituũ debet esse in domo testatoris, id est, debet intelligi esse in domo testatoris cum fuit depositum p̃sentis custodiæ causa sed quid si dictus testõr legauit dicto Caio argentũ,quod in fundo Tusculano,cum moreretur testator, habuisset idẽ testator,& postea antequam moreretur idẽ testõr, fecit transferri in dictum fundum 100. marcas argenti, ut ibi ꝑpetuò essent,nunquid illud argentũ sic translatum debebitur legatario? Et dicitur quod sic,non aũt ei deberetur, si fine iussu testatoris esset translatum in dictum fundum Tusculanum. Viu.

Si vxori mundus. Quid sit mũdus,dic,vt ſ.e.l.argumento

mento. §. mundus. Acc.

a Ex his. Mundo contentis. Acc.

b Tradita. Idem si destinata: vt ſ. de lega. 3. l. itē legato. §. item interest. si autem nil datū, vel destinatū est, teneretur quantum ad eius vsum sufficit: vt ſ. de le. 3. l. cum quæreretur. §. lana. in fi.

Captio vitanda est.

Captionem. Quę euitari debet: ut j. de vſuca. l. ſi rem. & ſ. quod met. cau. l. ſi cū exceptione. §. aliquando, & de translact. l. cum Aquiliana, & de contrahen. emp. l. in lege.

c Vaſcularius. Qui facit vaſa, in quib⁹ continent pertinentia ad mundum, & vendit. Item dicitur faber cū ſit largum verbum: ut j. de verb. ſignifi. l. ferri. §. 1.

d Depoſitum. Quidam dicunt ab alio depoſitum, vel commodatum apud ſe teſtatorem, pro quibus eſt ſ. l. proxi. in prin. §. 1. quod dicit à ſe ſcilicet legatū: ſed melius dicas à ſe depoſitum apud alium, uel commodatum alij.

e Idē. Scilicet non deberi. Acc.

In P.F. veluti depoſitū thesauri eēt.

f Cuſtodiæ. Quaſi poſſit habere teſtator quando vult. ſed in commodato ſecus, niſi vſum perficiat commodatarius: vt ſup. commo. l. in commodato. §. ſicut.

g Theſaurus. Impropriè dicitur theſaurus hic, vt & aliàs ſ. de rei vend. l. à tutore. Et not. q̄ quæ ꝓpetuitatis cauſa, vel quaſi inde amouentur, non videtur eſſe, aliàs ſic', vt ſup. de leg. 1. l. huiuſmodi §. legatum. & de leg. 3. l. ſi ita. cum ſuis concord.

h Solebat. Sic ergo futurum ponitur pro prēterito. ſic j. de verb ſign. l. verbum erit.

i Habuiſſet teſtator.

k Vrbe. Scilicet Roma.

l Iniuſſu. Id eſt, non iuſſu. ad quod ſup. de leg. 2. l. cū ita legatur. in prin.

m Translatum. Vt ibi perpetuò ſit. Acc.

Medico. Titius paterfa. diuerſis tēporibus reipub. cauſa abfuerat: & ſecū duxerat Seium medicum, & in qualibet vice portauerat ſecū dictus Titius de vaſis argēteis in via neceſſariis: poſtea fecit teſtamentum, & dicto medico inter cętera ita legauit, argentū viatorū meum dari volo Seio medico meo cōtubernali, & comiti cōmuniū expeditionū. & poſtea deceſſit: nūc quęritur, quod argentū viatoriū videatur eſſe comprehenſum in hoc legato? Et dicitur quòd debetur medico omne argentū viatoriū, quod teſtator habebat eo tempore, cū faciebat teſtamentū.

deberi Offilius, & Labeo reſponderunt, quę ex his tradita utendi cauſa vxori à viro fuiſſet. aliter enim interpretātibus, ſummam fore captionē, ſi vaſcularius, aut faber argentarius vxori ita legaſſet.

Argentum quod eſt depoſitum vel commodatum vt habeatur de proximo, in domo eſſe videtur. Bar.

Cùm ita legatum eſt, Argentum, quod domi meæ erit, cum moriar; Offilius, nec quod depoſitum eſſet à ſe, nec quod commodatum reliquiſſet argentum, legatum videri reſpondit.

Idem Caſcellius de cōmodato. Labeo quod depoſitum eſſet, ita deberi. ſi præſentis cuſtodiæ cauſa, non perpetuæ, veluti ſi depoſitus theſaurus eſſet, quia illa verba, quod domi meæ erit ſic accipi debere, eſſe ſolebat. Et hoc probo. Atteius Seruium reſpondiſſe ſcribit, cui argentum, quod in Tuſculano fundo, cùm moreretur, habuiſſet, legatū eſſet: & quod antè, quàm moreretur, ex vrbe in Tuſculanum iuſſu teſtatoris translatum eſſet, deberi, contra fore ſi iniuſſu trāslatū eſſet.

Oratio indefinita reſtringitur ad præſens tempus.

XLII.

Medico ſuo contubernali, & comunium expeditionum comiti, inter cætera ita legauerat: Argentum viatorium meum dari volo. Quæſitum eſt, cùm paterfamiliàs in diuerſis tēporibus Reipublicæ cauſa abfuerit, quod viatorium argentum hoc legato comprehenſum eſſe videatur. Reſpondit, quod habuiſſet argētum viatorium eo tempore, cum teſtamentum faciebat, deberi.

Dictio hoc amplius, legati dationem inducit.

Vxori ſuæ teſtamento ita legatum eſt, Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare. Quæſitum eſt, an etiam id argentum, quo conſueuit uti, legato cedat. Reſpondit, omne legatum videri.

Legato generis non derogatur per legatum ſpeciei inualidum. Bar.

Mulier decedens, ornamenta ita legauerat, Seiæ amicæ meæ ornamenta vniuerſa dari volo. Eodem teſtamento ita ſcripſerat, Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quęcū que ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamētis, lineas duas ex margaritis & viriolas ex ſmaragdis. Sed neque hæredes, neque maritus cum humi corpus darent, ea ornamenta, quæ corpori iuſſus erat adijci, dederunt. Quęſitum eſt, vtrum ad eā, cui ornamenta vniuerſa reliquerat, ꝓtineāt, an ad hæredes? Reſpondit non ad hæredes, ſed ad legatariā pertinere.

¶ Vxori. Titius legauit ita vxori ſuæ, Semproniæ dominæ meę hoc amplius ego argentum balneare. certè continetur legato non ſolū illud argētum, quo vtebatur Titius in balneo diebus non feſtiuis, ſed etiam illud, quo vtebatur Titius i balneo diebus feſtiuis.

¶ Mulier. Titia decedens, ornamenta ita legauit Seiæ: Seiæ amicæ meæ dari volo vniuerſa ornamenta mea: & poſtea ita ſcripſit i eodem teſtamento, volo me funerari arbitrio viri mei & volo mihi vel mecum inferri in ſepulturam quęcū que ſepulturæ meę cauſa feram vſque ad ſepulturam ex ornamentis meis ſcilicet lineas duas ex margaritis meis, & viriolas ſex ex ſmaragdis meis, & poſtea deceſſit dicta Titia teſtatrix. maritus autem ſuus, & hæredes ſui Titiæ non ſepelierunt cū ea teſtatrice ornamēta prædicta, quæ corpori teſtatricis iuſſi erant adijcere. ſcilicet duas lineas margaritarū & ſex viriolas ſmaragdorum. nūc quæritur ad quem debeant pertinere, vtrum ad Seiam, cui ornamēta vniuerſa reliquerat, an ad hæredem? Et reſpon. quod ad Seiam debent pertinere. Viu.

Ex hoc textu infero ꝙ inde finitū quidoque tra hit ad ſuturū. Bar. in l. ſi ita. j. de auro, & arg. leg. in l. ſi. quę res pi. ob. pot. vbi de indefinita oratione plenè tractat.

n Contubernali. Qui ſecū in caſtris cohabitabat, vt ſ. commo. l. rem. §. in exercitu. Acc.

o Teſtamētū. no. inſpici p̄ſens, ſeu teſtamēti tps. ut. ſ. de le. 3. l. nomē. §. 1. & l. vxorē. §. teſtamēto, & l. nupes. §. his verbis. in pr. & j. ti. 1. l. Aurelius. §. 2 & 3. & l. fi. §. fi. & ſ. de cōſt. pec. l. itē illa §. ꝙ adiicit. & ſ de teſt. l. ad teſtiū. §. 1. & ſ. e l ſi ita. Ar. contra, ſ. tit. 1. l. Mela, §. j & C. q̄ res pig. ob. poſ. l. fi. & ſ. de tri. vi. & ole. leg. l. q dā. in pr. & C. ne de ſta. defu. l. ſi mr. & de le. 2. l. ſi ita q̄s. Omne legatū. Eſt nempe humanius verbo generali omne argentū ſignificari, vt ſ. de ſerui. urba. prę. d. l. ſi ſeruitus. Ro. & dic oē, ſcilicet balneare. & facit ſup. de tri. vi. & oleo leg l. quidā. in prin. & j. tit. 1. l. Aurelius.

lius. §. 2. & ſ de leg. 3. l. ſi tibi purè.

a Inferri mihi. Id eſt, ſepeliri mecum. Acc.

b Ornamentis. Subaudi ſcilicet. & ſic reſtringit prędicens, quæcunque.

c Viriolas. Genus ornamenti, vt boconcelli, vt canole ta, & ſmaragdi ſunt intus in bocōcellis: vt ſ. e l. argumento. §. ornamēta, in quo ſex ſmaragdi, id eſt gēmę inſunt: ut ſ. eo. l. etſi non ſunt. §. gemmæ. Accu.

d Adijci. Id eſt adjicere.

e Pertinere. Vel ꝙa inepta fuit volūtas. vt ſ. de leg. 1. l. ſeruo alieno. §. fi. Vel quia ſub cōditione videtur ademiſſe ab vniuerſa li legato. f. ſi ſecū ſepeliantur: vt ſ. de leg. 2. l. antepe. §. a te. & j. de excep. do. l. pure. in prin. & ſ. de cond. ob cau. l. ſi hæres. & j. de conditio. & demonſtratio. l. ſi cum. & l. quibus. §. fi.

† Linea hic ſumit, quēadmodū ſ. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi cum maritus. pro lineo. f. flo. ſeu funiculo. q̄ p medios vniones p tuſos trāſigi ſolet.

DE LIBERATIONE legata.

Mnibus. CAESVS Titius ꝓmiſit mihi Stichum, & Pamphilum ſeruos ſuos. ego autem feci teſtm, & legaui ei ipſos ſeruos, vel propter eos liberationem. certè valet legatum, licet Titius ſit dominus Stichi, & Pamphili prædicti. omnibus enim debitoribus rectè legantur ea, quæ debent. Sed quid ſi dicat. Titius nō ꝓmiſerat mihi dictos ſeruos ſed obligauerat mihi pro decem pone, & ego legaui ei eos? Certè valet legatum ſimiliter: & habebit actionem contra hęredem meum, vt recipiat ſeruos ſignoratos prius, quam ſoluat pecuniā, ſi autem liberatur propter hoc a debito, niſi hoc voluiſſet teſtator: quia tunc bene liberatur a debito, ſicut li beraretur, ſi debitor fuiſſet pignus ſoluendo creditori pecuniam.

* Etiā, nō eſt i P. Fl.

e Legantur. Vt inſt. de leg. §. ſi quis debitori. Acc.

f Domini. Vnde communi ratione videbatur non valere: vt Inſt. de leg. §. ſi rem legatam. & ſup. de leg. 2. l. Mœuius §. pe. in fi. Acc.

g Valere. Valet ergo in propria re legatarij. & ſic eſt contra C. de leg. l proprias, & aliæ plures. Sol. valet ratione iuris qd̄ habet teſtator, vt ſ. de leg. 1. l. ſi domus.

Poteſt legari alicui res ſua, quam debet alteri actione perſonali, vel ſi eſt alteri obligata.

Vlpianus libro ſexto ad Sabinum. I.

Omnibus debitoribus ēt ea, quæ debent rectè leguntur licet domini eorū ſint. Iulianus ſcribit, ſi res pignori data legetur debitori à creditore, valere legatum, habereque eum actionem vt pignus recipiat prius, quàm pecuniam ſoluat. Sic autem loquitur Iulianus, quaſi debitum non debeat lucrari. Sed ſi alia teſtantis voluntas fuit, & ad hoc peruenietur, exemplo Iuitionis.

Damnatus hæres non petere a fideiuſſore petere poteſt a reo principali, ſecus econtra.

Pomponius libro vicēſimo ad Sabinum. II.

Ærēdem damnatum à fideiuſſore nō petere, a reo petere poſſe, ſed a reo petere vetitum, ſi a fideiuſſore petat, reo ex teſtamento teneri Celſus putat. Idē Celſus ait, nullā dubitationem habere, quin hęrede petere a debitore vetito, nec hæres hęredis petere poſſit.

Qui dat, vel dari mandat inſtrumentum: videtur liberationem relinquere. Ber.

Vlpianus libro ſexto ad Sabinum. III.

Liberationem debitori legari poſſe, iam certum eſt. Sed ſi chyrographū quis decedens debitori ſuo dederit exceptionem ei

† Huc pertinet exē. cōtrouerſiæ inter Thebanos & Theſſalos, quod eſt apud Quin. lib. v. cap. de arg.

h Contubernali. Qui ſecū in caſtris cohabitabat, vt ſ. commo. l. rem. §. in exercitu. Acc.

i Teſtamētū. no. inſpici p̄ſens, ſeu teſtamēti tps. ut. ſ. de le. 3. l. nomē. §. 1. & l. vxorē. §. teſtamēto, & l. nupes. §. his verbis. in pr. & j. ti. 1. l. Aurelius. §. 2 & 3. & l. fi. §. fi. & ſ. de cōſt. pec. l. itē illa §. ꝙ adiicit. & ſ de teſt. l. ad teſtiū. §. 1. & ſ. e l ſi ita. Ar. contra, ſ. tit. 1. l. Mela, §. j & C. q̄ res pig. ob. poſ. l. fi. & ſ. de tri. vi. & ole. leg. l. q dā. in pr. & C. ne de ſta. defu. l. ſi mr. & de le. 2. l. ſi ita q̄s. Omne legatū. Eſt nempe humanius verbo generali omne argentū ſignificari, vt ſ. de ſerui. urba. prę. d. l. ſi ſeruitus. Ro. & dic oē, ſcilicet balneare. & facit ſup. de tri. vi. & oleo leg l. quidā. in prin. & j. tit. 1. l. Aurelius.

k Prius quam. Quod aliàs non eſſet: vt ſ. de pig act. l. ſi rem. §. omnis.

l Lucrari. ſ. legatario eo ꝙ ſit legatum ei pignus.

m Fuit. Scilicet quod omnis obligatio remittatur, qd̄ præſumitur ſecūdū R. quod non placet: & aliud eſt in cautione, & eſt ratio differentiæ: vt no. ſ. de pact. l Labeo, & l. poſtquam.

n Luitionis. Id eſt ſicut liberā pignus ſolutione debiti, ita per legatum, ſi hoc expreſsè voluit teſtator, & facit ſ. de leg. 2. l 3. §. fin.

Ærēdem. CAESVS Titius debebat mihi x. & habebā ab eo fideiuſſorem, feci ego teſtamentū, & in eo damnaui hæredem meum, vt non peteret à fideiuſſore p̄dicto: nunquid poterit hæres petere à reo principali? Et Celſus putat quòd ſic, ſecus autem credit cōtra, ſcilicet ſi dānauit hæredem, ne peteret à reo. nā eo caſu ſi petat à fideiuſſore, hæres tenetur reo actio. ex teſtamēto. illud autem quod nō poteſt hæres petere à reo ꝓpter liberationē, non poterit petere etiā hæredis hæres. Viu.

o Hæredis. Perſonæ. nec enim cohæret perſonæ hęc ꝓhibitio, niſi exprimat contra: vt arg. j cod. l. non ſolum noſtrum. §. 1. & 2. & ſ. de leg. 1. l. ſeruo alieno. §. teſtamento. & facit ad hanc l. j. de fideiuſſo. l. teſtamento. in princ. & ſ. de pact. l. hæredi. §. fi. & ſeq. vſque ad l. ſi vnus. & de probat. l. ſi pactum. C. de hær. inſt. l. fin & de vſufruc. leg. l. antiquitas. & infra de verb ſign. l. hæredis & ſup. de teſta. tut. l. ſi quis ita. §. 1. & de leg. 3. l. ſi plures. in fi. & j. de verb. ſign. l ſciendum. in prin. Acc.

p Liberationem. CAESVS Per l. j. huius tit. patet, ꝙ liberatio poteſt debitori legari. Sed q̄d ſi decedēs reliquit dādum debitori ſuo chyrographū debiti: certē competit exceptio debitori cōtra hæredē: & idē credo, ſi ipſimet decedens dedit chyrographum debitori. & pro hoc faciunt verba, quæ ſunt in fi. quaſi pro fidei. &c. quodcunque tamen dicas, non facio vim. Viu.

q Certum eſt. Vt ſ. eo. l. 1.

r Dederit. Ipſemet. licet hoc nō ſit de natura legati, ſed

sed donationis causa mortis. Vel dic, id est dandum reliquerit. & facit C. de dona. l. j. & fi. de leg. 3. l. qui chyrographum & de le. j. l. fœnum fili. §. eũ qui. & de pact. l. Labeo. & C. de remiss. pi. l. creditorem.

Seius debebat Caio decẽ:

SI quis decedẽs. & inde erat chyrographum. Caius autem decedens dictum chirographum dedit Titio, vt post mortem suam Caij deridem Titius dicto Seio: aut si conualuisset Caius creditor, sibi creditori redderet Titius dictum chyrographũ, & postea decessit Caius donator, & postea dictus Titius dedit dictum chyrographum dicto Seio. hæres autem dicti Caij donatoris petit à Seio dicta 10. Seius certè habet cõtra eum doli exceptionem.

In P.F. τεμάτιον est capitis pœnẽtis & incipit, Iulianꝰ etiã lib. 40. Digest. scribit, si qs &c.

¶ Nunc de effectu. Viso qualiter liberatio potest legari debitoribus, videndũ est de effectu legati liberationis. Et certè si mihi sit relicta liberatio, cum solus sim debitor, siue hæres creditoris petat à me, excepti. uti possum: siue nõ petat, possum agere cõtra eum, vt me liberet. sed & si cum alio sim debitor, puta quia sumus duo rei promittendi, & mihi soli voluit consultum testator qui mihi liberationem reliquit agendo ego contra hæredẽ cõsequar, vt liberer pacto, & non per acceptilationẽ: ne etiam conreus meus liberetur contra volũtatem testatoris, nisi essemus socij ego, & dictus meus cõreus, quia tunc bene deberet liberari per acceptilationem, etiam si testator voluit mihi soli cõsultum, & illa acceptilatio proderit etiam dicto meo cõreo, & cõsocio. nam si diceremus in hoc casu non liberandum me per acceptilationem, ego viderer inquietari, dũ inquietat ab hærede dictus meus cõreus, idemque socius, quod esse non debet. Sed nũquid dictus meus cõreus, & socius habetur in hoc casu pro legatario, scilicet vt possit agere ex testamento, vt liberetur? Et dicitur quod sic, liberatio est mihi relicta non solum mea contemplatione, sed etiam sua. Itẽ & in alio casu habetur pro legatario etiam ille, cui non est legatum: quia si Caius meus amicus legauit Titio creditori meo illud, quod ego eidẽ Titio debebã & hoc fecit gratia mea, vt ego liberarer: nã in hoc casu etiam sum legatarius, quãuis nihil sit mihi legatum & possum agere contra hæredẽ dicti Caij, vt soluat debitum creditori meo prædicto, & etiam creditor meus est legatarius, quãuis ego sim soluendo. nam interest dicti mei creditoris habere duos conreos, scilicet me, & hæredẽ dicti Caij mei amici. & potest agere dictus meꝰ creditor actione ex testamento contra hæredem dicti Caij, non tamẽ aliter debebat hæres ei creditori condemnari, quã si cauetur eidem hæredi per eundẽ creditorẽ quod ipse creditori defendat eum aduersus me debitorem. Item & si ego debitor agam contra dictum hæredẽ Caij, nihil amplius debet mihi hæres præstare, quam vt me defendas aduersus dictũ meũ creditorem. h d cũ l. seq. Viti.

Si quis decedens. Alias est. §. alias lex: & continuatur præcedenti materiæ.

Seij. Id est, in quo Seius erat debitor, & facit. j. de don. cau. mor. l. mortis cã §. Titia. & j. de doli except. l. apud § præterea. & C. de fideicom. l. si creditoris Acc.

Per acceptilationem. Facit j. co. l. p mihi. & j. vt in posl. leg. l. 1 § si debitori. & C. de fideicom. l. si creditoris. & Infrit de leg. l. si quis. debitori.

d Mini soli. Quod semp præsumimus, nam pactum vni factum alteri non proderit. cum illius cui fit pactum, nõ interesset prin. ipaliter aliũ non soluere: vt s de pact. l. & hæredi. §. fin nam & si soluẽdi, mandati actionẽ non habet quasi videatur adinuicem fideiussitie. alij cõtr. quod dic vt not. C. de duo. reis. l. 1.

ADDITIO. Tu cõtrearis cõtrarium secũdum Bart. hic, quod pro illa parte pro qua qs habet regressum cõtra me legatarium, proficiet ei liberatio vt infra, in glossa magna.

Liberabor. Sed nũquid habeo exceptionem sine pacto, vt s. prox. ergo superuacua fit. sed hoc nõ debet fieri vt j. vt leg. no. ca. l. hæc stipulatio §. diuus. Resp. hoc fit gratia tollẽdæ dubitationis: ar. C. de inter. ma. l. 3. Alij. dicunt contra: vt s. de pet hære. l. pe. quod nõ placet: quia ibi de cautione, hic de pacto dicit. Itẽ quæ est ratio diuersitatis inter pactũ, & acceptilationem? Resp. quia acceptilatio est solutio: vt Inst. quib. mo. tol. obli. §. 1 quæ facta ab vno proficit vtrique, vt j. de duo re. l. 3. §. fi. & sic est in rem ad quod est supra de inoff. test. l. nihil §. si at pactum nõ egreditur personã, vt s. de pact l. si vnus. § ante omnia.

Inquietor. q. d per obliquũ, quod esse nõ debet: vt C. de viu rei iud. l. si §. fi. & j. e. l. si qs reum. §. 1. Acc.

Socij. Omnũ bonorũ, vel in illo debito, quia acceperamus mutuum in causam alicuius societatis conuentionalis. quod enim facit totum quo ad totũ, hoc facit pars quo ad partem: vt no supra de vsu. l. qui scit. Sed pone nõ fumus socij. nunquid cõreus remanebit in solidum obligatus me liberato per pactum? Videtur quod sic: vt j. de fideiuss. l. Vranius. § igitur alterum. & si est, quomodo cõsuletur ei? Nam per cessionem actionis non: vtpote me liberato pacto. Itẽ actione p socio non: quia nõ est societas. Negotiorum gestorũ, non: quia cum iam sim liberatus, nõ gessit meum negotium. rursus si teneret, non proficeret mihi pactũ. ad hoc dic quod de rigore iuris tenetur in solidum: vt dicta lege Vranius. de æquitate non propter rationes prædictas. & per l. supra de nego. gest. l. si ex duobus. Item hodie constat nõ teneri in solidũ nisi secũdum formam authentic. de duob. reis in prin. & facit ad hãc distinctionẽ sint socij, vel nõ. s. de arb. l. si duo. & si quis cau. l. si duo. & de duo re. l. si duo. Acc.

Si socij.

a Si socii. Id est, quia.

b Scriptus, scilicet, hæres.

Contẽplatione secus si contemplatione vnius tãtum: quia licet cõmodum ad vtrumq; veniat propter societatem tamẽ solus dicitur legatarius, & solus agit ex testamento nominatus, vterque tamen si conueniatur habet exceptionem nisi repudiauerit legatum nominatus. & probantur hæc p legem istam, & j. de cond. & demonst. l. Titio, § fi. & s. de leg. 3. l. fideicommissa. §. interdum. & l. nomẽ. §. fi. & de leg. j. l. seruo legato §. fi testator. Sed videtur contra s. de leg. 1. l. si cui. §. fina. Sol. vt ibi.

ADDITIO. Dic secundum Bart. p ita demum creditor habetur vt legatarius, si testator ei profiere voluit. in dubio enim fauore debitoris præsumitur proficere cui plus prodest: vt l. fideicommissa §. interdum. s. de leg. 3.

a In hoc casu. Scilicet qui sequitur. nã &c.

a Creditoris. Si eiꝰ gratia sit relictum.

Duosreos. sed hoc non sufficit, nisi & creditoris contemplatione sit relictũ & continua. l. seq.

Vid ergo. Defẽdat. Quod si non faciat. ad interesse tenetur, id est quatenus creditori est præstaturus, vt j. eo. l. post emancipationẽ, & s. ma. l. si mandato. in princ. & §. 1. 2. & 3. & facit sup. l. proxi. cum suis concor. & s. de iur. do. l. cum pater. & j. eod. l. non solum debitorẽ. in princ.

*In P. Fl. cum agere poterit creditor &c.

I quis reũ. Ego reus debeꝛã fideiuſ. meo creditori, & ipse meus creditor le gauit mihi liberationem. Certe hæres creditoris dẽt me liberare per acceptilationẽ: vt sic liberatio perueniat ad fideiuſ. meũ. alioqui si hæres creditoris cœperit cõuenire fideiuſ. meũ, alia ratione videor ego conueniri. i. quantũ ad effectum bursæ meæ vacuandum. Nã fideiussor recuperabit à me, quicquid soluit hæredi creditoris mei. In duobus tũ casibus ego reus non sum liberãdus nisi pacto personali, vt sic nõ queniat liberatio ad fideiussũ meum. Vnus casus est, quando fideiussit pro me causa donationis. & sic nõ habet regressum contra me. Alius casus est, quando pecunia mutua peruenit ad fideiuſ. & ipse me dedit reum vice sua, ipseque fideiussit: quo etiam casu nõ habet regressum contra me, q. quidẽ duo casus sunt contra cõmunem regulam. Nam regulariter pacti exceptio reo competens datur fideiussõ. sed nequaquam hoc dicamus scilicet liberationẽ reo legatam prodesse fideiussori, quod contraria sit mens legantis in hoc, & etiã quando sit contraria mens pacisc̃tis, sicut videl. fuisse in dictis duobus casibus. Sed quid si dictus meus creditor legauit liberationem dicto meo fideiussori. Certè pacto personali erit liberandus fideiussor: vt sic liberatio ad me non perueniat. nisi in duobus casibus. Vnus est, si ipse fideiussor fuit verè reus, id est veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, & sic punitur tanquã fideiussor. Alius casus est, si ego reus eram socius in eam rem: vt quia ego, & ipse accepimus mutuum in societatem aliquam. his enim duobus casibus debet fideiussor per acceptilationẽ liberari, vt sic ad me perueniat liberatio. hoc dicit vsq; ad §. Idem Iulianus. Viu.

Ibidem. scilicet vbi scripsit de duobus reis: vt supra l. 3. §. nunc de effectu ibi, sed & si cũ alio &c. Acc.

Cœperit. scilicet hæres.

P.Flo. at quin.

Conuenierit. Quod esse non debet. vt supra eod. l. 3. §. nũc de effectu. ibi, aliqui & cætera.

Pecunia Scilicet mutua. quod quandoque fit: vt supra ad Mace. l. sed Iulianus. in princ.

a Pacto personali & sic personæ cohærẽs exceptio non proficit aliis: vt j. de excep. l. exceptionis. in prin. Sed ar cõtra. s. ad Vel. l. si mulier. §. si ab eo & facit ad prædicta s. ad Mac. l. sed & si pater. § nõ solum. & de pact. l. quod dictum. & l. fideiuſ. & j. de fideiuſ. l. Marc. & l. si testamento. in princ.

Dicere. Scilicet regulariter. idẽ in quolibet rei cohærente, quod hic dicit pacti: vt j. de excep. l. omnes, sic ergo inutile est huius legis consilium de pacto.

Sed

a Sed cum alia sit mens. Construe. sed nequaquã hoc dicendũ est, ſ liberatione legata reo quod profit fideiussori, vel pactum factum reo, quòd proficiat fideiussori: cum. id est, quando alia est mens legantis, vel paciscentis, quod in duobus præmissis casib. præsumitur. sic ergo non sit differentia inter legantem. & pasciscentẽ: sed inter istos ex vna parte, & predictam regulam, alioqui &c.

mens legantis, alia paciscentis: nequaquã hoc dicimus. Quòd fideiussori sit liberatio legata: sine dubio (vt & Iulianus scripsit) pacto erit fideiussor liberandus. Sed & hic puto interdum acceptilatione liberandum, sit vel reus ipse verè fuit, aut in eam rem socius scripsit.

b Sed & hic. Id est, hoc casu cum legatur liberitio fideiussori.

c Reus ipse. Si fideiussor verè fuit re', id est veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, vt, p suo defensore iustificatũ soluit: vt ſ. qui satisda. cogan. l. de die. §. qui mulierem. vel ipse mutuum acceptur as fecit alium accipere, & ipse fideiussit. vt ſ. ad Maced. l. sed Iulianus. in prin. & ſ. de pact. l. ſi fideiussor. Accu.

P. Fl. Socius reus Haloã. legit vt hic. aliàs socius facit.

d Socius. Vt ſi duo accipiant mutuũ in societate ali qua. nam quilibet videtur hoc casu ſi debere, p alio etiam, secũdum Ioan. vt no. ſ. ad Velle l. vir vxori in fi. est ergo fideiussor vnus pro alio. Item contrà. ibi ſocius. & legata liberatione vni debet acceptilatione liberari: vt ſ e. l. 3. §. sed quid ſi socij. & vno sic liberato liberatur & alter: vt ĵ de duo. re. l. 4 §. 1. sed ſi creditor fuccedat vni eorum, pro parte tantum tollitur obligatio: vt. ĵ. de fideiuſſ. l. Vranius. §. ſi. quod est notandum.

e Idem Iulianus. Titius filius Seij debebat mihi centũ, ego feci testm̃, & instituto mihi hærede legaui liberationẽ dicto patri: & decessi. Certe hæres meus dẽt liberare dictum Seium Titii patrẽ per pactũ personale: vt ſic filius suus nõ libereẽ. Sed quid ſi nihil erat in peculio dicti filii cedẽte die legati liberationis pr̃i a me creditore relicti? nunquid erit verũ quod dictũ est. ſ. q. pr̃ libereẽ per pactũ? Et videtur q nõ, qa nihil videtur pr̃i prodesse pactũ prędictũ cũ essi pactũ ei nõ fieret, tñ nõ teneret, ex eo, q nihil erat, vel est in peculio filii. Rñdetur tñ hic, q nihil refert, quantum ad hoc: vt pr̃i debeat fieri pactũ, & ei prodesse, fuerit aliquid in peculio die legati cedẽte necne. pater. n. cõsequit̃ securitatẽ per hoc legatũ liberationis sibi relictæ de eo quod postea creſcit peculiũ. Nã ſi quid ẽ in peculio spectatur tpe rei iudicandæ ẽt nedũ pręcedenti tẽpore. Huic aũt patri cui ego creditor filii legaui liberationẽ, similis est maritus quondam, cui vxor sua quondam post diuortium bona gratia factũ legauit liberationẽ dotis, nã & hunc maritũ quondã legatariũ esse dixit Iulianus Iurisconsultus, licet non ſi soluẽdo die legati cedeante. i. tpe mortis vxoris iuæ testatricis. & quantũ ad hoc est legatarius dictus maritus: vt ſi postea efficiatur soluẽdo, prosit ei legatũ liberationis. Itẽ & vtrũ ĵ. ſ. patrẽ, & maritum prędictos ait dictus Iulianus non posse repetere ſi soluerit hæredi creditoris, quia legaui liberationem: & verum dixit quantum ad maritũ, quia maritus soluit a se debitũ, licet soluẽdo nõ esset tpe solutionis. sed quantum a patrẽ maledixit, nã pr̃ bene potest solutum prædictũ repetere. nondum enim erat debitor cum soluit. soluit autem cum nihil erat de peculio, vt dictũ est. pater eñ nihil debet, niſi quatenus est in peculio filii, imò & ſi vellemus dicere, & malè, patrẽ esse debitorẽ cum nihil est in peculio filii: attamẽ esset loco debitoris conditionalis. inest enim cõditio ſi peculiũ filii creſcat vſq; ad tps rei iudicandæ (vt dictum est) quem debitorem conditionalem, nõ ambigitur posse repetere quod soluit. Sed retento eodem casu pone, quod ego creditor dãnaui hæredem meũ, q liberaret filium Seii meum debitorẽ. nunquid erit filius per acceptilationem liberandus, vt ſic etiam prosit patri, an vero personali erit pacto liberandus? & resp. q et liberãdus per acceptilationem: ni ſi ego creditor, idẽque testator ſenſit contrarium, i. ne filius inquietetur: nõ etiam pater ne inquietet. imò quod bene inquietetur pater: tunc enim acceptilatione eum filiũ non liberandum dixit Iulianus, ſed pacto ſolummodo personali. Item pone, quod dictus Seius pater Titii prædicti fideiusſit pro filio

licta, debet liberari pacto, etiam ſi nihil est in peculio. ſed ſi filio liberatio relinquitur acceptilatione liberabitur. Bart.

Idem Iulianus eodem libro ſcripſit: Si filius familiàs debitor fuerit, & patri eius fuerit liberatio relicta: patrem pacto liberandum esse, ne etiam filius libereretur. Et parui (inquit) refert. ſi ſit aliquid in peculio die legati cedente, necne. ſecuritatem. n. pater per hoc legatũ cõsequitur maximè, inquit, cũ rei iudicandę tps circa peculium ſpectetur. Huic patri ſimilem fecit Iulianus maritum, cui vxor post diuortium liberationem dotis legauit. nam & hunc licet die legati cedente ſoluendo non ſit legatarium esse, & vtrumque ait ſolutum repetere nõ posse. Sed est verius (quod Marcellus notat) patrem repetere posse. nõdum n. erat debitor, cũ ſolueret: maritum non posſe q debitum ſoluerit. Patrem enim & ſi quis debitorem exiſtimauerit: attamen loco esse conditionalis debitor s, quẽ ſolutum repetere posse non ambigitur. Sed ſi damnatus ſit hęres filium liberare: non adijcit Iulianus, vtrum acceptilatione filius, an pacto ſit liberandus. ſed videtur hic ſentire, quaſi acceptilatione debeat liberari, quę res patri quoque proderit. Quod obtinendum est, niſi euidenter approbetur contrarium ſenſiſſe testatorem: id est, ne filius inquietetur: non etiam ne pater. tunc enim acceptilatione eum non liberandum, ſed pacto.

P. Fl. pecere.

f Legatariũ. Quia filius diues est: vt ĵ. ad l. Fal. l. quęrebatur. §. ſed cum debitori. ſed in patre ſecus: quia nõ est legatarius, ſi nihil est in peculio, vt ĵ. e. l. uidemus. In quo est ergo hęc ſimilitudo. Respõd. ſi ſunt, vel erant ſoluendo. Item in opponendo pacti beneficio.

Aliàs hoc.

g Non posſe. Sed cum liberatio mari to ſit legata, & pactum factum, & ſic perpetuã habet exceptionẽ: ergo post ea ſolutũ repetit: ut ſ. de cond. inde. le. ſi non ſortem. § adeo.

Etiam, non est in P. Flo.

h Non tamen liberatum ad illud tempus remanet obligatum. Bal. in l. cum qs. 7. co. C. de iu. & fatig. Bar. & Ale. in l. ſi §. procurator. ſ. rẽ ra. hab.

quæ est contra. Sol. hic ad tẽpus fuit liberatio relicta, qđ potuit. vt ĵ eo. l. non ſolum §. 1. & ſic est in diem debitor. vn de non repetit: vt ſ. de condi. indeb. l. in diem. ſecus in patre qui nihil interim debet, quando nihil est in peculio. vel huic fuit legata liberatio perpetuo: ſed ob cauſam. quæ locum non habuit, vel ceſſauit, ſecundũ Azo & H. Vel dic quod hic nõ erat adhuc pactum factum, nec forte aliquid legatum ei: & tunc concor. ſ. de condit. & indebi. l. quod nomine. & l. ſeq. Acc.

i Repetere posse. Imò videtur quod non. vt ſ. de con

di. indebi. l. ſi is. cum quò. quæ est contra. Sol. ibi, noũe filij: hic ſuo, arg. ſ. de conſtit. pec. l. 1. in fi. & l. 2. Acc.

Debitor. No. patrem non. debere, niſi quatenus est in peculio: vt ĵ. eo l. videamus. & ſ. de pecul. l. quoties. §. ſi femel. & C. ne filius pro patre. l. 1. Acc.

Si liberatio relinquitur ei qui duobus iuribus tenetur, ab vtroq; liberandus eſt in dubio, niſi aliter ſit actum.

Idem Iulianus ſcripſit, ſi pro filio patre fideiusſerit, eique liberatio fit legata: eum pacto liberãdum quaſi fideiuſſorem, nõ quaſi patrem: & iõ de peculio posſe conueniri. Hoc ita demum putat, ſi duntaxat quaſi fideiuſſorem eum voluerit testator liberari. cę: erũ ſi & quaſi patrem: & de peculio erit liberandus.

Ad Scævolam lib. ſ. Epistolarum VII.

Oſt emancipationem vero filij eatenus pater actionem habebit, quatenus aliquid ex peculio, aut in rem verſo pręſtaturus est. id enim legatorum nomine ad patrẽ pertinebit quod eius intererit.

Quod vnus poteſt ad ſucceſſionem alterius venire in eſtimando intereſſe non debet inſpici. Bart.

Illud quęri potest, an eo quoque nomine pater ex testamento agere posſit, vt & filius actione libereꝛur? Quibuſdã eouſque extendi actionem placebat, quia patris intereſſe videretur, ſi peculium filio post emancipationem conceſsiſſet, ius eius integrum permanere. Ego cõtra ſentio: nihil quicquã amplius

Exiſtimauerit. Falſo tamen, vt modo nota.

Non ambigitur. Vt ſ. de condict. indeb. l. ſub cõditione.

Nõ etiã ne pr̃. i. vt filius non conueniatur: pater ſic.

Sed pacto perſonali. Et ita ſi filius fuerit emancipatus, pater intra annũ de peculio, vel de in rem verſo perpetuò tenetur: vt no. ſ. qñ ac. de pe. est anna. l. 1. in pri. ſed interim cum eſt filius in potestate de peculio patrem etiam tenet puto. Acc.

Pater tenetur de peculio: & ſuis debetur à filio. Bar. in l. ſi filiof. 2. ſ. ſoluto mat.

Fideiusſerit. Qđ põt, vt ſ. quod iuſſu. l. 1. §. 1. & ecõtra ſi filius pro patre: vt ĵ de fideiuſſo. l. ſi dubitetur. §. filius. Accur.

Liberari. Sed qđ in dubio præſumitur? Reſpond. quod etiam quaſi partem voluerit liberare, quia proniores &c. vt ĵ. de actionibus & oblig. l. Arrianus. & quia in testamentis plenius &c. vt ĵ. de reg. iur. l. in testamentis. & ſic eſt ſ. de iu. do. l. dotem. & facit ſ. ea. l. in principio.

Oſt emãcipationem vero filij. Cuius patri legata est liberatio vt fideiuſſori, & vt patri: vt l. proxi. in fi. & dic idem & ante amancipationem.

Actionẽ. Ex testamento contra hæredem, vt libereꝛur pacto: vt ſ. l. proxi. §. idem Iulianus.

Præſtaturus. Hæredi. & hoc ſi hæres non liberat. Accurſius.

Intererit. Scilicet

aliquando pro iure emancipationis. Ro. Vel dic planè actione extestamento.

Filias. Non ſolum.

Ius eius. Sci'icet patris quod est in ſuccedendo filio vt patronus liberto: vt Initi. quibus modis ius pa. pot. ſol. §. præterea.

Sentio. Accipe ĵ. putans &c. Acc.

NOn solum. Si Titius debet mihi 20. possum ei remittere integra 20. aut partem.
Vm ſub. Titius legauit Seio fundum ſub conditi. ſi Stichum ſeruum non manumiſerit, & ſi manumiſerit Seius dictum ſeruum, inſtit dictus Titius fundum legatum tranſferri ad Mœuium, & deceſſit dictus Titius. poſtea Seius legatarius ſatiſdedit hæredi de non manumittendo dictum ſeruum, & accepit ab eo dictum legatum fundum, & poſtea manumiſit eundem ſeruum, & ita venit contra conditio. appoſitam ſibi in legato, & contra promiſſionem Mutianam, quam fecit hæredi. certè reſtituere debet hæredi fundum prædictum, vel eius æſtimationem, & hæres debet dare dicto Mœuio eundem fundum, vel æſtimationem eius. & hoc dicit plane ita lex. Viu.

[n] Quanti ea res eſt. Not. de cautione Mutiana. ſic ſ. eo. l. Mutianæ, & l is cui. & j. eo. l. Titio. & l. hæres § qui poſt. & l. cum tale. & ſ. de cond. inſtitu. l. 4. in fine.

[o] I ita legatum. Titius legauit Seię centum cum nupſerit ipſa Seia: & deceſſit idẽ Titius. poſtea reperitur q̃ Seia erat nupta tempore teſtament, & q̃ teſtator hoc ſciebat. certe ſi aliter habebit Seia legatum, niſi ſecundum contrahat matrimonium, & ſi ſecundũ cõtrahat matrimonium, habebit legatum: ſiue illud contrahat viuẽte teſtatore, ſiue mortuo.

Expe-

a Expectandum. Vt ſ. de leg. 2. l. ſi ita ſit. §. ſi pater. & arg. ſ. de verbo. oblig. l. eum qui Calendis, & facit ſ. eo. l. hæc conditio. & l. ſi iam. in fi. & C. de inſti. & ſubſti. l. ſi quis hæredem.

Legaui Titio centum

SI ita expreſſum. ſub cõditione, ſi ipſe Titius voluerit. & deceſſi. & poſtea deceſſit dictus Titius. nunquid pertinet legatum ad hæredem eiuſdẽ Titij, Et dicitur quòd nõ, niſi Titius prædict⁹ voluerit ad ſe ptinere legatũ: quia conditio videtur iniuncta perſonæ ipſius Titij: & conditionalia legata non tranſeunt ad hæredes legatariorũ ante impletam conditionẽ. Viuianus.

b Pertinere. Eſt enim conditionale: vt ſupra, de leg. 1. l. ſi ita. §. j. Sed nonne ſi ſimpliciter relinquitur, eſt in ſuo arbitrio, & tamen tranſmittit: vt C. de caduc. tollen. §. cum igit. ſed hic expreſſa nocent: vt ſupra eod. l. nonnunquã. pertinde enim eſt, ac ſi diceret, ſi acceperit: vt ſup. de adim. leg. l. 3. §. ſi quis Titio. ſecus ſi in vendi tione: vt C. de cõtra hen empt. l. in vendentis. & facit ſ. locati. l. locatio.

Cùm nupſerit: ſi nupta fuerit, & hoc teſtator ſcierit: alterum matrimonium erit expectandum, c nihilque interierit, vtrum viuo teſtatore, an poſt mortem ea iterum nupſerit.

Conditio, ſi voluerit legatarius, facit conditionale legatum. Bar.

LXVIII.

Ita expreſſum erit, Titio ſi voluerit, do, lego: apud Labeonem Proculus notat. non aliter ad hæredem legatarij pertinere, quàm ſi ipſe legatarius voluerit ad ſe pertinere: quia cõditio perſonæ iniuncta videtur.

Conditio tacita ex teſtamento prouenions impedit diẽ legati cedere, quo ad acquiſitionem. Bartolus.

LXIX.

Titia habens virum Seiũ, & duos filios ex eo, inſtituit ſibi hẽdes dictos filios ſub conditione, ſi emanciparentur a patre & ita nolebat, quòd pater haberet commodũ ex hæreditate: & cuilibet dictorum filiorũ prælegauit fundũ ſimpliciter nõ repetita conditione emãcipationis expreſſæ. poſtea d ceſſit dicta Titia, & poſtea pater eos emancipauit, & ipſi hæreditatẽ matris adiuerũt. De hęreditate planũ eſt, quod pater nõ debet habere cõmodũ. Sed nũquid debet habere cõmodũ de dictis prælegatis ſimpliciter relictis? Et dicitur quod nõ. nã & in eis videtur repetita conditio emancipationis: & emãcipando filios videtur velle firmum eſſe iudicium vxoris. Viu.

Emancipationis. Sic facit C. de inoff. teſtamen. l. filius matrem.

Pure. Id eſt, ſimpliciter non appoſita conditione emancipationis.

Adierunt. Igitur extitit conditio: quia fuerunt emancipati.

Submouere. Imò videtur non ſubmoueri: vt ſ. quãdo dies le. ced. l. ſi poſt diẽ. §. fi. vbi inſpicitur dies, quo cedit legatum. ſed hic non cedit, niſi poſt emãcipationem: quia conditio intelligitur repetita: vt ſ. eo. l. auia.

Obſecutus. Arg. contra. ſ. eo. l. hæres ſtatu. & facit ſ. de min. l. ſi filius.

Titio centũ. Hæc lex ponit. tres caſus

Vos mater filios ſub conditione emancipationis ex partibus hæredes inſtituit, eiſque plurium rerum præceptionem pure dedit hæreditatem adierunt.

Patrem à legatorum commodo illa quoque ratio debet ſubmouere, quod emancipando filios obſecutus voluntati, ſupremum iudicium vxoris ſuæ cuſtodiri voluit.

Modus reſpiciens vtilitatem legatarij intelligitur impulſiuus ſi vtilitatem tertij: dicitur eſſe finalis. Bart.

LXX.

TITIO centum, ita vt fundum emat, legata ſunt. Non eſſe cogendum Titium cauere, Sextus Cęcilius exiſtimat: quoniam ad ipſum

vique ad §. Titio genero. Primus eſt talis, Seius legauit Titio cẽtũ, ita vt fundũ emat. nũquid tenetur Titius cauere hæredi de fundo emẽdo, cũ recepit cẽtum ab eo? Et dicitur quòd non. Sed pone, quod dictus Titius legatarius erat filius fratris dicti teſtatoris, vel aliter ei attinebat. & erat alũnus eius minus induſtrius: & teſtator voluit ei proſpicere in emendo fundo: quia timebat, ne pecuniam prodigeret. certè in hoc caſu bene tenetur idem Titius cauere hæredi de emẽdo fundo, & de nõ alienãdo poſt ea: quia credẽdũ eſt intereſſe hæredis ratione affectionis, vt Titius emat ſibi fundum, & poſtea non alienet. Secũdus caſus eſt talis. Reliqt dictus teſtator dicto Titio centum, ita vt ducat vxorem Mæuiam, quæ erat vidua. certè ſi vult Titius legatum legatum, debet eã accipere in vxorem. & ideo cum accipit legatum, debet cauere hæredi de ea ducenda. Sed opponebatur. Ego video, quod ſi Seius promittat pecuniam Titio, ſi Mæuiam vxorẽ non ducat ipſe Seius, q Titius non poteſt ab eo petere dictam pecuniam, etiam ſi ipſe Seius ducat Męuiam in vxorem: ergo idem deberet eſſe in noſtro caſu, ſcilicet vt Titius habeat dicta centum, etiam ſi non ducat in vxorem Mæuiam viduam. Sed certè non eſt hoc verum, nec ſimile: nã aliud eſt auferri libertatem matrimonij eligendi metu pœnæ (ſicut fuit in caſu oppoſitionis: quo quidẽ caſu prætor denegat actionem vt dictũ eſt & aliud eſt inuitari certa lege, ſiue modo ad matrimoniũ: vt in caſu principali ſupra poſito quo quidem caſu non habet Titius centum, ſi caueat de ducẽda Mæuia in vxorem, vt dictũ eſt. Tertius caſus eſt talis, Ego reliqui Titio centũ, vt a meo monumento non recedat, vel reliqui ei cẽtũ, ita vt in Bonoñ. domicilio habeat, debet Titius cõſequi cẽtũ ab hærede meo, & nõ debet cauere de nõ recedẽdo à monumẽto meo, vel d habẽdo domicilio in Bonoñ. quia per hãc cautionẽ libertatis Titij infringeretur, ſi autem dictus Titius eſſet meus libertus bene teneretur cauere de p dictis. ¶ Titio genero. Seius ita dixit in teſtamento ſuo, Titio genero meo hæres meus centũ dato nomine dot. Seiæ meæ filiæ: & deceſſit dictus Seius. certè non ſolũ Seia filia põt petere legatum, ſed etiam marit⁹ eius, id eſt, Titius prædictus: & liberabitur hæres ſoluendo vni eorũ. Sed quid ſi ſolutũ eſt inter eos poſtea matrimonium, & hęres voluntate Seię ſoluat Titio? certè & hic liberat hęres: ſed cõtãte matrimonio ſi ſoluat Titio, liberatur, vt dictũ eſt, etiã ſi ſoluat prohibẽte mulierẽ tũc enim intereſt mulieris Titio ſolui, vt ſcipiat eſſe dotata. nam & ipſa cõtãte matrimonio petat ab hærede dicta centum, & nolit ea fieri dotis. remouet exceptione. Nõ eſt ergo mirum, ſi maritus põt ea petere conſtante matrimonio vxore inuita. Sed q d ſi tempore legati non erãt adhuc contractæ nuptiæ inter dictos Titium, & Seiam, & ante contractas inter eos nuptias moriatur unus eorum? nõ habebit ſuperueniẽs legatum prędictum, imò remanebit apud hęredem. ſi autem nullus eorum deceſſit, ſed Titius noluit eã accipere in vxorem: certè quantum attinet ad perſonã mulieris, intelligitur ſatisfactum per eã, ex quo non remãſit per eam cauſa legati, id eſt, propter legatũ, vt ipſe habeat illud: non autem habebit legatum Titi⁹ ex quo remanſit per eam, imò repellitur excepti, doli per hæredẽ. Et ſcias, quod in dicto caſu ubi matrimonium conſtat inter Titium, & Seiã, hæres tenet dare legatum Titio, & ſi non caueat hæredi mulieri pecuniã, & eſt ratio: quia pecunia dotis efficitur eo caſu. Si aũt ante contractũ matrimonium petat dictũ legatũ Titius, quod quidem poteſt cum ſit purum legatum, tunc erit neceſſaria cautio mulieri pecuniã reddi. Sed quid ſi contracto iã matrimonio maritus agit cõtra hæredem ad legatum, & uitio ſuo cauſam p diderit, & tempore reddendæ dotis nõ eſt ſoluendo idem maritus: nunquid poteſt agere mulier contra hęredem ad dictam pecuniã? Et dicit quòd ſic. Viu.

duntaxat emolumentum legati rediret. Sed ſi filio fratris, alumno minus induſtrio proſpectum eſſe uoluit; intereſſe hæredis credendum eſt, atque ideo cautionem interponendam, ut & fundus comparetur, ac poſtea non alienetur.

Matrimonia debent eſſe libera à pœna damni, non à pœna amiſſionis dupli.

Titio centum relicta ſunt, ita ut Mæuiam vxorem, quæ uidua eſt, ducat. Conditio non remittetur: & ideo nec cautio remittenda eſt. Huic ſententiæ non refragatur, quòd ſi quis pecuniam promittat, ſi Mæuiam uxorem non ducat: prętor actionem denegat. Aliud eſt enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri: aliud ad matrimonium certa lege inuitari.

Conditio, vel modus per quem libertas infringitur, non ſeruatur, præterquam in libertis. Bar.

Titio centum relicta ſunt, ita ut à monumento meo non recedat, uel ut in illa ciuitate domicilium habeat. Poteſt dici, non eſſe locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur. Sed in defuncti libertis alio iure utimur.

Diuiditur in ſex partes. Primò ponitur cui competit

¶ Inquãtũ iſte tex. dicit mrimoniũ dẽre eẽ libertũ à pœna dãni, &c. ꝓcor. tex. i c. cũ locũ. & ibi glo. extra de ſpõ. & i c. ueniẽs. 2. eo. tit. melius i c. gẽma. & ibi gl. or. pall. titul.

In P. F. ad teſtamẽtũ. ſed magis placet qđ hic habetur.

Rediret. Sic. ſ. de don. l. 2. §. fin. & l. 3. Sed cõtra ſ. de leg. 3. l. ſi tibi legatum. Sol. ut ibi.

Bar. fatetur iſtud cõtrarium, niſi ſuum cõmodum reſpiciat.

Fratris. Scilicet teſtatoris, uel legatarij: cui voluit fundũ emi, & non alienari.

Hæredis Ratione affectionis, quam habuit teſtator in alũnũ, aliàs cum eſſet nudum præceptum, nõ ualeret: ut ſup. de leg. 1. l. filiꝰ familias. §. diui. & đ leg. 3. l. pater. §. Iulian⁹.

Non alienetur. Alioquin aget hæres ex cautione. ſi enim ex cautione non ageretur, non interponeret: ut ſ. ut leg. no. ca. l. hęc ſtipulatio. §. diuus.

Vxorem. Quam honeſtè ducere poteſt: ut ſ. eodem l. cum ita.

Cõditio. Id eſt, modus. & facit C. de inſti. & ſub. l. 2.

Cautio. Scilicet deducẽda: & ſic etiam prius accipit legatum: cum ſit modus, nõ conditio: ut ſ. de leg. 3. l. ſi tibi legatum.

Denegat. Vt ſ. de verb. obl. l. Titio. in princ. & C. de ſpon. l. fi. in fin. Accur.

petitio. Secundo cui debeat vel poſſit fieri ſolutio. Tertiò quid ſi matrimonium non contrahitur. Quartò, an quando ſoluitur conſtante matrimonio, debeat aliqua cautio recipi. Quintò, quid ſi ante matrimonium dos ſoluatur. Sextò, quid ſi maritus à cauſa ceciderit. Secunda ibi, Si poſt. Tertia ibi, Ante nuptias. Quarta ibi, Sabinus. Quinta ibi, Sed cùm ante nuptias. Sexta ibi, Quòd ſi maritus. Bar.

Titio genero meo hæres meus dotis Seiæ filiæ meę nomine centum dato: Legati quidem emolumentum ad Seiam, quę dotem habere incipit, pertinebit. Sed quia non tantum mulieri, ſed Titio quoque, cui pecuniam legauit, conſultum videtur: propè eſt, ut ipſe legatarius intelligatur, & legatum petere debeat. Si poſt diuortium genero pecuniam hæres ſoluerit, æquè liberabitur: quoniam in dotem ſolutio conuertitur. Conſtante autem matrimonio etiam prohibente muliere Titio rectè ſoluetur. Hoc enim & mulieris intereſt, ut in cipiat eſſe dotata. Nam & ſi quis ipſam quoque petitionem habere reſponderit, eaque pecuniam petat, neque dotis fieri uelit: non dubiè doli exceptione ſubmouebitur. Ante nuptias verò Titio, uel muliere

Inuitari. Sic inf. de dam. infe. l. Proculus, & C. de codicil. l. fin. & ſ. de iniur. l. iniuriarũ. §. ſi quis de honoribus. Sed argum. contra. ſ. ne quid in loco pu. l. 2. §. merito.

Dic quod ibi lucrũ percipiebatur ex publico, quod non dẽt auferre priuatus hic, quia percipiebatur à priuato teſtatore: merito poteſt auferre eius uoluntate. ſecundum Bartol. hic.

Libertatis. Sic infra de lib. ho. exh. l. nihil. & ar. ſ. de uſu fru. l. 3. §. ne tamen.

Vtimur. Contra C. de ope. lib. l. pe. in fin. ſed hic tempore manumiſſionis hãc legem impoſuit, ibi ex interuallo. Vel dic quo ad hoc, qa non dabitur ei legatum: ut ſ. de adim. le. l. libertis. §. fi. non autem ut præciſè cõgantur ibi morari, ut ibi, uel hic fauor religionis.

Debeat. imò mulier tantum: ut ſ. de leg. 3. l. fideicom. §. interdum. & ſup. de leg. 1. l. ſeruo lega. §. ſi teſtator. quæ ſunt contra. Solu. ibi reliquit contemplatione filiæ tantum: hic vtriuſque ſecũdum quoſdam. ſed certè hic, & ibi loquitur, cũ dubium erat, cuius contemplatione reliquit. ſic enim dicit hic, cõſultum uidetur. dicit ergo, qđ de iure ſtricto filia tantũ habeat: ut ibi ſed de æquitate uterque: ut hic, & ſ. e. §. conſtante, & §. quod ſi maritus.

Hæres. Ignoras dũ uortiũ. & dic ſoluerit, ſcilicet volẽs, nã cogi nõ põt: ſicut & vbi nõ vult ꝫhere matrimoniũ Titi⁹: vt ſ. eo. §. qđ ſi nolit & hoc idicat ꝓxim⁹ verſicul⁹, cõtãte, &c.

Nã & ſi quis. Bene dico inuita ea ſolui viro, nã &c.

Ipſam. Scilicet mulierem.

Fieri velit. Vnde apparet etiam mariti contemplatione relictum legatum: & ſic ipſe petet.

Petes

a Apud hæredem. Hoc secundum illam distinctionem quam no ſ. eo. l. in testamento. Azo.

b Causæ legati. Aliàs causa legati, id est, propter legatum, aliàs causæ.

c Intelligitur. Et sic ipsa petat.

d Peti potest. Imo videtur inesse conditio, si matrimoniũ fiat: vt in stipulatione, vt ſ. de iur. doti. l. mulier. 1. respon. sed fortè illud in legato. vel dic inesse cõditionem mulierẽ promittẽte, nõ autem alio promittente: vel legantẽ. Azo.

e Vitio suo. Id est. culpa: quia non probauit legatum.

f Actionem. Facit ſ. de eo per quem factum est, l. fi. & ſ. de iure doti. l. ſi extraneus.

¶ Vm tale.

Ad euidẽtiam huius legis distingue, inter conditiones, quæ in non faciendo consistũt, quia aut est talis, q̃ in vita legatarij nõ potest existere, vel impleri: aut potest existere viuo legatario, cui est appositа conditio. Primo casu consequitur legatum legatarius præstita à se cautione Mutiana hæredi de non faciendo. puta quia fuit ei legatũ, si in Capito. non ascẽderet. & sic loquitur supra eodem, l. Mutianæ & de lega. 2. l. cũ filius. §. qui Mutianam. In secundo casu subdistingue: quia aut potest impleri sine malo nomine legatarij puta quia fuit illi legata x. annua, si non recesserit a filijs testatoris, q̃ quidem conditio potest existere viuo legatario mortuis filijs, & ipse legatarius nihil attinet filijs testatoris, & sic non est legatario periculosum, & triste eorũ mortem expectare: & tunc non præstatur cautio Mutiana: sed expectatur, donec existat conditio per mortem filiorum testatoris, & tũc consequetur legatum: aut non sine malo omine legatarij potest impleri viuo legatario, puta quia est mater filiorum testatoris illa, cui legatum est, vel est libertus testatoris ille, cui ita legatum est: vel etiam alio modo coniuncta persona, & sic legatario periculosum, & triste filiorum testatoris mortem expectare: & tunc non expectatur, ꝙ conditio existat per mortem filiorum testatoris, sed præstatur cautio Mutiana, & consequitur legatum legatarius: siue legataria: & hoc dicit hęc lex, licet quidam dicunt contrarium, qui reprehenduntur in litera. Viuianus.

g Cauere. Scilicet cautione Mutiana. Rog.

h Libertis. Viua matre. & est bona rõ in extraneo, vt ſ. eadem. l. §. Titius. & ſ. eo. l. pater. §. socrus. nõ in matre: vt hic. & est ratio, vt subijcit: nec in patrono: vt ſ prox. Accur.

i Sententia Id est, dictum, & ratio. & sic mulier cauet. vt legatum habeat. sed alia tõ eam excusare videtur, quia viduitatem inducit. vt ſ. eo. l. sed si hoc. § fin. & secundum hoc dic sententia, id est, rõ non dictum: vel ibi expressit ne nuberet. quod hic non fecit.

k Nõ intelligas hãc solutionẽ, quòd tacite posset induci viduitas. expressè non: quia est contra l. hoc modo ſ. eodem. sed intelligas, quòd hic fuit simpliciter relictum, si a liberis non decesserit, & sic viduitatem non inducit secundũ Bart. hic.

l Voto matris. Q̃ est vt filij viuãt post eam: vt ſ. de inoff. testa. l. nam & si parentibus.

m Veluti. Nam priè Mutiana locũ non habet: cum possit impleri viuo liberto: vt ſ prox. no.

Coniunctum. Secus in non cõiuncto, vt ſ. proxim. §. not.

¶ Titius. Titius instituit sibi hæredem Seium: & rogauit eundem Seium, vt post mortẽ suã Seij restitueret hæreditatem Caio sub conditio. si cautio fideicõmissi soluendi nõ peteretur per Caium prædictum fideicommissarium à dicto Seio hęrede, & decessit dictus Titius testator. nunc vult Caius incontinenti habere fideicommissum hæreditatis, & cauere Mutiana cautione Seio nõ de non petendo ab eo cautionem fideicommissi præstandi sibi Caio, quæritur, nunquid possit? Et dicitur quod non: & est ratio: quia viuo Caio, cui relictum est fideicommissum, potuit impleri cõditio non petendæ cautionis fideicommissi præstandi Caio puta mortuo Seio hĩde uiuente eodem Caio fideicommiſ. & hoc quod dixi, habeat locum etiam, antequam fieret constitutio, quæ est C. vt in possic. l. cire quæ dicit testatorem posse remittere satisdationem fideicommiſ præstandi propter dictam rationẽ: quia viuo Caio, &c. vt dictum est. & etiam habet locũ post dictam constitutionem: quia remitti potest satisdatio per testatorem, vt dictum est. Sed pone, quod dictus Titius testator ita dixit, peto a Seio hĩde, vt post mortem tuam restituas hęreditatem meam Caio, ita ne à te per Caium petatur satisdatio fideicom. præstandi sibi, & ita ne à te per eum rõ exigatur de eo, quod expendes de hĩditate mea ante mortem tuam, & ita appositæ fuerunt duæ conditiones. certè in hoc casu sine dubio p huiusmodi, verba videt adscripta conditio nõ interponẽdę cautionis siue satisdationis fidei cõmiſ. præstandi Caio: vnde habebit locũ in hac cõditione

sine expectatione tristis euentus, impletur præstita cautione Mutianæ.

LXXI.

Vm tale legatum esset relictum, Titiæ, si à liberis non discesserit. negauerunt eam recte cauere: quia vel mortuis liberis legati conditio posſit existere. Sed displicuit sententia.

Non enim voto matris opponi tam omninosa non interponendæ cautionis interpretatio debuit. & cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis eius non discessisset: permisit Imperator veluti Mutianam cautionem offerri. Fuit enim periculosũ ac triste, libertum coniunctum patroni liberis, eorundem mortem expectare.

Conditio negatiua quę potest impleri viuo legatario, non impletur per cautionẽ Mutianam. Bartolus.

Sic in P. Fl Hal. an tẽ scripsit, tã omino sa interpo nędæ cautionis interpretatio.

Conditio negatiua quę non potest impleri viuo legatario defuncti is legatum apud hęredẽ manet. Quòd si nolit eam vxorem ducere. causę legati, qđ ad mulieris personam attinet, satisfactum intelligitur: sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta muliere Titio, sine cautione legatũ deberi: quoniam pecunia dotis efficeretur. Sed cùm ante nuptias (quia purum legatum est) peti potest: cautio mulieri pecuniam reddi, necessaria erit. Quòd si marit' vitio suo causa ceciderit, neque soluendo sit: nunquid aduersus hæredem mulieri, quę nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam, quæ doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, saluam habebit, non soluta pecunia viro, mulier actionem.

Titius hæredem institutum rogauit post mortem suam b hæredi tatem restituere, si fideicommiſi cautio non fuisset petita. Mutianæ cautionis exemplum ante constitutionem remiſ sæ cautionis locum habere non potuit: quoniã viuo eo, cui relictum est, impleri conditio potuit. Quid ergo si ita scriptum esset, Peto post mortem tuam restituas hæreditatem, ita ne fideicommiſi satis petatur, ne ve ratio exigatur? Sine dubio per huiusmodi verba, non interponendæ quidem cautionis conditio videbitur adscripta: rationi verò non exigendæ modus adhibitus: scilicet vt culpa, non etiam dolus, remiſſus intelligatur. Idq; in eius persona, qui negotia gesit, cuiq; rationis reddendæ necessitas fuerat testamento remiſſa. rescriptum est.

Conditio deficiens non extinguit, quia pendens non suspendit legatum. Bar.

Si arbitratu Titij Seia nupserit: hæres meus ei fundum dato. Viuo Titio eam sine arbitrio Titij eam nubentem legatum accipere respondendum est: eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptijs impedimentum inferatur. Sed si Titius viuo testatore decedat: licèt conditio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurretur.

Conditio de non nubendo si adijciatur cum tempore mortis, vtrũque reijcitur: si cum alio reijcitur conditio, & tempus remanet. Bar.

Mæuiæ, si non nupserit, fundum, cum morietur, lego. Potest dici, & si nupserit, eam confestim ad legatum admitti. Non idem probatur, si certus dies incertusve alius legato fuerit adscriptus.

Inferatur. Ideoq; & hæc conditio remittitur, quasi viduitatem, aut deterius inducat: vt ſ. eo. l. cum ita, in fin. & l. hoc modo. Azo. & facit ſ. eo. l. filiæ. & ſ. de lega. j. l. turpia. §. 1. Sed arg. contra ſ. de admin. tuto. l. Titium in princip. Sed quid si purè legauit & sub conditione rogauit eam de restituendo ei, cuius arbitrio mulier nubere debeat? Respon. fortè valet secundum. Azo.

¶ Mæuiæ. Ita dixit Titius in testamento suo, Mæuiæ si non nupserit fundum cum morietur, lego. certè etiam si nubat, admittitur ad legatum, & incõtinenti, scilicet, vt habeat dotem, secus esset, si ita dixisset testator, Mæuiæ si non nupserit, fundũ vsque ad quinquennium lego, vel fundũ ei lego, si Titius consul factus fuerit. nam his duobus casibus. ſ. cum est appositus dies certus, vel incertus, alius à morte Mæuiæ, non consequetur Męuia nubens legatum ante diẽm diem certum, vel incertum venientem. Vi.

Eam confestim. Sed cur non expectatur dies mortis in solutione legati, licèt alij conditioni ſ si non nupserit, non sit necesse parere: vt ſ. de condit. instit. l. q̃ sub conditione § si quis. nam & si mors tm̃ esset appositа seruaretur dies eius. Item plus habere non debet si non paruerit illicitæ conditioni, quam si paruerit licitæ: vt ſ eo. l. mulieri? Respon. l. ideo tollitur dilatio, quia testator in euentum conditionis expletæ voluit eam habere legatum. tunc n est certum eam nõ nubere, cum iam est mortua: vnde tunc tantum voluit præstari legatum. sed cum conditio spernatur, eius diẽ, vel dilationem in solutione expectari superfluum est. videbantur. n. testatori hęc duo paria: lego tibi cum morieris, & lego tibi si non nupseris. Sed contra est: vt ſ eo. l. hæres. in prin. & § quis. Azo. Vel fm H. non expectatur dies mortis ad solutionem ꝙ publicã vtilitatem, quæ est, vt statim consecuta legatum possit nubere, & filios procreare: vt ſ. eo. l. hoc modo. in fi. Itẽ hoc in muliere, quę virum non habuit. in vidua vero cui à viro, vel ab alio legatur, ne nubat, secus est, vt C. de indic vidui. tol. Auth cui relictum.

n Certus. Puta calendis Ianuarij, vel ad annum.

m Incertusve. Vt cum Titius erit consul. tunc ergo Infortiatum.

f Sed in tra qđ tps debeat la tisdare, vi de ad lon gũ in Spe cu. tit. j. & ij. Eccr. §. f sequitẽ vi- l. non solũ. §. si hęres. & l Aurelio. §. Męuia. & ſ. de addere vers. mi tut. l. quidam decedens. & ſ manda. l pen. §. fi.

g porrò. & quo cautio, & satisdatio differant, gl & doc. not in tit. ſ. q̃ tatisd. cogã Bar. in tit. Ius vocan. vt cant ſ.

Remissa. Quia non videtur dolus remitti: vt ſ. proxim. respon. sed aliàs rõnẽ reddere debet: ut ſ de neg. ge. l. 2 Rescriptum.

Quidam hẽnt hic. §. rescriptum &c. Alij habent §. ibi, si arbitratu Titij, &c. & continuãtur illa verba, rescriptum est &c. cum superiori & vtraq; litera bona est, & pone ita casum. Seius ita dixit in testamento suo: si arbitrio Titij Seia nupserit, hęres meus ei fundum dato. & decessit dictus testator certè si Seia nubat viuente dicto Titio, etiam sine arbitrio Titij, capiet legatum. & est ratio, ne ali quo i impedimentum nuptijs inferatur & idem est si Titius sit mortuus: nam licet cõditio Seię appositа defecerit per mortem Titij. quia eius arbitrio nubere non potest: tamen succurretur Seiæ nubenti, vt habeat legatum, nam & si penderet dicta conditio, eo ꝙ Titius viueret, pro nihilo foret, vt dictum est. Vi.

h Rescriptum est: Aliàs hic est. §. alias ibi, si arbitratu.

dies legati expectabit: ad qđ ff. e. l. hæres statu liberũ.

a Falsam causam legato. CASVS. Pone ꝙ ita dixit testator, lego Titio centũ, quia negotia mea curauit, certè etiam si nõ curauit negotia, tamen habebit legatum: quia falsa causa non obest legato. ratio eiꝰ, siue causa legandi non cohæret legato, s. vt ea cessante, cesset legatum. sed si probet hæres testatorem aliter legaturum non fuisse, nisi negotia curasset Titius: obstabit Titio exceptio doli. Falsa etiam conditio non nocet legato: quia impossibilis est, puta ita dixit testator, Pamphilus liber esto, si soluerit illud, qđ debeo Titio & hoc est verũ, si testator nihil debebat Titio, & sic cum sit impossibilis conditio, habetur ꝓ non adiecta, & seruus libertatem consequitur. sed si in veritate debebat testator centum Titio, & post testamentum factũ satisfecit idẽ testator Titio: non habebit seruꝰ libertatem: quia intelligitur defecisse cõditio. nam fuit possibilis, & seruus eam non impleuit. Sed quid dices de falsa demonstratione? & certè si ut non facit inutile legatum: vt ff. eod. l. demonstratio. ita non facit legatum illud, quod non est legatum: velut si testator ita scribat: ex centum, quæ Titio legaui, quinquaginta hęres Seio dato. cum in veritate non legasset aliquid Titio. nam non propter hoc petet Titius centũ, quia testator nõ scripsit prædicto modo animo legandi Titio: sed animo diminuendi legatum, quod a te datũ Titio falso existimabat, propter prædictam tamen falsam demõstrationem legati, non consequitur Seius plus, quàm si vera fuisset demonstratio: vnde nõ habet Seius, nisi quinquaginta: quamuis quidam crederẽt, ꝙ Seius deberet habere plus, ex eo ꝙ Titius nihil habet de dictis centum hoc dicit vtq; ad fin. l. Vi.

¶ Falsam. Vt quia negotia mea curasti, tibi lego: vt ff. eo. l. demonstratio. § . quod autem.

b Non cohæret. s. vt ea cessante cesset legatũ secus aũt est in ratione legis. nam ea cohæret in tm, vt ea cessante, cesset lex: vt ff. de iure patro l. adigere. § . quãuis, & no. ff. de leg. & senatusco. l. non omniũ. & facit ff. de cond. in deb. l. damus, & ff. de hęre inst. l. fin.

c Non fuisse. Facit C. de fal. cau. l. i.

d Dixerunt. Nunquid ergo habetur pro nõ adiecta. & sic valeat relictum, vel vitietur? & certè aut de præsenti, vel de præterito: vt si Titius est consul. vel fuit, & tunc si est falsa, quia nec est, nec fuit cõsul, nõ valet relictum. Aut de futuro est conditio impossibilis: vt si cœlum digito tetigeris: & tunc habetur pro non adiecta. & valet relictum: vt ff. de iniusto testa. l. cum in secundo & Insti. de hære. inst. § . impossibilis. in præsenti aũt casu, si solueris quod Titio debeo, lego tibi libertatẽ, an sit de præsenti, & sic non valeat relictum. quod R. dixit: & pro eo est verbum debeo, an de futuro propter verbum solueris, quod est de futuro: quod est verius: & sic valet fauore libertatis, & vltimæ voluntatis: & hoc est quod ff. dicit, defecisse conditionem.

Conditio falsa, an legatum vitiet.

Falsa causa non vitiat legatum, nisi de voluntate testatoris doceatur. Bart.o.

Falsam causam legato non obesse verius est: quia ratio legandi legato non cohęret: sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur aliàs legaturum non fuisse.

Conditio de futuro, quæ implicat aliquod præteritum, vel præsens, si est impossibilis, non vitiat secus si esset possibilis, & deficiat. Bart.

Falsam conditionem Casius & Cęlius Sabinus impossibilem esse dixerunt, veluti, Pamphilus, si quod Titio debeo, soluererit, liber esto. si modo nihil Titio fuit debitũ. Quod si post testamentũ factũ testator pecuniam exoluit defecisse e conditionem intellige.

Quæ adiiciuntur ad diminutionem, non operantur augmẽtum. Bart.

Falsam legati demonstrationem non facere legatũ, Sabinus respondit Si Titio nihil legasset, ita scriptũ reliquerit, Ex centum, quæ Titio legaui, quinquaginta hæres Seio dato. f idque sumpsit g ex defuncti voluntate: quia non animo legandi, sed diminuendi legatum, quòd falso datum existimaret, ita scriberet. propter falsam tamen demonstrationem legati nõ plus Seius assequetur, h quàm si verè demonstratum fuisset.

Deficiente conditione, pro qua fuit præstita cautio, debetur legatum ei, in quem fuit translatum in eum casum, & liberatur hęres actionem cedendo, etiam si cautio sit defecta. Bart.

Quæstio. LXXII.

TITIO FVNDVM

e Defecisse. Ex postfacto. sed supra ab initio fuit impossibilis. & facit ff. de leg. i. l. si sic. § . i.

f Non facere. Licet ei non noceat si de legato constaret: vt ff. eod. l. falsa. & ff. in fi. huius legis.

g Dato. Nil ergo per hoc legat Titio, vt hic. sed est deriso rium: vt in eo qui nullã habet domũ, & legat domum: vt supra de lega. i. l. si domus, & arg. de leg. 2. l. Titia. in prin. sed Seio sic: vt infra. in fi. l.

h Sumpsit. Sabinus.

i Deminuẽdi. Ad hoc ff. de adimen. lega. l. legata inutiliter. & ff. de manum. test. l. Titia. § . fin.

k Assequetur. Habebit ergo Seius quinquaginta: quia falsa demonstratio non nocet: vt hic, & sup. eod. l. falsa. licet nõ prosit Titio: vt supra dixit.

l Itio. Legatus est per Caiũ Titio fundus, si in Asiam nõ venerit idem Titius: & idem fundus legatus est per dictũ Caiũ Sempronio, si venerit dictus Titius in Asiam & decessit dictus Caius testator: & hęres eius accepit a dicto Titio cautionem Mutianam, de non veniendo in Asiam, & dedit ei dictum fundum. & bene fecit hęres, quia in omnib. cõditionibus, quæ morte legatariorũ finiuntur, sicut est & prędicta conditio de non veniendo in Asiam, receptum, & stabilitum est a sapientibus, vt Mutiana cautio interponatur. & postea dictus Titius venit in Asiã: & ita fecit contra conditionem, & cõtra suã promissionem. certè hęres cogitur præstare dicto Sępronio per vtilem actionẽ ex testamento illud, quod cõsequi potest a Titio ex stipulatu, siue ex stipulatione dictæ cautionis interpositæ. Sed pone, ꝙ Titius petijt dictũ fundum ab hęrede & cũ hęres solicitè peteret ab eo vt caueret ei Mutiana cautio. Titius noluit ei cauere, sed promisit ei, quòd bene caueret, cum esset dictus Titius hõ cui videbatur credendum: & sic hæres dedit ei fundum: & postea Titius noluit ei præstare dictam cautionẽ & postea venit idem Titius in Asiam. & sic vendicauit sibi locum legatũ Sempronij, nunquid hęres præstabit Sempronio fundũ vel eius æstimationẽ de seruo hęredis? Certè non, sed satis erit, si hæres præstet Sempronio contra Titium actiones ex illa ꝓmissione, quã hæredi fecit Titius de Mutiana cautione præstanda. Sed pone quod Titius promisit hæredi de non veniendo in Asiam, & nihilo minus venit, & sic cessit dies legati Sempronij adimpleta conditione, quæ erat apposita suo legato, & postea decessit Sępronius, antequam legatum acciperet. Certè hæredi eius debetur, quod ipse poterat petere.

a Titio fundus. Puta Tusculanus.

b Nõ venerit. Scilicet Titius.

c Idẽ. Scilicet fundus.

d Si peruenerit. Scilicet Titius in Asiã.

e In omnibus. Nõ faciendi. Et no. duo necessaria, vt cautio Mutiana locum habeat: quod sit cõditio in non faciendo: item quòd morte finiatur: vt hic, & supra eod. l. Mutianæ. & ff. eod. l. pater. § . socrus. & ff. ad Trebell. l. seruo inuito. § . i. in casu cessat: vt ff. de man. testa. l. libertas. § . i. contra. Sed est ibi fauor libertatis.

f Peruenerit. Scilicet Titius. & sic trãsfertur legatum in Sempronium.

g Vtili actione. Id est efficaci, scilicet ex testamento. Item habet & rei vendic. secundus legatarius contra primum.

h Medio tempore. Inter traditionem fundi factam Titio: & antequam ipse venerit in Asiam.

i Exacta. Id est, petita. non tñ præstitit eam Titius.

k Obijci. Qui a solicite petijt.

l Actiones. Indebiti, s. conditionem: quia indebitum est Titio cautione non pręstita, vel quia sciens soluit indebitum, cessat condictio indebiti. sed habet cõdict. sine cã: quia licet ab initio fuit causa, redijt ad non cãm, cum Titius venerit in Asiam: vt ff. de condic. sine cau. l. i. § . fi. Vel dic qđ Titius promisit se cautionem præstaturum: & ex hac promissione cedit actionem. sed certè nõ ad hoc agitur, vt Titius caueat: nisi dicas in ea interuenire interesse: quia non cauit: quod interesse est fundi æstimationis præstatio. Itẽ si hæres si ex egit cautionẽ cum possit, videtur esse in dolo, vt ff. ti. i. l. dolo. & ideo tenetur ad exhibendũ: quia dolo fecit quo minus possit exhiberi: vt ff. ad exhib. l. Iulian⁹. § . si tibi decem. Sed quomodo non semper est in dolo, cum non debuit reddere, nisi præstita caution? quid ergo est quod ff. dixit solicite exegit? Respon. ꝓ misit se cauturum, & erat homo, cui videbatur credẽdum, vel fortè habuit sine traditione hæredis: vt ff. ꝓ leg. l. pe. Item an deficiente actione ad exhibendum, habeat in factum Sempronius contra Titium: vt d. § . si tibi decem? Respon. non, cum detur in defectum: vt ibi: sed hic restat rei vendicat. vt dixi.

m Hæredi eius. Vt potè die legati secũdi cedente, cũ Titius venerit in Asiã. & facit ff. de vsufr. lega. l. Stichon.

Vlieri & Titio vsusfructus si nõ nupserit mulier relictus est. Si mulier nupserit: quamdiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri cõcessum esse intelligendũ est, quã tum haberet, si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

Dies incerta pro conditione habetur. Bar.

Quæstio. LXXIII.

Vlieri & Titio vsusfructus si nõ nupserit mulier relictus est. Si mulier nupserit: quamdiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri cõcessum esse intelligendũ est, quã tum haberet, si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi. Bartolus.

Quæstio. LXXIIII.

Vlieri & Titio vsusfructus si nõ nupserit mulier relicta est. Si mulier nupserit: quamdiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri cõcessum esse intelligendũ est, quã tum haberet, si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

Dies incerta pro conditione habetur. Bar.

Quæstio. LXXIIII.

Vlieri & Titio vsusfructus si nõ nupserit mulier relicta est. Si mulier nupserit: quamdiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri cõcessum esse intelligendũ est, quã tum haberet, si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

Dies incerta pro conditione habetur. Bar.

Quæstio. LXXIIII.

petere potuit?

Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi. Bartolus.

Quæstio. LXXIII.

Vlieri & Titio vsusfructus si nõ nupserit mulier relicta est. Si mulier nupserit: quamdiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri cõcessum esse intelligendũ est, quã tum haberet, si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

Dies incerta pro conditione habetur. Bar.

Quæstio. LXXI

accrescendi quasi suam partem magis per legem, quã per testatorem habeat. Item est arg. §. de do. præleg. l. si Seia. Item no. ex præmissis, ꝙ aut apponitur cõditio si non nupserit mulieri tantũ, aut alij tantum, aut mulieri & alteri. primo casu remittitur: vt §. e. l. sed si hoc. §. fi. secũdo nõ: vt §. eod. l. auia. §. Titio. & C. de indi. vidui. l. 1. In tertio habet locum hæc lex, in qua die, aut mulier paret conditioni, quia fit monacha, vel conuersa. vnde iam non potest nubere: & tunc quilibet habet dimidiam. si verò non paret, sed nubit, socius perdit: ipsa nõ: sed per legem tantũ suam partem habet, & ea sit contenta. si autem in persona Titij tantum esset apposita conditio, mulier totum habet pendente, vel deficiente conditione Titij, vt §. de vsufr. accresc. l. idem & si apud. § fi.

DIes. CASVS Ad euidentiã huius l. not. ꝙ si lego tibi aliquid sub conditione. & tu de cedis ante conditio. impletam, nõ transmittis legatum ad hæredem tuũ: vt §. quando dies le. ced. l. 4. certè idem est, si lego tibi suo die incerto puta, quia dixi: hæres meus cum morietur x. dato. nã mors eius hæredis mei habet diem incertum, & ideo si tu legatarius ante decesseris, quam hæres meus, ad hæredẽ tuum legatum non transit, quia non cessit dies legati te viuo: vt §. eo. l. 1. §. dies autem Viu.

Dies incertus. Puta hæres dato, cũ morieris, secus si dicat, cum morietur legatarius: vt §. eo. l. hæres. 2 respon. secus in stipulatione, vbi spes semper transit ad hæredes & facit §. de condi. indebi. l. quod si ea. & C. de cad. tol §. fin autem. Sed ar. cõtra §. e. l. cum tale. § Mẽuię. vbi non differt dies certus ab incerto. Sed ibi quo ad aliud: hic quo ad transmissionem.

FIdei commissum. CASVS Institui mihi hæredes Titium, & Seium meos filios, & rogaui eos per fideicommissum, vt restituerent fundum hæreditarium Caio sub cond. si aliquis ex eis decesserit sine liberis: & decessi. postea vnus dictorum meorum filiorum videns se nõ posse habere filios naturales, & legitimos, vt dominus Bonacosa, adoptauit sibi Sempronium in filiũ, & decessit hic adoptator: nũquid hic legitim' filius excludet fideicõmissũ Caij? Et dicitur ꝙ nõ. Viu.

Adoptionis. Non ergo per omnia naturali cõparatur: sic §. de leg. 2. l. si ita quis § fi. & in Authen. quib. mod. natu. effic. sui. § adoptionis.

AVia. Titia habens filiũ Seium, & ex eo nepotem Caium, instituit sibi hæredẽ dictum Caium sub condi. si emanciparetur a patre Seio; eiq; si non emãciparetur, substituit Martinũ pone, & dicit ei cohæredem Sẽpronium. & postea ita scripsit dicta Titia in suis codicillis. hoc amplius nepoti meo quãquam hæredẽ eum institui pro parte, lego prędia mea, puta Titianum, & Seianum. certe sicut nepos nõ põt habere partem hæreditatis in qua fuit institutus, nisi

LXXV.

FIdeicommissum à filijs relictum, Si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adeptionis commento non excluditur.

Conditio apposita in institutione, in legato eidem facto intelligitur repetita. Bar.

Idem libro vij. Responsorum. LXXVI.

VIa, quæ nepotem sub conditione emãcipationis pro parte hæredem instituerat, ita postea codicillis scripsit Hoc amplius nepoti meo, quàm quod eum emãciparetur, ita nec prędia legata. Et ad hoc adducẽs tibi simile tale: Titia scripsit seruum suum purè liberum: & eundẽ seruũ scripsit hæredẽ sub cõditione, si nauis ex Asia venerit vſq; ad annum: & iussit eundem seruum accipere fundum, puta legatũ sub cõditione, si hæres nõ extiterit, certè si non extiterit hæres, puta quia nõ extitit conditio institutionis, & ita habere ẽbebat legatũ: habebit legatum & libertatem: quia in legato videtur repetita libertas, sicut in principali superiori casu videtur repetita conditio emãcipationis in legato fundorũ. ¶ Mutiana. Titius legauit tibi fundũ si dederis Seio x & si Capitolio nõ alcẽderis. certè non habebis legatum statim cauendo Mutiana cautione quod nõ alcẽdes Capitoliũ, imo prius oportet, vt des Seio x ꝙ Titio. Ita dixit Caius testator: Titio hæres c. dato, si Seia nõ nupserit, & rogo Titiũ prædictum, vt dictã pecuniam eidem Seia restituat. & decessit dictus testator. & postea nupsit dicta Seia: & ita ẽfecit dicta cõditio legati Titij prædicti. nunquid mulier poterit petere à Titio dictum fideicõmissum de c & Titius ab hęrede? & vt quod Titius ab hærede petere non possit. & ꝙ consequens nec mulier a Titio. quia defecit conditio, vt dictum est. sed certè quamuis Titio nõ posset petere ab hærede si non erat rogatus de restituendo mulieri: tamen quia rogatus est mulieri restituere, propter mulieris vtilitatem petet, & vt ipsa consequi possit fideicõmissum. Sed pone, ꝙ dictus Titius non fuit rogatus de restituendo mulieri dictum legatum, nunquid antequam mulier nubat, poterit ipse consequi legatum, & cauere ꝙ mulier non nubat? Et dr ꝙ nõ, & est rõ, licet in litera non dicatur. quia se Titio viuente põt impleri conditio prædicta. nam potest mori mulier Titio viuente: & ita certum erit, quod ipsa amplius nõ nubet: & hoc potest esse sine malo omine ipsius Titij puta quia nihil attinebat mulieri: vt dixi §. eo. l. Mutianæ & l cum tale. in princ.

Instituerat. Eiq; si non emanciparetur, alium substituit: vt § patet

Hoc amplius. Per hoc etiam superiora videntur repeti: vt §. de leg 3. l. si tibi pure.

Repetitã. No. de repetitione: sic §. e. l. legatũ sub conditione. & liberis, & §. de condit. insti. l. cũ seruus. & §. de leg. 2. l. Latinus, in fi & §. de leg. 3. l. in repetendis. Sed contra §. e. l. Iulius Paulus. in fi. Sol. ibi potest dici non fieri repetitionem: quia alia ratio. l necessitudinis in personis potest assignari: quia fuit facta conjunctio. sed cum alia rõ nõ potest assignari quare duo jungantur: tunc copulatiua coniunctio &, vel cum, inducit repetitionem conditionis: vt hic.

Repetitam. Alias non valeret: vt hic, & C. de lega. l. seruus. & facit § de manu. test. l. diuus.

Aliam conditionem Quæ possit impleri viuo legatario: vt lego tibi fundum. si Titio decem dederis & si mulier non nupserit. aliàs si ambæ sunt in non faciendo pro vtraque exponitur cautio.

Rogatus est. Repetita, vel non repetita conditione.

Cedente. Hoc legitur cum præcedentibus. & dic le gati Titio relicti: quia testator decessit: vt C. de cad tol. §. cum igitur. uel ab adita hæreditate. ꝙ est quo ad hoc, ut dominiũ nõ trãseat vt §. de leg 1. l. si tibi hõ. §. cum seruus.

Adhoc facit c. causã q. cum glo. super verbo præcedat. i pri. extra de rescrip.

Peter. Scilicet mulier. sed a quo petet? potest dici, quod directo mulier petat ab hærede, non autẽ Titius: vtpote cõditione defecta. Vel uerius mulier à Titio, & Titius ab hærede: licèt enim ipse non posset petere, si ab eo non esset relictũ mulieri, & mulier nuberet, nõ pro se, pro alio tamen petet hæres. sic §. de lega. 3 l. fideicõmissa. §. interdum. & §. ad Treb. l. cogi §. hi qui solidum. & de bon. liber. l. in seruitute. §. nonnunquã. & §. si quis ali. test. prohi. l. 1. §. 1. & de excusa. tut. l. legatarius. & §. de leg 2. l. cum ei qui.

In P.Fl. Filiæ cõi decies restitueret, porrò ꝙ summa significet hac locutione, pulchrè Ant. Aug. emẽd. 2. c. 6.

Remoto. Id est, posito ꝙ tãtum Titio legauit, si mulier non nuberet: nõ haberet locũ exemplum Mutianę: quę hodie sine solennitate ꝓponit ad exemplum antiquę solennis: & hoc iõ: quia viuo Titio põt esse certum eam deficere, l. ea nubente: vt & §. e. o. l. cũ tale. §. Titius, & §. eo. l. genus. •

¶ Pater. CASVS Titius habens Seiam vxorem. & filiam impuberem ex ea, instituit sibi hæredem vxorẽ: & rogauit eam per fideicom. ut restitueret dictæ filiæ dena cum moreretur ipsa vxor: & exhæredauit dictã filiam, & dedit eidem filiæ tutores, & iussit eos tutores ad rem gerendam accedere, si dicta vxor, siue mater filiæ decederet filia prædicta impub. constituta & decessit dictus testator. nunc quæritur, an dicti tutores videantur dari sub conditione, vt sic nõ possint administrare nisi mater decedat intra pubertatem filiæ? Et dr quòd non: imò bñ poterunt administrare, si puella interim aliquid aliud a dicto fideicommisso acquisierit. Sed nunquid dicta mater tenetur cauere filiæ, vel eius tutoribus de fideicommisso præstando ei morte ipsius matris adueniente? Et dicitur quòd non, quia dicta cautio videtur remissa matri per verba testatoris, in quibus præcepit tutores ad administrationẽ ac cedere si mater decederet impubere filia constituta: & ante mortẽ matris noluit tutores aliquo modo intromittere se de fideicõmisso filiæ à matre relicto, & sic nec de cautione fideicõmissi. nã quocunq; indicio voluntatis, siue vocis testatoris, tacito, uel expresso, potest remitti cautio legatorum, vel fideicommissorum, scilicet vel alterius testamẽtum. igitur matri testamẽto potest reinitti dictæ matri. Sed pone ꝙ filia vel tutores eius petierunt à matre cautionem fideicõmissi pstandi, cum hoc petere nõ deberẽt, vt dictũ est: & mater non præstitit, & postea decessit mater, & dicta filia petit ab hæredibus matris fideicommissum prædictũ & ipsi respondẽt ei: tu petijsti cautionẽ fideicõmis. à matre tua contra voluntatem patris tui: ergo non debes habere fideicommissum. nunquid cõtra eam potest taliter præscribi siue excipi? Et dicitur quòd non: nã ea res. i. uolũtas patris nolentis à matre exigi cautionem, nõ facit conditionem circa fideicommiss. filiæ præstandum, s. vt ita demum habeat filia fideicommiss. si nõ petat cautionem nã non fuit relictũ filiæ sub conditione, si non peteret cautionem. Item & licet filia desiderauit cautionẽ à matre: tamẽ nõ fuit lecutum onus cautionis: quia & onus hodie sequi nõ potest aduersus inuitũ hæredem iure publico impediente: per qđ ibs publicũ statutũ est posse per testatorem remitti cautionem fideicõmissũ præstandi: quod iuste: tur §. vt le. no. ca. licet, & l fi. Vi.

Enim, nõ est in P.Fl.

In P. F. si quis ca ueri desiderauerit.

Filia. Scilicet eadẽ

LXXVII.

VM pupillus, aut tutor eius conditionis: vt lego tibi fundum. si Titio decem dederis & si mulier non nupserit, hæres centum dato quam pecuniam eidem mulieri Titius restituere rogatus est. Si nupserit mulier, die legati cedente fideicommissum petet. remoto autem fideicommisso, legatarius exemplum Mutianæ cautionis non habebit.

Conditio apposita administrationi non suspendit dationem tutelę Item conditio limitatur ex presumpta voluntate defuncti. Item conditio cautionis non petendæ remissa intelligitur B.

Pater exhæredatæ filiæ tutores dedit, eosque, si mater eius impubere filia constituta, vita decessisset ad rem gerendam accedere iussit: cum vxori mandatum esset, vt moriens filiæ communi decies quinque restitueret. Non tutores videbantur sub conditione dati: nec si quid aliud inter rea puella quæsisset, eius administratione prohiberi. cautio uerò fideicommissi matri remissa videtur. Quocunque enim iudicio uoluntatis cautio legatorum, vel fideicommissorum remitti potest. Itaque si cautionis non petendæ conditio legato, vel fideicommisso præscribatur: conditionem ea res non faciet. Non enim deficiet, si quis eã desiderauit, onere cautionis non secuto: quod aduersus inuitum hodie iure publico sequi non potest, post quam remitti posse cautionem placuit.

Pupillus potest impedire cõditionem impleri. Bar.

Idem libro ix. Responsorum. LXXVII.

VM pupillus, aut tutor eius conditio-

Decies quinq;. Id est, quinquaginta. nam dixi sic, cũ grauauerim vxorem meam in quinquaginta dandis filiæ eius, cum morietur, nolo tutores interim administrare, & sic videbatur sub conditione dare, si mater decederet. sed tamẽ aliud est, quia hæc conditio non videtur apposita, nisi administrationi fideicommiſſi à matre restituendi: & per hoc videtur remissa cautio fideicommissi: quia noluit tutores aliquo modo intromittere se de fideicommissis. Acc.

Sub conditione. Nunc soluit. & facit §. de tutel. l. mutuo §. 1. Acc.

Remissa. Scilicet videtur sub omni eo iudicio quocunq; potest remitti. s. aliàs, vel alterius testamento.

Præscribatur. Filia petijt cautionem, sed obtinere non potuit: quia remissa erat, vt dixi. nunc matre mortua petit fideicommissum.

Præscribatur. Id est, excipiatur: ꝙ non potest, quia cautionem petijt, sed non potest: quia nõ fuit relictũ sub conditione, si nõ peteret cautionẽ. Item nec fuit præstita, & sic non habuit hęres onus præstandi. petet itaq; filia legatũ cũ effectu: vt & §. vt le. no. ca. licer.

Eam. Cautionem sibi præstari, in quibus nõ faciendi conditionibus Mutiana cautio locum habet.

Non secuto. Id est, quia non fuit præstita cautio, licet fuit petita.

Sequi. Id est. locum habere.

Placuit. Vt C. ut in possef. leg. l. fcire.

VM pupillus. CASVS. Institui mihi filiũ meũ Infortiatum

impuberem, & Legaui Titio x. sub conditione, si de ē nio seruierit dicto meo filio, & decessi & postea Titius vult seruire pupillo: pupillus autē, vel tutor eius impedit, quo minus seruiat, certe iure communi vī conditio esse impleta legati, & sic habebit Titius legatum: & idem esset, si dedisset libertatē Sticho seruo meo sub conditione, si decennio seruiret dicto meo filio. nam volente Sticho seruire decennio dicto meo filio, & eo, vel tutore eius impediente: iure communi conditio libertatis impleta esse uidetur.

¶ Disiunctiuo. Legaui Titio cū adiuerit Capitolium, vel daret Seio equum suum: & ita disiunctiuo modo apposui ei duas cōditiones, certe sufficit si adimpleat vnā. & idē est, si legauerit ei si nauis ex Asia uenerit, vel Seius consul factus fuerit sicque posuit disiunctiuo modo duas conditiones, quæ sunt p me collatæ in euentum. nam & hoc casu sufficit unam existere vi.

Collatam. Puta legatum est Titio, si per xx. annos seruierit pupillo: & ita cōditio constitit in facto: alias pupillo non nocet suum impedimentum: g a nec datio ei facta danti prodesset: vt ĵ. de solutio. l. si seruus.

Supple materiā istam per gl. & doc. ĵ. e. ibi. l. quod traditum. & amplius ī l. si ita stipulatus. & maximè per Alex. ibidem, ĵ. de verbo. oblig.

Disiunctiuo. Secus si separatim sunt positę, vt ĵ. eo. l. quod traditum. & l. seq. & facit §. de condit. instit. l. 5 & ĵ. de verb. oblig. l. si ita.

Duobus impuberibus. Duos filios meos impuberes mihi hæredes instituit.ſ Titium,& Seium, & à Titio legaui quibusdam vltra dodrantem ſuæ partis,ita quòd habet locum lex Falci.& a Seio legaui, sed non vltra dodrantem:vel à Seio nihil legaui,& ita eis substitutum dedi, si Titius impubes decesserit in pupillari ætate,ſ substituo ei Sempronium:& si Seius impubes decesserit in pupillari ætate.ſubstituo ei prædictum Sempronium, & sic singulis separatim fuit facta substitutio, & decessi. postea vterq; dictorum impuberum decessit in pupillari ætate,& ita ex dicta substitutiōe successit eis dictus Sempronius:nunc petūt legatarij legata ab eo, ipse vult detrahere Falci.de legatis relictis à Titio præ dicto impubere, cum vltra dodrantem ſuæ partis sit ab eo legatum.Legatarij autem dicunt ei,Tu potes retinere quartam partem hæreditatis patris,quæ ad impuberes peruenit de parte Seij alterius impuberis: qa ab eo nihil fuit legatum:vel si fuit ab eo legatum, ita parum fuit ab eo legatum,quod ex solutis legatis ab eo relictis,remanet apud eum ex ſua parte tantū, qđ capit dictam quartam hæreditatis patris. vnde cū possis habere quartam totius hæreditatis, non potes detrahere Falcid.de legatis a Titio relictis.ſnunquid sunt audiendi legatarij? Et dicitur, quòd sic. Secus autem esset si singulis non esset facta substitutio: sed ita dixissem ego pater impuberū a me institutorū, ei ex filijs meis impuberibus,qui vltimo morietur in pupillari ætate substituo Sempronium, quia tunc si Seius impubes nō grauatus legatis decedat in pupillari ætate,& sic Titius eius frater q erat grauatus,fit eius legitimus hęres,& postea mortaē Titius grauatus,& ei Titio morienti d.,Sempronius substitutus hæres extitit portio quidē paternorum bonorum non grauata,quā Seius intestatus puta accepit à me patre, & q̄ habuit Titius eius frater,qui ei ab intestato successit, non cō fundetur,siue commiscebitur in ratione legis Falc. cū parte Titij grauati,quamuis vtr.mque habeat substitutus:quia non habet locum in ea substitutio:sed ab intestato fuit delata fatri grauato,i.Titio.Sed quartam tantum eius portionis grauatæ substitutus retinebit, quam Titius impubes accepit à me patre, qui Titius habuit substitutum Sempronium,substituit.n. solummodo vltimo decedenti.& Titius grauatus vltimo decessit,vt dictum est. Vi.

[g] Duobus. A quibus legata reliquit,nec obst.ī. eod.l. in ratione.§.si filio.in prin.Sed ibi duo vni.hic ecōtra duobus vnus substituitur.præterea & ibi dicit postea fieri

fieri contributionem, sed magis videtur contra in eadem l.quæsitum ibi,sed legata.nam hic portiones mi scentur.Sed ibi idem erat substitutus & in parte institutus.hic tantum substitutus.

[a] Sic ī P. Fl.Haloā. autē scripsit, quā intestatus pure accepit.

[b] Imò ma ritus ō dominus,rei dotalis Ale. & Vin.

[c] Imo pt secūdum Alex.

[a] Subſtitutū.Si ponas ſeparatim substituisse planū est: vt si primus hęres decesserit in pupillari ætate, eidem substituo talem, vt Sempronium. Item si secundus decesserit in pupillari ætate,eidem substituo. nam siue simul,siue diuersis temporibus decedāt,vtrique est hæres substitutus: vt hic in prin. dixi. si aūt dixit,si ambo decesserint in pupillari ætate, tunc distinguitur,an simul moriantur,& tunc idē est quod in primo, quod vtriq; ex testamēto succedat, vt hic in prin. § aut diuersis tēporibus moriantur:& tunc vlti mo tantum, vt hic, ꝙ si frater &c. & supra,đ vulg.subſti. l.qui duos. & C. de impu. & alijs ſub.l. pe. nec obſt.ſupra, de iniuſto teſt.l. pe. vbi vno decedente vocauit substitutus: sed ibi separati substituerat, vel dic vt d. l. C.de impub. & al.ſub.l.pen. not.Itē ad idem est contra infra,ad Treb.l. hæredes.§.cum ita ſed ibi in fideicommiſſaria. & facit infra, de bon.poſ. fm tab. l. pen. in princip. & supra, de vulg. subſtit. l.ex duobus.in princ.Sed arg. contra j. ad Treb.l.eum.

[b] In P.Fl. incipit, ꝙ bonis &c.

[b] Alterius. Ex subſtitutione.

[c] Legitimus. Quod est in eo casu,quādo non separatim ſingulis,ſed coniunctim eis subſtituit:puta dixit, si ambo decesserint in pupillari ętate, subſtituo eis Sempronium quoniam inuicem sibi succedunt:& vltimo decedenti succedit subſtitutus,vt supra,de vulg.subſtitutio.l.qui duos.

[d] Subſtitutus. Scilicet hęres extitit.

[e] Non confundetur. Quia in ea non habet locū ſubſtitutio,ſed in teſtamento fuit delata fratri.

[f] Impubes. Vltimo decedens.

[g] Accepit. Vltimo decedens. nam primus nō habuit ſubſtitutum.ſed legitimum fratrem hæredem.

[h] Qui Impubes.

Quod de bonis. CASVS. Titius habens debitorē in centum per pactum remiſit ei dictum debitum cauſa mortis. Item fecit teſtamentū, & inſtituto hærede Seio,multa quibuſdam legata reliquit,ita ꝙ habeat locū lex. Falc.vnde ſicut ab alijs legatarijs potest hęres detrahere quartam,ita a dicto debitore. vt j.eod.l.quærebatur:& C.eo.l.ſi quis quadringentorum.& ſic dicitur debitor contribuere cum alijs legatarijs ad quartam hæredis iure Falcidiæ de bonis detrahendæ.certē illud quod ita contribuendum, est [a] dictum debitorem, retinebitur per hæredem nomine Falcidiæ concepta per hæredem contra debitorem replicatione in factum.nam hæres petet ab eo quartam debiti:& ſi ipſe excipat de liberatione, hæres replicabit in factum, & ita cogetur ſoluere hæredi quartam debiti & hæres retinebit eam nomine Falcidiæ,& ſubaudi hic, illud quod contribuendum eſt. &c. Viui.

[a] Huic respondi interpretationē videre apud Ale. ab Al.li.2. Gen. die. c. xxiij.

[a] Debitore. Cui fuit liberatio relicta & cum posset Falc.retinere in totum liberauit hæres.

[b] Alci. li. parer.v.c. xxv. rōnē adfert, q̄ ob rē non liceat teſtatori Falci. in ſuo teſtamēto ꝓhibere. Hodie tñ pmiſſum esse à Iuſtiniano Falcidię, ꝙ hi bitionē ā notaui ex Nouel.cō ſtit.j. Frā. Bal.in cōmē.in tit. ad l.Falci. inſti. li 2.

[b] Sic hī l c.ſi diligēti cū Gl. i. circa prī. eē. de fo ro comp.

[c] Pacto. Maximè. nam idem eſt,ſi acceptilatione:vt j.eo. l.quærebatur.

[d] Remiſſum eſt. A teſtatore, vel ab hærede errore facti nō interueniēte. nā sic dī in legato: vt C.ad legem Falci. l. error. & donatio cā mortis ſimilis eſt legato: vt C.de dona.cau.mor.l. fin.& sic nō obſtat infra, eo.l.qui id quod. & C.ad l. Falcid.l.fi.ꝙa ibi ſciens ſoluit,vel promiſit. & facit ad l ſupra,de leg. 2.l.cū pater.§. Mæuio debitori.

[e] Videē huic.§.cōtra auth. ſed cū teſtator ver. itē ſi hæres. C. eo. cōclude p Bar. in l.ſi ex plurib. j.eo.

[f] Frater. Titius inſtituit ſibi hæredem ſororem ſuam Seiā, & ab ea multa reliquit quibuſdam, ita ꝙ ſic iure habebat locū lex Falci & alium puta Caium.cui donatum volebat cauſa mortis pœnam,de qua j. dicit, curauit idem teſtator ſtipulari ab ea, ne Falcidia vteretur circa legata, & vt certam pecuniam præſtaret eidem Caio dicta hæres,ſi contra faceret:& ita ſtipulatus eſt Caius prædictus a dicta hærede, mō quæritur vtrum dicta ſoror habebat retentionē quartæ ex legatis? Et dicitur quod sic : quia priuatorum cautione non eſt legib.refraganum,quę leges volūt, ꝙ hæreditate grauata legatis vltra dodrantem hæres poſſit detrahere Falci.vt ſ. eo. l i. vnde & actio ex ſtipulatu denegatur illi cui donatum voluit teſtator cōtra ſororem teſtatoris hæredem. Vi.

[g] Donatū. Cauſa mortis,vt pœnā de qua ſubij cit.

[h] Refragādū. No.ſic ſ.de leg. 1.l. nemo poteſt. & j.đ ſuis & leg.l.ſi.& ī.de pact.l.ius publicum Ar.contra ī. de leg.2. l.codicillis. §.fi.& de hoc no. in auth.vt ſine prohi.ma.debi.col.vij.§. 1. Acc.

[i] Denegādam. Scilicet ipſo iure:vel exceptione repellendam.ſic ī.de condi.inſtitut.l.quæ ſub condit.& no.quia aut eſt contra legem ſtipulatio,vel pactum:& tunc nec principale,nec pœna valet:vt hic.aut fm legē:& tūc vtrumq; aut præter legem, & tunc nō principale:ſed pœna.quod dicit no. C.de pact.l.pacta. Itē no.quod hic.§.videtur hodie corrigi: vt in auth. de hære.& Fal.§.ſi verò.expreſſim.col.1.

[j] Donatio cā mortis legato ſimilis eſt.

¶ Non idcirco. CASVS Instituit Titius hæredem Seium,& reliquit annua x.Caio, & multa alia legata reliquit quibusdam,ita q̃ habebat locum l. Falci.& decessit dictus Titius, postea Seius hæres soluit x. Caio primo,& secundo anno,& nihil detraxit nomine Fal. nunc vult detrahere Falcidiam pro sequẽtibus annis,num quid potest? Et dicit quod sic,nõ obstante quòd duobus annis præstitit integra. qualiter autem detrahatur Falc. de annuis legatis habuisti.ſ.eo.l.3. §.fi. Viu.

a Detractione.Vel cautione de legatis restituendis, ſi Falcidia apparet.

b Soluta. Scilicet rõ,quæ poterat retineri. & hoc ſi per errorem facti:vt C. e. Error. Sed quid ſi ex certa ſcientia ? Respon. hoc iure non nocet in alijs: vt C.eod.l. in imponẽda.in fi.hodie contra,vt in Auth.de hær &Fal § nõ auteni col.1.Itẽ contra.C.de fideicom.l.1.vbi triennio præiudicat:ſed hic fuit minus tempus. & ſic intelligitur C. de pact. l.ſi certis annis. Vel ibi in contrario erat duplex fauor,alimentorum. & vltimę voluntatis, vel refert ſit inutile propter minus ſolennem voluntatem,vt ibi,an propter Falc.vt hic & facit C.ne vxor pro marito l fi.& C.de vſu l.creditor & ſ. de ope lib. l.operis.Sed arg.contra C.de non nume. pecu. l. cum fidem.& ſ.de iudi. l.fideicommiſſum.in fin.

¶ Quod auus. CASVS Titius fuit tutor nepotis ſui Seij,& malè adminiſtrauit eius tutelam, ita q̃ fuit factus eius debitor in centum pone,poſtea fecit teſtamẽtum dictus auus & inſtituit ſibi hæredẽ dictũ ſuũ nepotẽ,& multa legata ab eo quibuſdam reliquit, & rogauit eũdem nepotem,vt ſi ſine liberis ante viceſimumquintum annum decederet tam hęreditaria bona,quã propria ſua bona nepotis reſtitueret Caio pone.poſtea deceſſit hic auus:nunc legatarij petunt legata a dicto nepote.ipſe vult detrahere Falcidiam, cum dodrans fuerit per auum exhauſtus:& vult detrahere ante partem dicta centũ,quæ ei debebat auus ex tutela,tanquam æs alienum,quæritur vtrum poſſit ita detrahere ſibi debitum? Et videbatur quibuſdã q̃ non: quia auus rogauit eum,vt dictum eſt,vt ſi ſine liberis ante xxv.ann.decederet,reſtitueret Caio tam hęreditaria bona,id eſt,aui,quam propria ſua bona. i.nepotis: & ita videbatur ſecundum eos,q̃ auus voluerit ſibi remitti dicta centum, quæ debebat nepoti, ideo q̃ tãto tempore voluit nepotem tenere vtraque bona.Sed certè reſpondetur in contrarium.l.q̃ bene poteſt nepos hæres detrahere dicta centum ante partem, tanquam ęs alienum; nec obſtat ratio dictorũ,qui credebant contrarium, id eſt,qui credebant cõpenſationẽ fieri:quia ẽt per verba teſtatoris: ideo maximè declaratur non eſſe factã dictam compenſationem; quoniam oſtendit per verba ſua defunctis teſtator nepotem hæredem ſuum habere propria bona: nam dixit dict⁹ teſtator,q̃ dictus ſuus hęres inſtitueret Caio tã hæreditaria bona,quam propria bona nepotis:per q̃ apparet quòd ſicut per propria bona nepotis reſtituẽda Caio per nepotem non tollitur illud,quod ei nepoti debet auus: ſic nec per hęreditaria, vt hic, & arg.C.de diuer.reſcript. l.ſi libellum. Sed pone quòd primo ac ſecũdo anno ſine vlla detractione fuiſſent legatario ſoluta. b

Quod defunctus debet hęredi vt ęs alienum deducitur, niſi teſtator prohibuerit: nec videtur prohibere,ſi eum grauat, vt propria bona ſua reſtituat, & fructus percepti iudicio teſtatoris,in debitum imputantur. Bartolus.

Quod auus ex cauſa tutelę nepoti debuit, cum auo nepos ſolus hęres extitiſſet, ratio Falcidię ſi poneretur, in ęre alieno bonis deducendum reſpondi. nec ad rẽ pertinere, quòd hęredẽ auus idemq; tutor rogauerat, vt ſi ſine liberis ante certam ętatem decederet, tam hęreditaria bona, quam propria reſtitueret. nõ enim ex hoc hęreditatem debito compenſatam videri cum vel ideo maximè declaretur non eſſe compenſationem factam,quoniam hęredem ſuum habere propria bona defunctus oſtẽderit. Planè ſi cõdicepti poſt mortem aui compenſabuntur cũ dicto debito tutelæ,vtq; ad cõcurrentẽ quantitatẽ:& ſi capiunt pluſquam dictum debitum,ſuperfluũ imputãtur quartę Trebellianicæ,vt j.eo. §. fructus.& hic nõ lucratur hæres nepotis dictos fructus.nec detrahit dictum debitũ de hæreditate aui,cũ fructus cũ debito cõpenſentur quartam aũt de bonis nepotis non detrahit hæres nepotis:quæ reſtituere debet Caio ſimiliter: ſed detrahit eam tantũmodo de bonis aui,quæ ſi bona au⁹ reliquit nepoti tempore mortis ſui aui. Et non miteris ſi hęres nepotis tenetur reſtituere Caio bona nepotis, quia id intelligo cum tñ habet hæres nepotis ex bonis aui præter quartam,quã detrahit de bonis ipſius aui computatis etiam in dictã quartam fructibus perceptis ex bonis aui,qui fructus ſunt vltra illos fructꝰ, qui compẽtati fuerunt cum debito tutelæ, vt dictũ eſt,quantum erat in bonis nepotis.vt C.de iure dot.l. eum patrem. & ſ. de leg. 2. l. Imperator. §.fin. Quis aũt debeat amodo reſpõdere legatarijs,quibus dixi auũle gaſſe.ſ.vtrũ Caius fideicõmiſſarius: q̃ hẽt bona aui, & hæredis.aui,i nepotis:an verò hæres nepotis.q̃ hẽt quartam bonorum aui:dic vt j.ad Trebel.l.j §.his q̃ quadringenta.h.d.vſq; ad §.cũ fideicommiſſum.Viu.

a Quod auus.Puta centum.

b Soluſ. Ideo dicit ſolus,vt melius cõueniant ſequẽtia. nam ſi cũ alio,non deduceretur totum debitũ ex cã tutelæ.Item nec confunditur, nec cõpenſantur cũ fructibus,niſi pro hæreditaria portione: pro alia agit contra hæredẽ:vt C.de neg.geſt.l.ſi ab eo.Acc.

c In ęre.Id eſt,inter cæterum ęs alienũ:vt C.eo.l.in imponenda.& l irritum.

d Ætatem.Puta xx.annorum.

e Videri.Id eſt,quia tanto tempore voluit cũ tenere vtraque bona:non iõ videtur velle remitti ęs alienum: niſi hoc expreſsè dixiſſet:vt ſ.eod.l.ſi debitor. Accurſius.

f Propria.Per quod apparet,quod ſicut per propria non tollitur æs alienum,ſic nec per hæreditaria. arg. C.de diuer.reſcript.l.1.Vel aliter:quia voluit eũ habere propria,& proprium eſt,quod ab alio ſibi debetur: ergo & illud voluit detrahi auus,quod ex cauſa tutelæ debuit.

g Oſtenderit.Cum ſi decederet intra certam ætatẽ, deberent reſtitui tam propria,quam hæreditaria.

Impleta

a Impleta.Quia deceſſit ante completum xxv.an.ſine liberis.

b Hæreditatis.Auitę.

c Compenſabuntur.Reliqui fructus quadrati imputantur:vt j.eo. § fructus:& j.ad Treb.l.in fideicõ.& l. mulier.& j. eo l.ſi. lius.ſecus eſſet in liberis primi gradus: q̃ debent hẽre quartã ĩ rebus principalibus: nõ ĩputationẽ fructuum: vt C ad Treb.l.iubem⁹ quę eſt contra. Et no hic,q̃ non lucratur fructus, ſi excedant quartam cum cõputet in debito, licet eos ꝛcipiat ex iudicio defuncti:qđ eſt contra illud qđ diſtinxi j. ad Treb. l.in fideicõ.in princ. ſed eſt hic, vt dixi j.ad Treb. l. mulier. §.pen.

d Sed quartã.Hęreditatis auitę.

e Reliquit. Id eſt, quę fuerunt moriẽtis aui. non autẽ de bonis ꝓprijs nepotis. Sed nunquid hęres nepotis tenetur propria reſtituere ? Reſpon. ita, ſi præter quartam tantum habeat ex bonis aui, cõputatis ẽt fructibus, quãtũ in bonis nepotis erat.C de iure dot.l.cũ patrẽ & ſ.de le. 2.l. Imperator.§ fi.& ſic bona nepotis non defalcabit: quia de auitis detrahendo: quali propriorum quartã detraxiſſe videt,& eſt ratio:quia de bonis defuncti, prout erant tempore mortis,debet Falc.detrahi:vt Inſtit.ad l.Fal. §.cum autem.

f Cum fideicõmiſſum.Maritus ab vxore inſtitutus, fuit rogatus hęreditatem filio cõi reſtituere: & pater poſtea filiũ inſtituit dicendo,quod paterna hęreditas cõpẽſareẽ cũ eo,qđ pater debebat ex teſtõ matris Dic ergo qđ iſte filius debet hẽre quadrantem hęreditatis paternę.i oium eorũ,quę inuenit in bonis patris tpe mortis.de dodrante vero,qui remanet, debet detrahere fideicõmiſſum ſibi relictũ:vt æs alienum.i.dodrantem hęrediratis maternę. nã non plus venit in fideicom.quia pater potuit detrahere quartã Treb.de reli duo ſoluet legata,& fideic.& ſecundum hoc,dic filio deberi.ſ.ex teſtõ matris.& quod dicit poni cœperit,ſ. à filio contra legatarios.Ex teſtamento patris cõpẽſabitur.ſ.dictũ debitũ,fini quadrãtis.i.in quadrãte toto, cũ illũ à patre habeat cũ effectu. Itẽ qđ ſubijcit ęris alieni.i fideic.à matre relicti.& ſecundũ hoc non cõputabitur in Falc.debitum a matre, licet pater hoc dixerit,& ſic eſt contra ſ.eo.l.ſi debitor.Sed dic aliud in filijs,vt hic,& ſ.eod.l.pater.in princ.quam in debitore extraneo ex toto inſtituto hẽde: qñ magis permittit lex,& fauet volũtati teſtatoris,vt cõpenſetur debitũ, & cõputetur in fal.quã. um inſtituit filium creditorẽ pater,vt hic.Vel ſecundo põt intelligi,quod hic dr̃,qđ filius iſte fideic.quod ſibi debetur.i. dodrantem hæreditatis maternę debet ſibi cõpenſare in quadrantem, quẽ habet in bonis patris pro concurrẽte quãtitate.ſi autẽ plus eſt in fideic quam in illo quadrãte:id quod ſuperfluum eſt detrahet filius ex dodrante bonorum paternorum.i.quę inueniuntur in bonis paternis tẽpore mortis. De eo autem quod remanet ſoluet legata, & fideicom. Et ſic non ob.ſ.e.l.ſi debitor.& facit ad hoc ſ.de leg. 2.l.cum pater. §.Titio.ſed ob.ſ.e.l. pater.ſed illud fauore dotis. Itẽ ad hoc ob.ſ.e.l.pater. §.1.ſed dic,vt in fi.eiuſdem §.Tertij dicunt, qđ pater quartam poterat retinere ſibi de hæreditate matris;& filio dodrantẽ reſtituere debebat. Debet igitur vnũ compẽſare de tribꝰ quadrantib. ſibi debitis cũ eo,quẽ pater dat quaſi de ſuo : & ſic hẽt filius tres quadrãtes.ſ.duos, q̃ remanent, vt a patre debitor,& tertium, quem habet per cõpenſationẽ. Ex alio voro, quem videtur pater pro compenſatione dediſſe, ſoluet legata, & fideicom. vt de cæteris rebus paternis,& detrahet Fal. vt de cæteris bonis : alios tres quadrantes: vt ęs alienum habebit filiꝰ,nec minuuntur per hoc q̃ pater voluit totum debitum extingui per compenſationem, & ſic eſt contra ſ. eod.l.ſi debitor.ſed ſolue.vt dixi ſecundum primã poſitionẽ caſus.

ratio Falcidię poni cęperit: fini quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compenſabitur atque ita ſuperfluum æris alieno dodrãti tantum detrahetur.

Quod ab hęrede vxoris ex donationibus a marito ei factis debet reddi, venit deducendum, vt æs alienum. Alexand.

Ex donationibus in vxorem collatis, quod hæres eius reddere viro cogitur, in bonis mulieris non erit,nam ita fit locupletior, vt tanto pauperior eſſe videatur. Quod autem hæres in de minuit, viro non perit.

P.Flor. alieni.

ADDITIO Dic ſim Bar.q̃ eſt ſpeciale in filijs primi gradus,vt hic facit l.pater.in prin. ſ.eo.

¶ Ex donationibus. CASVS Titius donauit vxori ſuę Seię fundum Titianum,& Seianũ pone, ex q̃bus ipſa facta eſt locupletior:deceſſit prędicta mulier iſti tuto hęrede Caio,& multa legata quibuſdam reliqit nunc legatarij petunt legata a dico Caio hęrede mulieris,& hęres vult detrahere,vt ęs alienũ illud, quod maritus prædictus donauit dictæ ſuæ vxore ideo,quia illud tenetur hæres reſtituere marito,eo q̃ donatiões non valuerunt inter virum, & vxorem nunquid põt hæres ita detrahere? Et dicitur q̃ ſic.nam ex dictis donationibus ita fit locupletior mulier,vel hęres eius,vt tanto pauperior eſſe videatur:quantũ tenetur marito reſtituere tenetur autẽ marito reſtituere illud,in quo facta fuit locupletior,& non plus. in vno tamen caſu tenetur reſtituere marito etiã ſi non eſt locupletior vt puta ſi ex dictis donationibus minuit hęres dolo,uel culpa.Nam quamuis non ſit tũc locupletior, tamẽ q̃ eũ factum eſt,quo minus eſſet locupletior, vnde illa diminutio non eſt ad periculũ viri:& cõputabitur nihilo minus eſſe in bonis mulieris,quãtum ad commodum legatariorum.Et hoc vult dicere iſte.§.Viu.

a Reddere.Quod eſt,in quo fuit locupletior donatarius:vt ſ.de donat.inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus.§ fi.ex quo ipſe prædeceſſit:vt C.de don.inter uir. & vxo. l.à marito.Acc.

b Locupletior.Scilicet vir

c Videatur.Mulier,vel eius hæres, vel ſecundo ita fit locupletior mulier,ut tanto videatur pauperior, quia tantũ habet neceſſe reſtituere.Item reſpexit hæc lex, quaſi abſit quod abfuturũ eſt,ut ſ.de neg geſt.l.2. & l.ſi quis man. Et contra adeſſe quod eſt affuturum vt j.de reg.iur.l. qui actionem.Acc.

d Minuit. Dolo vel culpa.

Non petit.Scilicet ipſi hæredi mulieris.arg.j.ad Trebel.l.mulier.§.ſed enim.

Similem in l.queſtũ. §.fi. ſ. de lega.3. ſic adeſſe dicit res quãdo ea ſualiter ad eſt.Bal. in l. ſi ita. ſ.eo.ti.de leg. 3.

Fructus

¶ Fructus prædiorū. CASVS. Institui mihi hīdem Titiū,& multa legata, & fideicōmissa ab eo quibusdā reliqui: inter quæ reliqui Seio fundū Titianū & Seianum sub conditione,si nauis ex Asia venerit:& nō rogaui hæredem meum expresse, quod restitueret dicto Seio fructus dictorū fundorum,quos hæres percipiet pendēte dicta conditio. fideicommiss fundorum.hæres percepit ex eis fundis multos fructus: & postea extitit dicta cōditio. veniunt modo omnes legatarij, & fideicō. & petunt ab hæredc legata, & fideicommissa. dicit hæres, Ego volo vobis detrahere Falcidiam. dicunt ipsi, Tu non potes,nec debes detrahere quia tot fructus pcepisti ex fundis relictis Seio, qđ eis computatis ubi bene habes quartā. dicit hæres,Ego debeo lucrari dictos fructus: quia nō fui rogatus de eis restituendis. Quæritur modo, vtrum hęres ita lucretur dictos fructus,cp eos sibi nō teneatur computare in quartā? & respon. quòd non. sed cum debeat habere quartā, & quartę fructus:computat sibi in dictam quartam, & in dictis fructibus quartæ dictos fructus ex fundis perceptos : nec impedit hæredem,quin habeat quartæ fructus perceptos ex die mortis testatoris vsq; nūc, quia ratio legis Falcidiæ cœpit habere locum tātum post dictam conditionem fideicommissi existentē nā quamuis ratio legis Falcidiæ cœperit habere locum post impletam dictam conditionem fideicommiss. tamen necesse est relinqui apud hæredem integros fructus quadrātis,siue quartæ perceptos ex die mortis testatoris vsque nunc.lucratur ergo hæres fructus dictorum fundorum perceptos pendente conditione, & tenetur eos sibi computare in quarta,& quartæ fructus & superfluos fructus fundorum, si quid de eis supereſt à quarta,& quartæ fructibus, retinet sibi hæres. Viuianus.

a Fructus. Qui satis erāt tempore mortis:alioqui nō computantur in Falcidiam:vt institu.eo.§. quantitas. & infra eodem, lege, in quantitate.quę sunt contra. Azo.

b Relictos. Non expresse,sed per cōsequentiā:vt subijcit:in causam &c.quia cum prędium legat sub conditione,sub eadem videtur legare & fructus. Vbi ergo ante conditionem percepit hæres,sui sunt, & computantur in Falcidiā,vt dicitur hic. si autem expresse essent relicti,venirent in restitutionem:vt infra ad Trebel.l.in fideic.in prin.& §.1.

c Accepto facere. Id est,cōputare & hoc est in quarta iure institutionis idem in Treb.vt computentur fructus nisi in liberis primi gradus,vt C.ad Treb. l.iubemus.secus in quarta iure naturæ, in qua nō, computantur: vt C.de inoff.test.l.scimus.nisi in casu,vt supra de inoff.test.l. Papinianus.§.si conditioni.

d Quartæ fructus. Hoc est generale in omni quarta: vt infra ad Treb.l.in fideic.

e Nec ad rem. Id est ad impediendū quartæ fructus.

f Cœpit. Lex Falc.

g Fructus. Integros ad hoc infra ad Treb.l.mulier.§. si hæres.Accursius.

mortis fructus g quadrā tis apud hęredem relinqui necesse est.

Prælegatum defalcatur à cohærede, & illud quod supra defalcationem remanet, in Falcidiam non imputatur. Alex.

Fideicommissum h portionis supplendę gratia, pro qua matrem filius hęredem instituit, eidem matri datum, ratione Falcidię i minuitur : & eam pecuniam mater supra quartam suę portionis percipiet. k Quarta, quæ per legem falcidiam retinetur: ęstimatione, quam testator fecit, non magis minui potest, quàm auferri.

¶ Fideicommissum CASVS. Titius instituit sibi hæredes matrē suā & Seium, & centum prælegauit matri, vt augeret eiusdem matris portionē,in qua eā instituerat:& postea multa legata q̄busdam alijs reliquit & à matre,& à Seio cohęrede,ita quod dodrātem patris cuiuslibet exhausit:& postea decessit idē Titius. nunc mater petijt dictū prælegatū à cohęrede suo & cohæres vult ei soluere:detrahit tū Falc. nunquid pōt detrahere: Et dī cp sic. retinebit ergo sibi cohæres xxv. de dictis centum:& lxxv. debit matri testatoris, & ipla retinebit sibi dicta lxxv. & ēt retinebit sibi quartā portionis suæ, in quā fuit instituta,& de tribus partibus portionis in qua fuit isstituta,soluet legata a te relicta. dic ergo infra supplendū.id augendum.Viu.

Fideicōmissum Filius instituit matrem cū alio,& vt augeret portionem matris,prælegauit ei fundum. Dic ergo supplendū i.augendū. nam si velis dicere cp vellet ei supplere portionē l.Fal.aut debitā iure naturæ,aut iure institutionis:de prima nō, quia iam esset factum quod in fi § dicitur.quia in ea bene cōputāt, quæ relinquuntur iure legati.vel fideicō. in secunda non:quia illa non posset suppleri per legatum vel fideic.sed tantum iure hęreditario:vt infra e.l.in quarta. Dic ergo,cp volebat augere portionem hęreditatis, quam sibi reliquerat,vt haberet eam maiorem.

Ratione Falcidiæ. Detrahit enim cohæres Falc. vt hic,& C.eo.l.à cohærede.nisi & ipse à matre cohęrede fideicommiss. sibi relictum similiter peteret: vt inf. eo.l.Nessennius.

k Percipiet. Nisi ideò legatum datū est,vt integra legata a te relicta prę stet:vt infra eo.l quod autem.in fi.

l Quarta. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium,& legauit ab eo quibusdā vltra dodrātē hæreditatis suæ,ita cp non remanebit hæredi quarta hæreditatis solutis legatis. Dixit autem idem testator,cp res quæ remanebāt hæredi,valebāt plus quam in veritate valerent,vel econtra dixit,quod res legatę valebāt minus,quā in veritate valerent:quæ si vera essent,cessaret Fal. certè dicitur hic, cp his modis nō potest hæredi Fal.minui,vel in totum auferri talibus enim enunciationibus testatorum non debet stari. Viu

m Quarta. Reliquit testator in legatis vltra dodrātē, sed dixit cp res quę remanebant hęredi,valebant plus quam valerent:vel econtra cp res legatę valerent minus quam valerent : cp si verum esset, cessaret Falc.& dicit cp etiam hoc modo non potest fal.minui:cp est iure veteri:vt hic,& supra,ead l.§. 1. hodie contra:vt in auth.de hær.& fal.§ si verò expressim.colum. 1. Et no.

huiusmodi

huiusmodi enunciationibus non stari. sic C. de test.l. verba.& de prob.l.rationes.& auth. quod obtinet. & com.utriusl.iud.l.scripta.& ī.de leg.j.l.si fundum. §.si libertus.& j.eo.l.in l.Falc.

Si ex pluribus. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & Seio legauit tot res, quod habet locū lex Falc. & decessi:postea hæres meus soluit legatario prædicto quādam de dictis rebus non detracta ex eis Falc.nūc legatarius prædictus petit alias res sibi legatas, certè potest hæres ei opponere exceptionem doli, donec detrahat ipse hęres plenam Falc.pro his,& pro alijs rebus,quas soluerat legatario, & qđ dixi in pluribus reb.legatis, habet locum in una de legata.Viu.

a Legatis. Scilicet vni psonæ, aliàs nō posset retineri Falc. vnius ex legato alterius:sed repeteret solutū, si errore facti soluisset,ut C.e.l. error.Sed contra hanc l.in aut.de hæred. & Fal §.non aūt col.j. sed ibi integram solvit,hic non. & facit C.eo.l.in imponenda,in fi.Acc.

Si post missionē. CASVS Titius existēs in militia:& habēs in bonis qua dringenta tm̄, fecit testm̄ in militia,& rota quadringenta legauit quibusdā,& eodē testō fortè confirmauit codicillos, si quos postea contingeret eū facere,& ita valere debet illud testm̄ iure militiæ,postea fuit missus de militia, & intra annū missionis fecit codicillos & in eis legauit q̄busdā alijs cētum,& decessit intra eū annū missionis Certè dicitur hic,quod ex testō p̄dicto,quod iure militiæ adhuc valet,debent præstari legatarijs plena legata.i.non detracta aliqua Falc.ex codicillis autem, qui non valent iure militiæ debent præstari legata habita ratione legis Falcidiæ.qualiter autem diuidentur dicta quadringenta,ut ex parte quæ tāgit codictllos,extrahaē Falc.ex alia aūt parte,quæ tangit testamentum non extrahaē Falc.?Resp testator legauit inter testm̄ & codicillos centum,ultra quā haberet in bonis. vnde si legata codicillorum non paterentur Falc. deberent diuidi bona in v.partes.& quatuor partes deberent habere legatarij testamenti.i trecenta viginti, & quintam debent habere legatarii codicillorum.i.lxxx. nam quintam partem quadringentorum uidetur in codicillis legasse:cum centum, quæ ultra patrimoniū sunt, sint quinta quingentorum legatorum. cū ergo ex legatis in codicillis relictis debeat detrahi Falc. vt dictum est,retinebit hæres de dictis octoginta,quæ uidentur legata in codicillis,quartā partem.i xx. & tres partes debit legatariis, siue legatario codicillorum,id est,sexaginta.Viu.

b Ex codicillis. Per testamentum confirmatis, ut ī. de milita test.l.si certarum.

c Dicitur. Idem econtra:vt j.eo.l.fin.& l.si miles.& C. de testam.mili.l.in testamento.& C eo. l. in testamento Accurs.

d Quinta parte. Scilicet quadringentorum, quorum quintam legasse in codicillis videtur,cū centum, quæ ultra patrimonium sunt, non cōputent: ut j. e.l.in quātitate. §.fi. Quæ.f.quinta.

e Peruenirent. Ergo q̄nta pars exvno quoque legato decedit,quia eatenus cui que plus legauit, quam habueret. Azo. vt j.eod.l.in quantitate.

f Nō pateretur. Scilicet legatarius.& facit ī. de inoff. testa. l.Papinianus.§.si qs in fi.

Filiusfamilias. CASVS. Caius filiusfamilias miles redijt de militia, & decedens fecit codicillos,in quib.commisit fidei patris sui, vt peculium suum castrense restitueret Titio post mortem suam patris. & decessit hic filius. postea dictus suus pater tenuit multo tē pore dictum peculium filij, & ex eo multos fructus percepit, & postea decessit idem pater,& sic extitit dies restituendi bona filij Titio prædicto.vnde Titius petit dicta bona ab hęrede patris,& hęres patris vult ei restituere,deducta tamen quarta Trebellianica.quæritur vtrum posset detrahere dictam quartam,& antequam soluat quęstionē interserit quædam alia dicens legem Falc.siue senatusconsultū Trebellianum habere locum ēt in succesſionibus intestatorum:sed in nostro casu non fuit hęreditas filii siue succesſio ex hęreditate:nam cum apud patrem remanet peculium castrense filii ex codicillis factis ab intestato per filium,ius pristinum durat, id est peculium est,& non hæreditas.& sic uidetur quod non habeat locum Trebellianum, quod dixi habere locum in hæreditatibus ab intestato delatis, & restitui iussis.quāuis si filius prædictus instituisset extraneū,fieret hęreditas peculium suū adeūte hærede.sed huic,quod dictum est non esse hęreditatem apud patrem sed peculium, & sic non habere locum Trebellianū,vī contra quod dicitur alibi.Titius fecit testamē tum & in eo reliquit legata,& postea fuit captus ab hostibus : & sic testamentum suum fuit ruptum per captiuitatem,& sic non uidetur esse hęreditas eius, nec hęres & postea decessit apud hostes.nam dicitur alibi quod in dicto suo testamento habet locum Falcidia:sed non est contra,quia lex Cornelia fingit dictū captum mortuum fuisse prima hora captiuitatis, & ita non esse ruptum testamentum suum. & ita esse hęreditatem, & hæredem. vnde soluo tibi quæstionem in principio legis positam, scilicet quod nemo

debet

v P.Fl.fideicōmissum.

In P. F. incipit, si filiusf.&c. fideicommississet.

debet dubitare, quin beneficium senatusconsulti Trebelliani indulgeri debeat patri, siue hæredi eius, cũ restituit bona filij Titio supradicto, sicut fuit in codicillis rogatus, & est ratio, quia pater cogitur restituere Titio bona filij, quasi bona patrisfamilias. licet non vt hæreditatem. nam & video alibi: ꝙ si aliquis est hæres institutus, ab eo sunt relicta legata, & ipse omittat adire ex testamento & capiat bona ab intestato licet non valeat testamentum tanquam additione destitutum tamen hẽt locũ Fal. per edictum si quis omiſ. caus. testa. sed est, ita in hoc casu. ergo idem est in nro casu, scilicet ut in eo habeat locum Treb. vt sic pater, siue hæres eius possit detrahere quartã Titio, cui restituit bona filij: si tamen ex fructibus medio tpe perceptis per patrẽ de bonis filij habeat tãtum pater quantum capit dicta quarta Treb. & fructus eiusdem quartæ, omnia & integra bona filij restituet Titio, & poterit postea Titius fideicõmissarius exercere vtiles actiones cõtra debitores dicti filij, & dicta bona, siue peculium filij, quæ est ꝙ non erat hæreditas apud patrem dicetur amodo esse hæreditas apud Titium prædictum. Viu.

In P.F. sed me nõ dubitare, quin debeat. &c.

a Qui militauerat. Quondam: sed tempore codicillorum est ueteranus. Acc.

b Quartam. Trebellianicam.

c Legem Falcidiam. Id est, senatusconsultum Treb. vt ff. ad Treb. l. 1. §. hoc autem. & l. recusare. §. j. & de alio iure institutionis cõtra quod habet locum ab intestato. vt C. quando dies leg. ced. l. fi. sed hic de ea potest loqui: cum inducatur ius simile.

d Hereditatem esse. Vt ff. de castr. pec. l. 2.

e Placeret mihi. Et bene: vt ff. de itipu. seru. l. si seruus communis. in princip. & infra de acquir. rer. dominio. l. in eo.

f Exercetur Falcidia. Vt supra eo l. 1. §. 1. & ibi nõ est ibi hereditas: quia imò est per fictionem: ut subijcit etiam hic.

g Sed nemo. Nunc soluit.

h Bona. Licet non, ut hæreditatem. ad quod est ff. de minor. l. 3. §. Pomponius. Acc.

i Hæres scriptus. Pater à filio: ut ff. de castr. pecu. l. pater qui castrense, §. 1. Vel dic hæres scriptus. si quilibet etiam à non milite: vt ff. cad. l. 1. §. ad eos. & inducitur militauerat, decedens patris sui fideicommisit codicillis, vt peculiũ suũ castrense Titio post mortẽm restitueret. Quæreba tur, an ut hæres quartam deducere posset? Dixi, legem Falcidiam indu ctam esse à diuo Pio & in intestatorum succesio nibus propter fideicommissa. sed in ꝓposito, nec hæreditatem esse, quã uis placeret mihi extraneo hærede instituto, fieri hæreditatem eius adi tione. Nam cum apud patrẽ remanet, ius pristinũ durat, & peculium est. Nec huic contrarium est, quòd in testamento eius, qui apud hostes decesit exercetur Falcidia. Nã fictio legis Corneliæ & hæreditatem, & hæredem facit. sed nemo dubi tat, quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium: si quidem quasi patrisfamilias bona restituere cogitur: & hæres scriptus omissa ex testamento aditione, exẽplo edicti, legatorum no mine conuenietur. His consequens erit, vt si ex fructibus medio tempore quartam, & quartæ fructus habuerit pater: etiam Trebellianum senatusconsultum inducamus, & vtiles actiones exerceri possint: fiatque hæreditas post restitutionem.

licet non valeat testamentum: tamen habeat locum Falcidia: ergo idem in nostro casu, & ff. si qs omiſ. caus. test. l. si seruum §. 1. & j. ad Treb. l. 1. §. in filij. & j. de castren. pec. l filiusfamilias. & l proponebatur.

k Inducamus. Quia omnia vult restitui nullo detracto ut Insti. de fidei commissa. hæred. §. restituta.

Pretium rei dicitur capi ire hæreditario, & ideo computatur in quarta.

Scæuola libro viij. Quæstionum. XIX.

SI dignum decem fundum damnetur hæres quinque vendere: sine dubio quinque erunt imputanda Falcidiæ.

Legatum inutile Falcidiã non inducit. Bar.

Idem libro ix. Quæstionum XX.

SI à seruo meo hærede instituto mihi legetur & mihi acquiratur hereditas, negat Mætianus, id legatum in Falcidiam computari, quia non debeatur.

In cursu duarum causarum insurgit illa, quæ Falcidiam minuit, & illa quæ repetitionem impedit. Bar.

Paulus libro xij. Quæstionum. XXI.

SI pupillus. CAIVS. Titius mutuauit x. Seio pupillo sine tutoris authoritate accipienti, ex quo mutuo ipse pupillus non factus fuit locupletior, & sic nõ tenetur nisi naturaliter: vt j. de noua l. 1. in fi. postea dictus Titius creditor fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredem Caium, & legauit dicto pupillo Stichũ sub conditione, si decem, quæ acceperat ab eo mutuo, redderet dicto Caio hæredi, & multa alia legata reliquit quibusdam, & postea decessit dictus testator, & postea pupillus numerauit decẽ hæredi causa implẽdæ cõditionis legati de Sticho, & habuit Stichũ ab hærede. mõ quæritur, vtrũ dicta decẽ computentur hæredi in Falc. quam vult detrahere legatarijs? Et videtur ꝙ non, quia ea quæ hæres capit causa implendæ conditionis alicui legatario impositæ, non solet cõputare sibi in Falc. vt infra, eo. l. id autem. cum sim. Dicitur tamen hic, quod bene computatur hæredi in Falc. quia pupillus numerãdo hæredi creditoris dicta decem, vna numeratione implet cõditionem legati. & liberat se a naturali obligatione qua tenebatur pro dicto mutuo, & ita videt hæres recipere dicta decem vt debitum hæreditarium: debita autem hæreditaria bene computantur in Falc. hæredi. & adeo videtur dictus pupillus soluere dicta decem hæredi, vt debita, vt etiam si repudiet idem pupillus legatum Stichi, vel moriatur dictus Stichus legatus. non posset ea decem repetere pupillus iure communi. Viu.

l Imputanda. Quæ fuerunt pretium: quia habet iure hæreditario, reliqua v. intelliguntur esse legata & facit j eod. l. at veterani §. 1. & l. qui fundum in prin. & l. in ratione. §. 1. & supra, de leg. 1. & l. ii æquo.

SI à seruo. CAIVS. Titius instituit sibi hæredem Stichum seruum meum, & ab eodem meo seruo mihi legauit centum pure, & alijs etiam legata reliquit. postea dictus meus seruus adiuit hæreditatẽ dicti Titij iussu meo. & sic acquisita est mihi hæreditas prædicta, & sic dictum legatum nullius est momẽti. nam cum habeam hæreditatem per seruum meum prædictum, non possum esse hæres, & legatarius: legatur ergo, vt dictum legatum non imputetur in ratione Falc. cum cæteris legatis, scilicet, ut eam inducat, sed ut eam submoueat. Viu.

m Legetur. Quod legatum tenet a principio, sed si inter dominum adeat hæreditatem seruus, sit nullum: ut infra de leg. §. an seruo in fi.

n In Falcidiam. Non computat in Falcidiam, ut eam inducat, sed ut eam submoueat: ut supra de legatis primo, lege, cum filio. & lege, à tho. & facit infra eodem lege, non dubium, & lege, id autem, in fine.

o I pupill⁹. CAIVS. Titius mutuauit x. Seio pupillo sine tutoris authoritate accipienti, ex quo mutuo

SI pupillus. cui sine tutore authore decem mutuo data sunt, legatũ à creditore meruerit sub hac conditione, Si decem quæ accepit, hæredi, reddiderit, vna numeratione: & implet cõditionẽ, & liberatur naturali obligatione, vt etiã in Falcidia hęredi imputentur: quamuis non imputarentur, si tantũ conditionis implendæ causa data fuissent, adeò aũt soluere videtur, vt repudiato legato, vel Sticho, qui legatus est mortuo, nihil repetere possit.

Si iure potestatis, vel dominij portio non grauata accrescit portioni grauatæ, fit contributio: secus si econuerso. Bar.

Si ego & seruus meus hæredes instituti sumus ex diuersis partibus, nec à seruo erogatus dodrans: ijs, quibus à me legatum est, cõtra Falcidiã proderint, quod ex portione serui ad me peruenit supra Falcidiã eius portionis. ex contrario si seruo meo seruꝰ mihi in dicta Fal. illud, quod peruenit ad me de parte, in qua seruus meus fuit institutus vltra Falcidiã portionis seruo meo prædicto relictæ, id est duo prædicta. nunquid debeo mihi imputare? & dicit quod sic. Secus autem est econtrario: puta si portio serui mei instituti a dicto Titio fuit grauata vltra dodrantẽ, mea verò in parum, vel nihilum fuit grauata, puta si seruo meo. s. à seruo meo seruꝰ legetur cuidã extraneo: & per hoc legatum excediturdodrans suę portionis in qua fuit institutus. & mihi, id est à me legata fuerũt de cem cuidã alij, quæ decem, siue legatũ, quorum decem nõ excedit dodrantem portionis, ĩ qua ego fui institutus. certè Falcidia serui, scilicet legati à dicto meo seruo nõ tenebitur, siue retinebitur ex dictis decem a me legatis: vt sic integrè daretur seruus à seruo meo legatus, scilicet legatario. nõ tenebitur dico ad exemplum Falc. de qua dicitur supra, prox. respon. imò detraham quartam de seruo, quartam enim rerineo de persona dicti serui: quamuis de mea portione nihil de dodrãte exhausũ sit, & hoc dicit. hic. §. Et extra casũ posset esse talis ratio inter hunc vltimum, & primum casum: quia si hic meus seruus hæres pro parte institutus esset libera persona, in hoc secundo casu bene posset retinere Fal. vt j. e. l. in singulis. ergo ex persona serui ego eius do minꝰ retinebo. pars enim serui grauata accessit. hoc secundo casu meę parti non grauatę. vnde mea non grauata nõ prodest legatario grauatę, quę mihi accessit: sed superiori casu huius. § nõ posset seruus meus retinere falc. ẽt si liber esset, vipote cum nihil ab eo legatum fuerit, vel si fuit ab eo legatum, nõ fuerit do drans suus grauatus, imò duo remanserunt in parte serui mei vltra quadrãtem suum vt supra, dixi, & sua pars non grauata accessit meę grauatę, vnde meis legatariis prodesse debet. ad quę facit, quod no. supra e. l. 1 §. id quod. Viu.

p Fuissent. Vt infra eo. l. id autem.

q Soluere videtur. Vt debitum.

r Repetere possit. Quod aliàs posset, nisi esset dẽbitũ: vt supra, de cond. ob cau. l. 1. §. 1. Item hoc iure cõmuni naturali debito impediente repetitionem: vt ff. de cond. indeb. l. naturaliter, & l. frater. & ff. de fideiuſ. hęres à debitore. §. quod si hic seruus. sed per in integ. restit. iuuatur: vt ff. de cond. indeb. l. interdum, & inſ. de actio. & oblig. l. pupillus.

¶ Si ego & seruus. CAIVS. Titius fecit testamentũ, & instituit me & seruũ meũ hęredes ex æqualibus partibus vel ĩæqualibus: & multa legata reliquit a me ex parte quã mihi reliquit, & multa legata reliquit à seruo meo ex parte, quam ei reliquit: verumtamen solutis legatis a seruo meo relictis, remanere põtẽ parte serui quadrãs suę partis. & ẽt vltra, puta duo dodrans aũt meę partis ero gatus est per legata, & etiam vltra, ita quod quadrans meę partis nõ remanet mihi inter. & decessit dictus testator: nũc ego habeo meã partẽ hęreditatis, & etiã partẽ dicti mei serui. vnde legatarii petunt à me legata a me relicta, & legata relicta à dicto meo seruo, & ego volo detrahere Falcid. illis quib, à me est legatũ. & ipsi volũt, quod ego imputem

essemus instituti, a me tibi fuit prælegatus seruus, & à se mihi decem: nam licet tibi detraham, ipse tamē nō detrahet mihi de decem & secūdum hoc seruo meo, est datiui casus, & mihi bis positum propriè ponitur: sed secundum primam seruo, est ablatiui casus, & mihi, ponitur pro à me. sed huic positioni repugnat secūdum Hug. §. eod. l. si à seruo meo.

a Decem mihi. Id est, à me.

b Ex decem mihi. Id est, à me.

c Exēplo. Expone vt prius, & dic: non retinebitur exēplo Falcidiæ superioris: quia si hic seruus esset libera persona, bene posset retinere Falc. seruū legati: sic ergo & dominus ex persona serui. sed superiori casu nulla Falcid. potest retineri ex persona serui: eum non erat grauatus, vltra dodrantem.

† An & qñ de legatis particularib. detrahat Falc. vide d. Ang in Authē. de hæred & Fa. § si verò expressim, col. 1. col. 7. Bal. in l. cohæred. §. q̄ ita. s̄ de vul. & pupil. substit.

Essennius Apollinaris Iulio Paulo. Ex facto dominæ species eiusmodi incidit: Titia filias suas tres num ero æquis ex partibus scripsit hæredes, & à singulis legata inuicem dedit, ab vna tamen ita legauit tam cohæredibus eius, & decem mihi legata fuerint: serui Falcidia ex decem mihi legatis non retinetur, exemplo eodem Falcidiæ. nam quartam retineo ex persona serui: quamuis de mea portione nihil exhaustum sit.

Id quod iure prælegati percipitur in quartam non imputatur, nisi respectu eius à quo percipitur: & quod ex hac causa nō detrahitur, quo ad alios pro detracto habetur. Alex.

XXII.

Essennius Apollinaris Iulio Paulo. Ex facto dominæ species eiusmodi incidit: Titia filias suas tres num ero æquis ex partibus scripsit hæredes, & à singulis legata inuicem dedit: ab vna tamen ita legauit tam cohæredibus eius, quàm extraneis vt Falcidiæ locus sit. Quæro an aduersus cohæredes suas, à quibus legata & ipsa accepit, vti possit Falcidia? & si non possit, vel doli exceptione submouenda sit, quē admodum aduersus extraneos computatio Falcidiæ iniri possit? Rndi, id quidem, quòd à cohærede legatorum nomine percipitur, non solet legatarijs placere, quo minus Falcidiam patiantur, sed cū is, qui legatum præstaturus est, ab eodem aliquid ex testamento petit: non est audiendus, desiderans vti aduersus eum Falcidiæ beneficio: si id quod percepturus est ex volantate testatoris, suppleat, quod deducere de siderat.

derat nomine falc. de legato magno à se relicto dicto suo cohæredi, de quo pono tibi, taliter exemplum, Pone q̄ ab eo hærede nomine meo Titio fuerunt legata cohæredi suo Seio, pone quadraginta, & ipse vult ex eis deducere falc. puta x. certè non poterit hoc facere, si tantundē. i. x. vel plus est à cohærede illo relictū sibi. præstabit ergo cohæredi suo integra quadraginta nō detracta ex eis aliqua Falc. sed si à dicto Titio fuerunt alijs relicta legata, nunquid in ratione Falc. computabit illis alijs vniuersum, quod cohæredi suo Seio dedit, id est, quadraginta: vt ita maiorem eis detrahat Falc. & respon. quod non, sed imputabit eis quantū daturus esset cohæredi si nihil ab eo hærede perciperēt, daturus autem esset tunc cohæredi xxx. cum de xl. detractus fuisset tūc quartam, id est, decem. Viu.

Æquis. Vel non æquis.

Falcidiæ. Detrahendæ.

Accepit. Destinatione.

g Et si non possit. Ipso iure, vel doli exceptione, id est, replicatione. l. talē, quemadmodum &c.

Submouenda. Si velit vti Falcidia.

Respondi Quo ad secundum.

A cohærede. Hoc si percepit pecuniā hæredis, vel corpus non hæreditarium. nec enim imputat nisi à defuncto sit dictum. vt ĵ. e. l. quod autē. si vero percipiat hæreditariā pecuniam, totam imputat. vt ĵ. ad Treb. l. deducta § nūmis. & s̄. de leg. 2. l. cum pater. in prin. si autem corpus hæreditarium, imputat hæreditariam partem, si detrahit Falc. contra voluntatem defuncti: alioqui imputat quartam hæreditariæ partis. vt ĵ. eo. l. Titia. & l. in quartam. & ad Trebellianum. lege deducta. § nūmis. & C familiæ erciscundæ. l. nihil, hæc vera in quarta Trebellianica. sed in quarta iure naturæ vel institutionis videtur quod nihil computet per legem infra eodem, lege in quartam. & l. quod autem. sed certè & ibi potest idem dici quatenus capit iure hæreditario.

Placet Cy. sed se cūdū Bar. & Alexā. ponitur vnū cōferens ad lutionem qōnis.

Proficere. Scilicet alij, sed cohęredi à quo percipit prodest. vt subijcit, sed cum is, &c. sed certe alijs in alio quo. vt in fi huius. §.

Quæ li cetloqui: in Trebellianica, vę dicat sibi locum in Falcidia, per ittā gl. secundum Bar. & Al

Sed cum Nunc ad primam quæstionem: & dic, is cohæres magis grauatus. Acc.

Qui legatum. Scilicet magnum.

Præstaturus est. Scilicet cohæredi.

Aliquid. Scilicet modicū. Igitur si quadraginta legata sunt ab eo cohęrede, & ex eis velit deducere quartam, puta decem: non poterit si tantundem: id est, decem vel plus est à cohærede illo relictum. Accursius.

Non

Non vniuersum. Id est non tota quadraginta.

Daturus. Scilicet triginta.

Ab eo. Scilicet cohærede. & facit ĵ. eo. tit. l. antepe. & s̄ e. l. quod de bonis. §. pen. & s̄. de ijs quib. vt indig. l. hæredi. in fi,

¶ Seruo.

Instituit mihi hæredem Stichum seruū Titij, & ab eodē seruo reliqui multa legata quibusdā: & à dicto Titio dño seruī reliqui quibusdā multa legata siue fideicommissa specialia, & decessī. certè prius est habenda ratio legatorum à seruo relictorum, postea de eo, quod supereſt, est habēda ratio fideicommissorum à dño serui relictorum: & est ratio quia dñs serui ideo tenetur ad fideicommissa à se relicta, quia ad eum puenit hæreditas, in qua fuit institutus seruus suus. peruenit autem ad eum dominum illud, quod supereſt de hæreditate, deductis legatis à seruo suo relictis: veruntamen exercet dominus Falcidiam in legatis relictis à seruo suo, & etiam in fideicom. relictis à se domino. Sed pone quod instituti mihi hæredem dicium Titium dominum serui. & ab eo reliqui legata quibusdam, & substitui ei dem domino dictū suum seruum, & ab eodē seruo reliqui legata quibusdā, dominus omisit hæreditatē ex institutione, & iussit seruo suo, vt adiret ex substitutione. certè in hoc casu prius debent solui legata à domino relicta, & postea soluuntur legata relicta à seruo substituto, & ita demum soluuntur integra legata relicta à domino, & à seruo, si patitur Falc. aliàs de vtrisque detrahitur Falc. & ita intelligo hunc. §. Viu.

Legatorum. A seruo relictorum.

Fideicommissorum. Scilicet ratio habenda est.

Tenetur. Ad fideicommissa.

Exercet. In legatis & fideicommissis, nisi in casu. vt s̄. de leg. 1. l. cum filio. Azo.

Domino data sunt. Imò prius eorum q̄ à seruo: vt s̄. si quis omis. cau. test. l. Iulianus 2. resp. q̄ est contra. Sol ibi recitat Iuliani opinionē. Vel ibi in parte, hic in domino. Vel melius relictorū in institōne omissa primo fit p̄stratio: vt hic, & d. l. Iulianus. 1. resp. sed in relictis in substitutione secus. q̄ a prius soluunt, q̄ sunt à seruo, vel filio relicta, quā quæ à p̄re, vel dño, vt ibi, 2. rñ. vel dic, vt ibi. Item nūquid detrahit Fal. de relictis in institutione omissa? vī q̄ sic: vt s̄. si quis omis. cau. test. l. duo. §. admonēdi. & l. cui. in fi & hic: ibi, si patiē, &c. si referas ad oīa, ad quid igitur consideratē hic ordo? sed rñdet: imò poterit esse q̄ prima soluunt, quia hoc patitur dodrans, & æs alienū: secunda nō, q̄a p̄p̄s alienū minuit, vt s̄. si q̄s omis. cau. test. l. quia autē. in prin. & est hic notandū, q̄ non contribuuntur oīa legata. sic & s̄. eo. l. si post. est & tertius in d. l. quia autem. in prin. aliàs contra, vt s̄. eo. l. in rōne. §. q̄ vulgo. & ĵ. eod. l. in quantitate, in fin. & ĵ. prox §. Acc.

Plane cæteris legatarijs non vniuersum, quod cohæredi præstat, imputabit: sed quantum daturus esset: si nihil ab eo perciperet.

Si à seruo in solidum instituto & a domino sint relicta legata, prius soluuntur legata relicta à seruo quàm à domino: & si dominus institutus repudiat, & per seruum substitutum acquirat hæreditatem, prius solui debent legata in institutione relicta. Alex.

Seruo hærede instituto, si à domino fideicommissa à seruo legata data sunt: prius ratio legatorum habenda est, de inde ex eo, quod supereſt, fideicommissorum. Dominus enim ideo tenetur, quòd ad eum peruenit. Peruenit autem, quod deductis legatis supereſt. Plane Falcidiam exercet. Sed & si dominus omissa hæreditatis aditione seruum sibi substitutum adire iusit; prius erogantur, quæ ab ipso domino data sunt: tunc eorum, quæ a seruo relicta sunt ratio initur, si patitur Falcidia.

Si liberatio relinquitur debitori, in ratione legis Falcidiæ pro locupletiore habetur aliàs an sit soluendo, inspicitur. Bartol.

Filiū meum Titium impuberem institui mihi hæredē: & ab eo legata reliqui: & substitui ei Seiū pupillariter, & ab eodem substituto legata quibusdam reliqui, & decessi. tractatur nunc de lege Falcidia circa hæreditatem meam. Et circa hoc potest quæri de duobus: scilicet de substantia patrimonij mei, de contributione legatorū relictorū ab impubere, & ab eius hærede, siue à substituto eius. In primo casu inspicitur id, q̄d ego testator mortis tempore in bonis habebam: vt secundū illam inspectionē videatur, an sit locus legi Falcidiæ, vel non. nec ad rem pertinet, si postea acquisita sint bona dicto meo filio impuberi, vel econtrario diminuta sint de bonis meis: quia semper inspicitur illud, quod erat in bonis tēpore mortis meæ. In secundo casu scilicet cum de cōtributione legatorum quæritur viuo dicto meo filio impubere, à quo impubere petunt legata illa legatarij, q̄bus ab eo impubere legaui: contribuuntur in vnum tam ea legata, quæ in primis tabulis relicta sunt per me à dicto impubere, quàm ea, quæ in secundis tabulis relicta sunt per me à dicto substituto impuberis, scilicet vt appareat quātum ab impubere in patris tabulis sit relictum. & per consequens sciatur, vtrū nūc habeat in eis locum Falcidia, vel non: & si quidem in eis habeat locum Falcidia, defalcentur. Si autem non habeat locum in eis Falcidia, soluantur integra legatarijs per impuberem, & eius tutorem: & legatarij cauebant de restituendo quicquid apparuerit eos accepisse vltra, quam liceret eis accipere per legem Falcidiā, apparuerit dico aduenientе conditione tacita legatorum à dicto substituto relictorum, id est, mortuo impubere in pupillari ætate. ita enim talis, vt dictum est, debet fieri dicta contributio: scilicet cum reliqui legata ab hærede filij mei. i. à dicto eius substituto: sicut fieret, si ab impubere, vel alij meo hærede reliquissem quædam legata purè, & reliquissem ab eodem quædā legata sub alia conditione quā fuit cōditio legatorū à dicto substituto relictorū: puta sub conditione si nauis ex Asia venerit legata enim a dicto substituto sub tacita conditione videntur relicta: vt dixi, i. si moreretur impubes i pupillari ætate. quo casu, id est, si a meo hærede reliquissem legata pura, & sub cōditione, sine dubio deberet interponi dicta cautio per legatarios ñ autem contribuuntur in vnum dicta legata relicta ab impubere, & ab eius substituto, vt præstentur per impuberem legata relicta à substituto vel vtper Falc. defalcentur dicta legata à substituto relicta: sed vt cautio per legatarios interponatur de eo restituendo, quod amplius, quàm per legem Falcid. licuerit, accepisse eos ex post facto constiterit.

Augmetum, vel diminutio bonorum contingens penes pupillum, non minuit nec auget legata relicta à pupillo, vel à substituto: & omnium legatorum fit contributio. Alex.

In duplicibus. Hoc est in quo est institutio, & pupillaris substitutio, quæ videtur duo testamenta: vt supra, de inoff. testa. l. Papinianus. § sed nec impuberis, vel quod verius est, vnum est testamentum duarū hæreditatum. vt Inst. de pup. substi. § igitur & s. de vulga. substit. l. pēs & filij.

De patrimonio. § propter æs alienū soluēdum: nō propter legata, quæ nō soluūtur nisi prius detracto ære alieno ex tonis. quæ habui tempore mortis testator. si vero ad legata non habetur respectus, sed ad æs alienum tantum, illud ex bonis vndecunque & quando cunq; soluitur à filio hærede existēte suo patri, secundū Ioan. sed ad primā positionē potest induci Inst. de hæreditatibus quali. & diff. § 1.

Quæ tetator assignādo bona plurib. dicatur relinqui, vel codicillari. vide ad longū in l. quoties. p. Bar. in col. vers. quarto ad tertiū. C. de hæred. instituē. & gloss. ibidem vet. diuidit.

Acquisierit. Sic. s̄ e. l. pater. § fi Acc.

Quæramus. Habeat locū Falcidia, vel non, & tunc tēpus mortis inspicitur considerata quātitate bonorum, quæ erat tempore mortis patris: & consideratis legatis paterni, & pupillaris testamenti. non autem quæ postea in vita pupilli sunt aucta, vel minuta, tollit, vel inducit Falc. vt hic, & supra eo l. in ratione. § quod vulgo. & facit inf. lege proxima, & quod no. s̄. l. prox.

Legasset. Quo casu fit contributio: vt supra eodē lege, in ratione. § quæritur. in fi. §.

LXXVIII.

IN duplicibus testamentis siue de patrimonio quæramus, ea sola substantia spectatur, q̄ pater, cū moreretur, habuit. nec ad rem pertinet, si post mortē p̄ris filius vel acquisierit aliquid, vel deminuerit, siue de legatis q̄ramus, tā eā q̄ in primis, q̄ ea, q̄ in secūdis tabulis relicta sunt, in vnum contribuuntur, tāquā si & ea, quæ à filij hærede reliquisset testator, suo filio hærede sub alia cōditione legasset.

Pupillariter substitutus grauatus, potest Falcidiam retinere, licet alius substitutus non sit grauatus. Bar.

LXXIX.

IIs qui quadringenta in patrimonio habebat, filio impubere hærede instituto, ducenta legauerat, eiq; Titium, & Seium hæredes substituerit, & à Titio centum legauerat: videamus quid iuris sit, si nondum solutis legatis pupillus decesserit, & ob id ea legata vtrique deberētur? Solus hæres Titius vtetur lege Falcidia. Cùm enim ducenta ex hæreditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet: centum ex ducentis, quæ pupillus debebat: centum quæ ipse dare iussus est. Itaque ex vtraque quantitate quarta deducta, habebit quinquaginta. In p̄sona vero Seij lex Falcidia non interuenit: cùm ad eum ex hæreditate pupilli ducenta pertineant: & debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quæ a pupillo relicta sunt. Quod si pupillus soluat legata: debent curare tutores pupilli, vt caueant legatarij.

Legata indiuidua defalcantur præstita parte æstimationis.

Quædam legata diuisionem non recipiunt: vt ecce legatum viæ, itineris, actusve. ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed & si opus municipibus hæres facere iussus est, indiuiduum videtur legatū. Neque enim vllum balneum, aut theatrum, aut stadium feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam (quæ ex consummatione contingit) non dederit. Quorum omnium legatorum nomine, & si plures hæredes sint, singuli in solidum tenentur. Hęc itaque legata, quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatariū pertinent: sed potest hæredi hoc remedio succurri, vt æstimatione facta legati, denunciet legatario, vt partem æstimationis inferat, si non inferat: vtatur aduersus eum exceptione doli mali.

LXXX.

IIs vsusfructus legatus sit, venit in computationem legis Falcidiæ. nam diuisionem recipit. adeò vt si duobus legatus fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant. Dos legata extra rationem legis Falcidiæ est, scilicet quia suam rem mulier recipere videtur. Sed & de ijs quoque rebus, quæ mulieris causa emptę, paratę essēt, vt hę quoque extra modum legis essent, nomina tim ipsa Falcidia lege ex legatum videtur indiuiduum, neq; hæres intelligitur feciſſe aliquod prædictorum trium, nisi ei dederit propriam formam: quæ forma contingit ex consumatione eiusdem operis: & nomine omnium prædictorum legatorum omnes, & singuli hæredes in solidum tenētur, secus autem est, si legatum vsumfructum. nam cum diuisionem recipiat, bene potest de eo dari rectè Falcidia detrahi: & ita recipit diuisionē vsusfructus, vt si duobus fuerit legatus, pertineant partes eius ad singulos eorum ipso iure. Quid si legaui vxori meæ dotem suam quam mihi dederat. Certè non poterit hæres de ea detrahere Falcid. quia suam rem videtur mulier recipere. Sed & si legaui vxori meę, quicquid eius causa emi, & paraui, expressum est nominatim in ipsa lege Falcid. vt hæ quoq; res emptæ, & paratæ per me nomine vxoris meæ essent, extra modum legis Falc. ita quòd de eis non possit detrahi Falc. hoc dicit. cum l. seq. Viu.

In P. Ff. incipit, Sed vsusfructus legatus venit in cōputationē &c.

Indiuiduum. Ad hoc s̄. de verb. obl. l. stipulationes nō diuiduntur, in princ. & l. 2 in fi. & sup. de ser. l. viæ. Acc.

Stadium. Expone vt Institu. de rerum diuisio. §. vniuersitatis.

Formam. Sic infra, de nou. ope. nūl. stipulatio, §. opus. & infra, de verbo. significa l. ædificia. §. perfecisse. Sed argu. contra supra, de auro & argen. lega. l. & si non tunt. §. quid ergo. Accur.

Tenentur. Vt s̄. fam. ercis. l. hæredes. § an ea.

Denunciet. Et sic soluit totum protestando de æstimatione. & facit s̄. eo l. 1. §. si vsusfructus. & §. sed operis. & s̄ e. l. lineam, in fi. de leg. 2 l. cum filium in princ. imo etiam quandoque diuiduum propter indiuiduū æstimatur: vt s̄. eo. l. si fundus mihi.

Doctores dicunt cōtrarium: quia potest opponere exceptionem doli, sed si esset verum, quod dicit ista glo. consequitur iure actionis secundum Bartolum.

I vsusfructus. Continuatur superiori. & facit s̄. eo. l. 1. §. si vsusfructus. & s̄ de vsufr. l. 5. Acc.

Falcidiæ est. Hoc dic vt s̄. eo. l. cum dotem. Sed arg. contra, s̄. de leg. 2. l. si creditori. in fi sed dic vt ibi.

Paratæ essent. Hoc expone vt supra de lega. 2. l. hoc legatum.

quo

legatum.& l.sequenti.

Expressum est. Hoc ideo, quia in eis tenuit donatio vsq; ad vires dotis ad sustentandum mulierem, tenuit dico, ne possit reuocari, licet non vt possit peti: vt ff. de donat. inter vir. & vxo. l. ex annuo, & l. si id quod. §. fin. & l. si stipulata. secus in aliis donationib. quæ ipso iure nullæ sunt. vt C. eo. l. in donationibus. Acc.

QVærebatur. Quãuis hæc lex uideatur difficilis, tamen si bene inspiciatur, tatis erit plana. ponatis ergo ita eius casum: Titius non habens in bonis nisi quadringenta, quæ debebat ei Caius, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Sempronium: & dicto suo debitori legauit liberationem. Seio autem amico suo legauit quadringenta, & postea decessit dictus testator. modo quæritur, cum Falcidia locum habeat in hæreditate tua pauperi, quantum quilibet dictorum legatariorum habere debeat, siue dictus debitor, idēq; legatarius liberationis, non est in aliquo soluendo, huic fit soluēdo in parte tantum puta in centum, siue in totum satisfacere possit: & huic quæstioni non respondet nume, sed plenè respondebit in fra ea. l. §. cũ igitur & interferit quædam vsque ad dictum §. quæ bene faciunt ad solutionem dictæ quæstionis & dicit, quod lex Falcid. quando vendicat sibi locum in aliquo casu, tribuit hæredi quartam ex eo, quod relict. potest ex hæreditate in qua ipsa Falcid. locum habet, & residuus dodrans debet distribui inter legatarios. & si inueniatur in hæreditate in qua habet Falcid locum, & in qua nihil est aliud præter nomen, pone, aliquis debitor, qui pro parte tãtum sit soluendo, & cui liberatio non fuit a testatore relicta: eius quod exigi potest ab eo, pro rata fit distributio inter hæredem, & legatarios, scilicet, vt hæres habeat quartam: & legatarij tres partes: de residuo autem debiti, quod non potest facere debitor, est faciendа venditio, nisi id demum de dicto residuo in hæreditate computetur, quanti potest distrahi nomen, id est, pars nominis, id qua non est soluendo dictus debitor, non autem tantum computetur in hæreditate, quantum continetur in dicta parte nominis, in qua debitor non est soluendo. si vero liberatio sibi fuit relicta debitori, qui non est soluendo, ipse sibi soluendo videtur, & quod ad se attinet, dies est: & ita valet ei legatum liberationis in totum: nam & si mortis causa accepto ferat ei, quod debet ita simpliciter, libere te per acceptilationem de eo quod mihi debes: cũ deberet 400. ponamus, & nihil facere posset: quadringẽta videbit cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta, licet nihil habere possit. nam si soli ei liberatio est relicta per dictam acceptilationem ait, ꝙ alicui alij non fuit aliquid relictũ de eo, ꝙ ipse debitor debebat testatori, vt sensisse plenam liberationem, quamuis nihil facere possit de eo, quod debebat. & ideo si habeat locum lex. Fal. debet hæres eum liberare in 300. per acceptil. & residua centum debent durare in obligatione & si quid ceperit posse facere, exiget ab eo hæres vsq; ad centum tantũ: & idem erit dicendum, si dictus debitor quadringentorũ, de quo dictũ est a versi. sed cum debitori, &c. vsq; huc, si expresse liberatus per accept. de quadringentis quæ debebat ita dicendo per testatorem qui volebat eum liberare, libero te per acceptilationem de 400. quæ mihi debes, nam & in hoc casu quadringenta videtur cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta, licet nihil facere possit, & ideo si habeat locum lex Fal. debet hæres eum liberare in 300. per acceptilationem, & residua centum debent durare in obligatione: & si quid ceperit posse facere, exiget ab eo hæres vsq; ad centum tantum: vnde eleganter & bene dī acceptilationem aliquo de prædictis modis factam in pendenti fore: vt si quidem tempore mortis illius, qui liberauit debitorem suũ prædictum per acceptilationem cautela mortis, inueniantur in bonis dicti debitoris quadringentorum integra quadringenta valeat acceptilatio in 300. & 100. habeat hæres de quadringentis: si vero aliquid inueniatur in bonis testatoris, quòd suppleat hęredi quadrãtem & 300 integra: pronciet dicta acceptilatio debitori. Si autem iste idem debitor quadringentorum, qui liberatus est per acceptilationẽ, potest facere centum tantum, necesse habebit refundere hæredi centum pro quadrante: & hoc ideo, quia sibi soluendo est in reliquis trecentis, licet non possit facere nisi centum. Cum igitur dictus debitor, de quo proxime dixi, sibi soluendo sit, id est, esse præsumatur quãtum ad istum prædictum: licet in veritate non sit soluendo in aliquo, vel in centum tantum: euenit vt possimus soluere quæstionem propositam in principio huius l. qui talis fuit talis. Titius non habens in bonis nisi 400 quæ debebat ei Caius: fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Sempronium, & dicto suo debitori legauit liberationem. Seio autem amico suo legauit 400. & postea decessit dictus Titius testator. vnde quæritum fuit in principio huius l. quantum quilibet legatariorum prædictorum habere debeat Falcidia locum habente, siue dictus debitor quadringentorum est in totum soluendo, siue in parte, puta in centum, siue in nihilo: & dixit, quod si dictus debitor est soluendo in dictis quadringentis totis, hæres debet habere de eis centum pro quarta sua, siue Falcidia: & trecenta debent diuidi inter dictum debitorem, & Seium, cui legata fuerunt quadringenta, licet vt quilibet eorum habeat centum quinquaginta.

¶ Si vero debitor prædictus possit facere partem de quadringentis puta centum tantum, hæredi seruanda est quarta ex relicto, id est, ex eo quod a dicto debito reseruari potest, id est, ex dictis centum & tres partes de dictis centum, id est, lxxv. debet habere Seius, cui legata sunt quadringenta. iudex ergo faciet, vt centum, quæ præstare potest debitor, diuidantur in quatuor partes, & tres partes de illis quatuor partibus factis de centum prædictis debent habere legatarij, id est, Seius legatarius, cui fuerunt legata 400. hæres autem debet habere quartam partem de dictis centum: id est, 25. Debitor autem prædictus qui soluendo non est, nisi in centum debet compensare tecum centum quinquaginta de illis trecentis, in quibus non est soluendo. de residuis autem centum quinquaginta de dictis trecentis quæ exigi non possunt a dicto debitore, debet fieri venditio nominis: & illud quod accipietur ex venditione dicti nominis de centum quinquaginta, repræsentatur hīdi, & dicto Seio legatario quadringentorum quasi solum in bonis fuerit: puta de dicto nomine de 150 accepta fuerunt per venditionem 50. tantũ, illa certe tantum repræsentatur hīdi, & Seio legatario: & non centum superflua, s. vt de illis quinquaginta habeat hæres quartam, & dictus Seius legatarius tres partes. illa enim 50. sola videtur esse in bonis

qui solum in nomine quadringẽta in bonis habebat ipsi debitori liberationẽ, Seio autem quadringenta legauerit: si debitor vel soluendo non sit, vel centum facere possit: quantũ quisque habeat interuentu legis Falcidiæ. Dicebã, legem Falcidiam ex eo,

pressum est.

Debitor sibijpsi in totum dicitur esse soluendo, sed quo ad alios æstimatur solummodo quantum exigi potest ab eo, & quantum residuum vendi potest. Alex.

LXXXI.

VÆrebatur, cum is

nis, & non c. superflua. Si autem nihil potest facere dictus debitor in cl. sicut & in casu super. o. i dictum est, cum liberandum. de residuo autem, id est de ecl. facienda est nominis venditio: vt de eo quod ex venditione redigetur, habeat hæres quartã, & dictus Seius legatarius quadringẽtorum tres partes. & id quod redigetur ex dicta venditione nominis, repræsẽtatur dicto hæredi, & dicto legatario Seio: quasi solũ in bonis fuerit, vt dictum est in superiori proximo casu: & hoc vult dicere hæc l. sicut mihi videtur. Vtu.

¶ Quærebatur. Duos casus principaliter ponit, licet responsa sint plura, scilicet quãdo debitori liberatio. & idem debitum alij: secãdo quãdo soli debitori liberatio relinquitur. Acc.

Refici Id est, colligi, vel haberi ex nomine hæreditario, cum nihil aliud sit in hæreditate. Accursius.

Vẽditio. Facit supra eo. l. in quantitate. §. magna.

Debitori Soli: vt infra patet.

Dies est. Sic ff. e. l. Nessennius. §. fi & l. j. §. si creditor. & ff. de lib. leg. l. si quis rerum. §. huic. sed arguitur contra ff. de reli. & sum. fu. l. fic prorata. §. fin.

ADDITIO. Dic secundũ Bar. quã hic agitur de aliquo liberando: ibi de aliquo exigendo.

Si ei mortis. Supra tit. legati, hic donationis causa mortis.

Sensisse. Redit ad legata.

Soli. Quia secus si vtrique eo debẽdi liberatio est relicta, Azo. & alter est soluẽdo & alter nõ, vt ff. eod. l. colligitur.

quod relici ex hæreditate posset, quartam hæredi tribuere residuum dodrantem inter legatarios distribuere. Quare cum nomen minus soluendo est in hæreditate: eius quod exigi potest, pro rata fit distributio: residui venditio facie da est, vt id demum in hæreditate computetur quanti nomen distrahi potest. Sed cum debitori liberatio relinquit: ipse sibi soluendo videtur, & (quod ad se attinet) dies est. quippe si ei mortis causa accepto feratur id, quod debet, quadringenta cepisse videbitur: licet nihil facere posit. sensisse enim liberationem plenam videtur, quamuis nihil facere posit, si soli ei liberatio relicta est: & ideo Falcidia interueniente, trecenta accepto illi ferri debẽt, residua centum durabunt in obligatione: & si quidem facere posse cœperit, exigentur ab eo duntaxat vsque ad centum. Idemque erit dicendum, & si mortis causa accepto ei quadringẽta ferantur. Vnde eleganter dicitur, acceptilationem in pendenti fore, vt si quidem mortis tempore quadringenta tota inueniantur, in trecentis valeat acceptilatio. si verò præterea aliquid inueniatur, quod quadrantem suppleat: hæredi in quadringentis acceptilatio proficiet: Quod si debitor iste quadringentorum duntaxat centum facere potest: quia sibi soluendo est, necesse habebit centum refundere. Cũ igitur de bitor sibi soluẽdo sit, eueniet, vt si hærede aliquo instituto, ipsi debitori liberatio, & alij quadringenta legata sint: si quidem soluendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat: alia centum quinquaginta legatario præstentur: hæres centum habeat. sin verò centum tantum facere posit, hæredi ex refecto quarta seruanda est. sic fiet, vt centum, quæ præstari possunt, in quatuor partes diuidantur.

Tres partes ferãt legatarij: hæres viginti quinque habeat, debitor, qui soluendo non est, secum centum quinquaginta compenset: de residuis centum quinquaginta, quæ exigi non possunt, venditio fiet nominis: idque, quasi solum in bonis fuerit, repræsentetur. Quod si nihil facere debitor potest: æquè in centum quinquaginta accepto liberandum esse: de residuo venditionem nominis faciendam Neratius ait: quod & nos probamus.

Si debitor peculiaris scribitur hæres: in imponenda ratione legis Falcidiæ. habetur ratio quanti plurimi fuit à tempore mortis testatoris, vel aditæ hæreditatis. Bartolus.

Iustianus lib. xij. Digestorum.

LXXXII.

SI creditor filij tui hæredem te instituerit, & legis Falcidiæ rationem ponas: peculij quan-

Ferri. Aliàs fieri: & ita in libro domini. Accur.

Idēq; erit. Redit ad donationem. & dic idem quod dixi in legato.

Ei. Debitori à testatore scilicet, nam in hoc differt à legato, quod ab hærede datur: vt inst. de leg. § 1. Acc.

In Pendenti. Sic ff. de do. inter uir. & vx. l. cum hic status. §. fin autem. & dic acceptilationem scilicet, mortis causa factam.

Inueniantur. Et nihil amplius.

Præterea. scilicet vltra quadringenta.

Refundere Occasione Falcidiæ.

Cũ igitur. Redire vult ad primum casum legis.

Debitor. Scilicet in solidum.

Ex refecto. Id est ex eo, quod potest haberi ex nomine: quòd statim aperit, sic fiet.

Tres partes. Nec caput libri, nec l. nec §. est hic: sed est pars legis superioris, sed ideo sic fuit relecata, quia per partes sic fuit liber inuentus. dic ergo tres partes de dictis c. scilicet lxxv. & dic legatarij, id est, legatarius: vt sup. potuit, & statim patet. Acc.

Cõpenset. Et sic habet totum suũ legatum & alius non: sed hoc habere est quasi non habere: nec est nociuũ alij.

In bonis. Id est, ex dicta venditione nominis.

Repræsentetur. Id est, accipiatur, & diuidatur inter hæredẽ & inter dictum alium legatarium: de hoc nil dabitur.

SI creditor. CASVS Tu Titius habebas filiũ habentem in peculio c. hic tuus filius contraxit cũ Seio, & factus est debitor in c. vnde tu pater teneris dicto creditori de dicto peculio filij tui. postea

Ineptè hic facta ẽ diuisio huius capitis, cuius & Accursius memini. Nam nec vllum eius vestigiũ extat in P. Fl.

poſtea dictus creditor inſtituit te hæredem, & multa legata reliquit à te quibuſdam vltra dodrantem hæreditatis ſuę, ita quòd habet locum Falc & poſtea deceſſit dictus Seius creditor, & tu incontinenti adiuiſti hę reditatem eius: modo veniunt legatarij eius, & petunt à te legata: & tu vis ponere cũ eis rationẽ l. Fal. & detrahere ẽ legatis quadrãtem. certè dicitur, ꝙ prius debes tibi cõputare in dictũ quadrãtẽ quantitatẽ dicti peculij filij tui, qđ erat eo tpe, quo adiuiſti hęreditatem dicti creditoris filij tui: vr enim eſſe debonis dicti creditoris dictũ peculiũ, cũ ipſe hẽret actionẽ contra te vt ei ſatisfieret. đ credito ſuo ex dicto peculio, & creditum erat c. & peculiũ c. vt dictum eſt. & poſtea ſi quod dem tibi ad quadrãtẽ hæreditatis dicti creditoris, illud detrahes de legatis à dicto creditore relictis. Viu.

a Aditæ hæreditatis. Imò mortis: vt §. de pec. l. eo tempore. § ſi creditor. quæ eſt cõtra. Sol. ibi tempore mortis, & aditæ hæreditatis idem eſt qa filius erat hæres, ꝙ protinus mortuo teſtatore ẽ hrs: vt Inſt. de hær. quali. & diff. §. ſui. hic eſt extraneus hæres. Fin Bulg. Vel Fin Io. ibi eadẽ quantitas fuit tẽpore mortis, vel aditiõis. Vel tertio id tempus inſpicitur, quod plus proficit legatarijs, id eſt, quo plus eſt in peculio, vel mortis, vel aditionis tempore: vt §. eo. l. cum quo. Acc.

REperitur. CASVS. Filium meũ impuberem mihi hæredẽ inſtitui, & ei pupillariter ſubſtituit Titium, & ita feci teſtamentũ: ipſe tamẽ impubes quodã modo dicitur teſtator in illa pupillari ſubſtitutione, quam ei feci. Item reliqui à dicto impubere multa legata quibuſdã. Item dedi ei tutorem Sempronũ. Itẽ & à dicto ſubſtituto multa legata reliqui aliis quibuſdam, & taliter legata reliqui ab impubere, & ab eius ſubſtituto, quod ſi omnia debeant ſolui, habeat locũ Falc. ſi autẽ debeant ſolui legata tãtum ab impubere relicta non habet locum Falc debent autem ſolui omnia per ſubſtitutum, impubere in pupillari ętate decedente, & ſic ſubſtitutione locum habente. vt §. eo. l. is cui & poſtea deceſſi. poſtea venerũt legatarij prædicti & petierũt legata a dicto tutore: & tutor ſoluit eis: & non fecit eos ſibi tutori promittere de reddendo quãtum poſtea apparuit plus eis ſolutum nomine legatorum, quam licuerit eos legatarios capere per Falc. poſtea locum habentem, ideo quia vendicabat ſibi locũ ſubſtitutio pupillaris. modo quæritur, an dictus impubes poſſit agere contra tutorẽ propter hoc? Et dicitur quòd non: quia vt dictum eſt, eo viuente nõ habet locũ Falc. & ita cum non habeat damnũ propter dictã omiſſionẽ tutoris, ñ poteſt agere cõtra eũ: mortuo autẽ dicto impubere in pupillari ætate, ſicq; locũ habẽte ſubſtitutione. & ita ſubſtituto neceſſitatem habente ſoluere legata relicta ab impubere, & à ſe, ſicq; locum Falcidia habẽte, agere poterit ſubſtitutus, qui eſt hrs impuberis, contra dictum tutorem: ex eo, quòd dictus tutor omiſit facere interponi dictam promiſſionem cũ ſoluit legata, & ſic eſt iſte caſus quo hæres agere poteſt, quãuis teſtator non potuerit. Viu.

Reperitur caſus, Specialis, & ſic §. de euic. l. ſi per imprudentiam. § non mirum. ſed regulariter contra, vt §. de reg. iur. l. haredem.

Teſtator. Id eſt, prædeceſſor.

Stipulationem. Hic ſcilicet quanto &c. Acc.

Licuerit. Legatario. Azo.

Non aget. Cum eo viuo Falcid non habeat locum. alioqui & ipſe agit: vt infra, titu. l. i. §. 1. Sed nõne mortis tẽpore Falc. detrahitur? Relp. ſic, regulariter: ſed quandoque fallit: vt quia conditionalis debiti ab hæreditate extitit cõditio: vt §. eo. l. in quãtitate. §. magna. & §. ſed & ſi legata. Acc.

In ff. prędicta.

LXXXIIII.

I dos ſocero data eſt, & ſolus filius hæres patri extitit: dotem confeſtim in computationẽ hæreditatis, & Falcidiæ rationem in ære alieno deducet: aliter enim videbitur vxorem indotatam habere. Quòd ſi filium extraneum cohæredem habeat: ipſe quidem ſemper pro qua parte patri hæres erit, dotem in ære alieno deducet, & cohæres eius antè quã dos à filio percipiatur.

Prælegata non veniant in fideicommiſſo, quando quis primo rogat, ſecundo prælegat. Item qui quartam detrahit de voluntate defuncti, quartam hæreditatis ſibi computat: aliàs totam hæreditariam partem. Bart.

I dos ſocero. CASVS. Titia nupſit filio meo Seio: & mihi ſocero dixit in dotẽ c & ſic ego teneor dotẽ reſtituere ei caſum reſtituendæ dotis: vt & ſupra, ſol. matr. l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur poſtea feci teſtamentum, & dixi meum filium inſtitui mihi ſolum hæredem, & ab eo multa legata reliqui etiam vltra dodrantem hæreditatis meæ, ſicque habere debet locum Falc. & poſtea deceſſi, poſtea petierũt legatarij legata a dicto meo filio & ipſe reſpondit eis, ꝙ volebat detrahere Fal. de legatis & habere ante partem dotem dictæ vxoris ſuę prę dictæ. quæritur nunquid poſſit hoc facere? & dicitur, ꝙ ſic: quia ſi oporteret eum ſibi computare in quadrantem dictam dotem, videretur indotatam habere vxorem ſuam: quod eſſe non debet. Si autem retento eodem caſu inſtitui mihi hæredem dictum filium, & quendam extraneum, ipſe quidem filius meus ſemper dotem in are alieno deducet, ſcilicet, pro ea parte, qua hæres mihi extitit: quia pro ea parte habere debet dotem: licet in iudicio familiæ erciſcundæ modo cum hærede ſuo debeat habere totam: cohæres etiam ciuſdem mei filij deducet dictam dotem in are alieno cũ legatarijs, ſcilicet, p ea parte, qua hęres mihi extitit, & hoc antequam dictus meus filius percipiat dictam dotem: nam poſtquam filius meus percipiat dictã dotem, non eſt, quod hæres poſſit deducere de dicta dote in ære alieno.

Percipiatur: Si enim filius à cohærede dotis partẽ percepiſſet, ipſo iure liberatus eſſet cohæres Azo. & facit C. fam. erciſ. l. 2. & ſupra, fam. erciſ. l. ſi filia. §. 1. & l. ſi martius. & de iure dot. l. ſi is. §. 1. & de dote prælega. l. 3. §. 1. in fine.

Titia

Itia teſtamento. CASVS. Titia habens fratrẽ Titium inſtituit eum ſibi hæredem in tertia parte hæreditatis ſuæ, & in alia tertia Secũdam, & in alia Proculam & commiſit fidei dicti ſui fratris: vt dictam ſuam partem hæreditatis, id eſt tertiam, dictæ Secũdę & Proculæ cohæredibus ſui reſtituere retenta ſibi quarta parte dictæ ſuæ partis. poſtea eadem Titia prælegauit duo pone prædia eidem fratri ſuo: quod qui dem legatum valuit quo ad partes cohæredum, non quo ad ſuam: quia ſibi à ſemetipſo legari non potuit: vt ſupra, de leg. 1. l. legatum eſt delibatio. §. 1. vnde ſuam partem dicti legati debet habere iure hæreditario: partes autem cohæredum iure prælegati, & poſtea deceſſit dicta Titia. veniunt Secunda, & Procula & petunt à dicto Titio ſuam partem hęreditatis Titij, id eſt tertiam hæreditatis Titiæ, id eſt quatuor vncias. dicit Titius, Bene volo vobis reſtituere, retenta tamen quarta Trebel.

† Iſta lex eſt ſingularis ſecũdum Bar. hic, & nõ habet paręc, nec cõcordantiã ſecũdum eũdẽ Bar.

Idem libro xl. Digeſtorum. LXXXV.

Itia † teſtamento ſuo Titium fratrem ſuum ex parte tertia * hæredem inſtituit: fideiq; eius commiſit, vt hæreditatem retenta quarta parte. b Secundæ, & Proculæ reſtitueret. eadem fratri quædam prædia prælegauit. Quæro, an Titius ea, quæ prælegata ſunt, etiam pro ea parte * hæreditatis, quam rogatus eſt vt reſtituere, integra d retinere debeat: Reſpondi, Titium legata integra retinere debere: * ſed in partem quartam imputari oportere duodecimã f partem prædiorum: id eſt, vna vncia, ſicut teſtatrix dixit. Dicit Secunda & Procula, Placet nobis: ſed nos volumus, quod computes tibi in dicta quarta partem tuã dictorum prædiorum tibi prælegatorum, quæ eſt quatuor vnciæ eorũdem prædiorum: quam quidem tuam partem prædiorum habuiſti iure hæreditario: & ita volumus, quod prædia quæ tibi ꝓlegata ſunt, integra retinere debeas etiam pro ea parte hrditatis, quam rogatus fuiſti nobis reſtituere, id eſt, pro tertia. nam tua pars hæreditatis fuit tertia hæreditatis, id eſt, non ſolùm iure prælegati volumus quod retineas integra dicta prædia, ſed etiam in quartam eius partis hæreditatis, quàm nobis fuiſti rogatus reſtituere: ita ſcilicet vt non detrahas aliquam quartam de dicta tua hæreditatis parte: dicit dictus Titius, ĩ vno cõſentio vobis de ijs, quæ dicitis: quia bene volo integra mihi retinere prædia, ſed in quartam meę partis hęreditatis, quam partem debeo vobis reſtituere, nolo mihi imputare totam partem meam prędiorum, quę eſt quatuor vncię eorundem prędiorum, quam quidẽ meam partem prędiorũ habui iure hęreditario, ſed ſolummodo duodecimam partẽ dictorum prędiorum volo mihi imputare in dictam quartam, & ſi tantũ erit duodecima pars prędiorum id eſt, vna vncia prędiorum, quantum capit dicta quarta meę partis hæreditatis, q̃ quidem quarta eſt vna vncia totius hæreditatis Titię ſororis meæ, bene erit: ſi aũt non capiat tantum: dicta duodecima pars prædiorũ quantum dicta quarta, uolo ſupplere mihi dictam quartã ex parte mea hrditatis, quam vobis debeo reſtituere. nã non debeo eſſe deterioris cõdõnis in hoc caſu cũ fuerunt mihi p̃dia prælegata, quàm eſſem ſi cuidam quarto legata fuiſſent: quo quidem caſu nõ retinerem nomine Falc niſi duodecimam prædiorũ, id eſt, quartam meæ partis prædiorum. nã tres ſumus cohęredes, & quilibet noſtrum habet quatuor uncias in prædijs iure hæreditario, modo quęritur, cuius dictum debeat obtineri: & dicitur ꝙ dictũ Titij, & non dictum cohæredum ſuorũ. Sed quid ſi dicta Titia teſtatrix non dixit, vt Titius retineret ſibi quartam partẽ ſuæ partis hæreditatis. cũ dictam ſuã partẽ hæreditatis reſtitueret cohæredibus ſuis prædictis? nũquid totus dictus triẽs p̃dio rum, quẽ habet dictus Titius ſiure hæreditario, imputabitur in quartã Treb. quã vult retinere Titius de dicta ſua parte hæreditatis, cum eam reſtituit cohæredib. ſuis? Et dr ꝙ ſic. & eſt ratio: quia dictam quartã retinet dictus Titius cõtra ſententiam dictæ Titiæ matriſfa. quãuis iure permittente retineat, vñ nõ ẽ mirum, ſi totus triẽs p̃diorũ imputatur in quarta prædicta, & non duodecima tantũ prædiorum: vt in ſuperiori caſu, quo dixit teſtatrix, retẽta quarta, &c. Viu.

* Tertia. Id eſt quatuor vncijs, & de reſiduo alios, aliàs Titius haberet totum: vt §. de hær. inſti. l. 1. §. ſi ex fundo.

† Quarta parte. quę eſt 12. totius.

Pro ea parte. Scilicet pro tribus partibus ſuæ inſtitutionis.

* Integra. Non dubitatur quin quartam partem prælegatorum retinere poſſit: ſed quærit utrum integra poſſit retinere prælegata. Azo.

* Debere. Hoc ideo, quia in rogando habuit mentionem hæreditatis, ſecus aũt ſi dixiſſet, portionem tuã, non habita mentione hęreditatis: quia etiam tunc p̃legata reſtituerentur, ut infra, ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam. ſi modo prælegauit ante, & poſtea rogauit, quæ dic, vt C. de fideic. l. cum virum. Sed opponitur ẽt ſi habuit mentionem hæreditatis, ut in noſtro caſu, non retinet totam: ſed hęreditaria cadit in fideicõ. vt §. ad Treb. l. in fideicommiſſariam. §. fi. quæ eſt contra. Sol. ſatis cadit in fideic. ſi computat in quartam, quod facit in totum, quando contra voluntatem teſtatoris retinet quartam, vt hic ſubijcit.

Duodecimam Id eſt quartam eius partis, in qua inſtitutus eſt, vt diximus in caſu C. fa. erc. l. filium.

Trientem. Id eſt, quatuor vncias, quas habet iure hę reditario: vt §. eo. l. in quartam. 1. reſp.

Falcidiæ. Id eſt in quartam Trebel. l de ea enim loquitur ſecundum Io.

Contra ſententiam. Quod eſt eo ipſo, quòd nihil dixit inde teſtatrix: vt C. eo. l. 1. Acc.

Induceretur. Id eſt quarta retineretur.

Vi fundũ. CASVS. Seius habens in bonis ſolũ modo vnũ fundũ valentẽ c. inſtituit ſibi hęrẽdẽ Caiũ: & dãnauit eũ, vt dictũ fundum venderet Titio ꝓ quinquaginta. & poſtea deceſſit. modo quæriẽ nunquid habeat locũ lex Fal. in hęreditate ſua? Et dr ꝙ non: quia non vr legaſſe Titio dictus teſtator, niſi quinquaginta, quæ valet plus dictus fundus, quam iuſſus fuit hæres dicto Titio vẽdere, & ita cum 50. quæ accepit hæres à Titio pro pretio fundi, remaneãt apud eũ: ideo quartam, imò dimidiam hæreditatis habet. Sed

pone,

pone,quod dictus Seius habebat in bonis fundū Cornelianum,& Seianum,quorum quilibet valebat centum:& instituit me Titium hæredes,& dānauit me,vt eidem Titio cohæredi meo fundum Cornelianum,id est,meam portionem fundi Corneliani venderem,p quinquaginta. & ecō trario Titium damnauit, vt mihi fundum Seianum, i. dimidiam quam in eo habebat idē Titius venderet pro quinquaginta, nunquid habebit locum lex Fal.inter me, & Titium? Et dicitur, q nō, cū vterq; nostrū sit habiturus iure hereditario dimidiam partem vnius fundi: in qua dimidia cuiuslibet nostrum est pars dimidia,i.quarta hæreditatis: quia fundi ualebāt, 200 vt dictum est,i quilibet centum cum ergo qlibet nostrū habeat iure hæreditario quartam hæreditatis, vt dictum est: non est mirū si non habet locū lex Fal. & bene dixi, quod quilibet nostrum est habiturus iure hæreditario dimidiam vnius fundi,nā certē ego qui damnatus fui vendere Titio cohēdi meo partem meā fundi Corneliani,habebo iure hæreditario dimidiā partē fundi Seiani venditi pro alia dimidia à dicto meo cohærede:& partem mihi venditam eiusdem fundi habebo iure emptionis. Item Titius cohæres meus qui damnatus fuit vendere mihi partem suam fundi Seiani,i dimidiam fundi Seiani, retinet iure hæreditario dimidiam partem fundi Corneliani venditi sibi à me pro alia dimidia:& dictam dimidiam quam ei vendidi in eodem fundo Corneliano,habebit iure emptionis, & sic ego inueniar habere totum fundum Seianum, id est dimidiam eius iure hæreditario,& aliam iure emptionis,& Titius cohæres meus inuenitur habere totum fundum Cornelianum,i dimidiam eius iure hæreditario:& aliam iure emptionis.

ideoque lex Falcidia locum non habet. Item si is, qui duos fundos cētum in bonis haberet, si me & Titium hæredes instituisset, & damnasset me, vt Titio fundum Cornelianū quinquaginta venderem: & contra Titium damnasset, vt mihi fundum Seianum quinquaginta venderet,nō animaduerto, quemadmodum lex Falcidia locum habere possit: cùm vterque hæredum vnius fundi partem dimidiā hæreditario iure habiturus sit, in qua pars dimidia hæreditatis est. Nam certè qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi partem hæreditario iure habet. Item qui damnatus est Seianum fundum vendere,partē Corneliani fundi hæreditario iure retinet.

Hæres potest detrahere sibi debitum in imponenda ratione legis Falcidiæ, sicut si deberetur extraneo.

Si quis hæredem instituerit eum,cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, centū in ratione legis Falcidiæ deducere debet: quia si alius quilibet hæres extitisset, hæc centum in ære alieno ponerentur.

Conditio cuius euentus, vel defectus legata non parit: eorum partitionem non differt: & plures portiones vnius, & eiusdem instituti contribuuntur ad inuicem ad augendum legata. Alexand.

Si tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta hæredes scripti fueritis. deinde tu ex parte dimidia hæres institutus fueris sub cōditione, & legata, item libertates datæ fuerint: pendente conditione libertates competent, & legata tota præstabuntur: quia siue conditio extiterit te hęrede existente, vtraq; valent,siue conditio defecerit, tu & Titius hæredes eritis. De lege Falcidia si hoc quęras, an existente conditione misceatur quadrās tuus, & semis, atque ita pro dodrāte ratio ponenda sit cum ijs, quibus

a Locum non habet. Imo totus videtur in legato:& sic Fal.locum habet,vt ff.eo.l.in quartam,i fi.l.quæ est contra.Sol.subtiliter inter emptionē & conditionem distingue:vt in venditione dicas non fundum venditum esse relictum ideoq; nec fundus venit in computatione,sed id solum;quod minus iusto vendiderit,at in secundo casu totum fundum vendicat: aliās cōputat,quia totus legatus est,nec eius quod pro conditione datur,fit computatio,quia non accipitur iure hæreditario,vel ei à quo accipit,computat: sed non alij, vt ff.e.l.Nessennius.vel oibus computat: cum idcirco hoc testator hęredi præstari voluit,vt omnibus solida legata præstaret:vt ff.e.l.quod autem.fo.& fm.hoc cōcor.ff.eo.l.in ratione.§.vēdere.& §.tametsi.& l.si fundus legatus.& l.si dignum. Acc.

b Centum. Scilicet singulos tanti pretij.

c Quinquaginta. Tantum valebat mea hæreditaria. ita ergo dimidia iure hæreditario remanet sibi in eo

d Hæreditario. Aliàs hæreditario, alias est hæreditariam, subau. & aliā partem iure emptionis.

e Retinet. Aliam iure emptionis consequitur.

f Si quis hæredem. Institui mihi hęredem Titium, & rogaui eum ut post mortem suam restitueret Seio,& postea decessi,& postea dictus Titius venit ad mortem, & instituit sibi hæredem dictum Seium, & multa legata qui but dam reliquit & postea decessit idem Titius: certe Seius hæres eius debet sibi anticipare dicta quæ debebat ei Titius tanquam ex alienum hæreditatis. Titij:& postea debet detrahere Fal.de legatis:& est rō, quia si alius quilibet extitisset hæres Titio, dicta centum ponerentur in ære alieno. Vid.

Si quis. Facit C.eod.in l.in imponenda. in princ.& l.titium.

g Si tu ex parte. Seius instituit te Caium hæredem ex parte quarta,l.in tribus vncijs hæreditatis fuę,quæ appellatur quadrans:& purè fecit dictam institutionem:& Titium ex alia quarta parte similiter pure:& a te Caio legata reliquit quibusdam:& postea te Caium ex parte dimidia hæredem instituit sub conditione si nauis ex Asia venerit, quæ dimidia dicitur semis.& ita fuit instititutus in quadrante purè, & in semisse sub conditione, & ita debes habere nouem vncias hæreditatis,& Titius tres, quæ nouem vnciæ appellantur dodrans:& postea in hac sua secunda institutione legata,& libertates fuerunt purè quibusdā relicta per dictum testatorem: & postea decessit dictus Seius, modo quæritur, an pendente conditione dictæ secundæ institutionis libertates in ea secunda institutione datæ, & legata omnia præstare debeant legatarijs,i tam legata relicta in prima institōne,quam relicta in secunda? Et respon.quod sic:& est ratio,q siue dicta conditio extiterit te Caio hærede existente, vtraq; supradicta valent,siue dicta conditio defecerit tu Caius,& Titius hæredes eritis pro virili portione. ff.pro medietate illius medietatis sub conditione tibi relictę accedente pdicto Titio.vnde siue existat dicta condō,siue deficiat:semper existit casus, quo possunt valere omnia prędicta.Sed pone,q dicta conditio tuæ secundę institutionis extitit:& sic habes tu Caius quadrantem tibi purè à testatore datum, & ēt semissem tibi sub condōne datū,& ita habes dodrātē totius hęreditatis,i.nouē vncias: & Titius cohęres tuus habet tres,nunquid cum habeas dodrantē hęreditatis,coge

ris pro ea parte legata præstare: vt sic prosit illis legatarijs,quib.fuit legatum à te instituto purè in quarta hęreditatis:prosit dico ille semis.in quo fuisti i institutus sub conditione prędicta. prosit adhuc dico quo ad falcidiam de legatis eorum detrahendam? Et resp. quòd sic, nam misceri debent duę tuæ partes hoc casu, id est,quadrans qui purè est datus,& semis tibi datus sub conditione Viu.

h Fueritis.f purè.

i D.midia. Quę supererat:& sic in dodrante.

k Datæ fuerint. Scilicet simpliciter, nō exprimendo an puris institutionibus, vel conditionalibus nec quantum a quo libet hęrede.

l Pendente. Scilicet conditione secundę institutionis.

m Præstabuntur. De libertatibus, planū est,sed de legatis q ro quantū quilibet soluet? Respon. aut species hęreditaria est relicta. & tunc aget rei vendicatione ad totum contra vtrumq;, cum ambo hīdes teneātur,adiiciendo vt quilibet soluat, quantū eum competat soluere:& sic ad incertā partē cōtra quēlibet vt supra,de rei vend.l.quę de tota. §.1.& idem si agatur actione personali ex testamēto ad dictā speciem. si aūt est quātitas,tūc quilibet in eo,quod est purè institut' cōuenitur:nec eo plus tenetur aliquis,quia cōditione existente,vel deficiēte possit recuperare ab alio, vt ff.de reg.iur.l.nemo,iō pius dico institututū sub cōditione posse conuenirī in medietatem residui,cum etiam deficiente cōditione medietatē residui est habiturus.

n Eritis. Pro virili portione medietate conditionali vtriq; accedente,& sic similiter vtraq; valet.

o Duas partes. Vt sic dodrās videat tibi relictus,& facit ff.de acq.hę.l.si tu. & ff.e.l.in tōne. §.pe.ff. fi. illi'. §.

p Qui filium. Seium filium impuberem instituit mihi hīdem in sex vnciis hīditatis meæ, & reliqui ab eo tot legata,q absumebat totas dictas sex vncias:& Titium instituit mihi hīdem in aliis sex vnciis: & in nihilo eum legatis grauauit,& eundem Titium substituit dicto meo filio vulgariter, & pupillariter,i. vt si mihi hæres nō erit dictus meus filius, pdictus Titius sit mihi hæres, aut si mihi hæres erit,& in pupillari ætate decesserit, dictus Titius sit mihi hæres,& postea decessit,& postea dictus Titius extitit mihi hæres ex tua substitutione:& postea antequam dictus meus filius esset mihi hæres,decessit. vnde Titius extitit mihi hæres ex substitutione vulgari.modo qritur,vtrum dictus Titius substitutus pītet solida legata, q reliqui à dicto meo impubere filio: an verò deducta quarta? Et dr q solida pītare debet, & est ratio: quia duo semisses,in quibus filium meum,& Titium hīdes instituit,iunt confusi,& coadunati in persona Titii,qui ex vulgari substitutione succesit mihi in semisse, quem dedi dicto meo filio:& faciunt dicti duo semisses confusi,vt habeatur ratio totius hæreditatis circa l fal.vnde cū mihi soli in totū hæres extiterit dictus Titius:solida præstare debet prędicta legata, quousque habeat tantū tres vncias de tota mea hæreditate,id est,quartam hęreditatis meæ:vt Institu.de pupil.substit.§.quo

N. P.

casu.Si autem dictus Titius adiuisset pro sua parte nō grauata,& postea in pupillari ætate decessisset, & sic Titius extitisset ei hæres ex pupillari substitutione: non præstabit Titius substitutus ampliora legata, quā quibus legatis dictus meus filius obligatus fuerat: q a hoc casu dictus Titius non obligatur legatis suo nomine, sed nomine dicti mei filij impuberis defuncti, qui meus filius nihil amplius necesse habuit præstare legatariis, quibus à se relicta sunt legata:quam dodrātem semissis, in quo semisse eum mihi instituit, id est, non tenebit præstare dictis legatariis amplius, quam tres partes semissis:& quartam dicti semissis sibi potest retinere per leg. Falc in hoc ergo casu dictus Titius in tatione l.Falcid. retinet sibi integrā suā partem non grauatam, & retinet tantum quartam partem grauatæ, quam dedi dicto meo filio & ita retinet sibi septem vncias, & quartam partem aliarum duarum unciarum, & dat legatarijs prædictis tres vncias,& tres partes dictarum duarum vncia. & hoc vsque ad. § quod si extranei,&c.vbi retinet, eundem casum,scilicet quando instituit mihi hæredes pro æquali parte dictum meum filium, & dictum Titium. finge igitur econtrario,scilicet quod semis dicti Titij extranei totus fuit per me legatus, & semis dicti mei filij non fuit in aliquo grauatus.& postea me mortuo extitit dictus Titius hæres dicto meo filio ex substitutione,siue vulgari.siue pupillari,quæritur,nūquid hoc casu augeantur legata,quæ reliqui a dicto Titio? Et respondetur quò sic. hoc enim casu accrescit pars non grauata,grauatæ:& perinde agendū est hoc casu circa legata,ac si cuilibet alij cohæredi non grauato substitutus fuisset Titius grauatus,& eo hærede omittente hæreditatem,ex asse hæres extitisset idē Titius:quasi semper idem Titius substitutus deduceret rationē l. Falci. ex quantitate bonorum,quæ ego testator reliqui,siue substitutus pupillo non grauato ex substitutione vulgari, siue pupillari ei hæres extiterit, vt dictum est in §.qd si extranei,vsq; illuc,& perinde &c.siue sit substitutus cuilibet alij cohæredi non grauato: & postea ex asse hæres extitisset:vt in versi.at perinde &c. hoc vsq; ad versicu,penè eadem &c.vbi dicit q penè,& fine penè,eadem dicenda sunt.si ego instituissem mihi hæredes duos meos filios impuberes,l.vnum quemque eorum in vno semisse,& vnius semissem grauassem legatis,& alterius non, & eosdem impuberes inuicem substituissem,& postea iure substitutionis ad alterum eorum hæreditas mea redierit, & habenda sit in hæreditate mea ratio l.Falc.nam aut ille impubes cuius semis grauatus est legatis,successit alteri impuberi grauato:& tunc augentur legata à se relicta,aut econuerso. Et tunc non:vt ff.dictum est.Vi.

Legauerat. Et per legata exinanierat.

Substituerat. Vulgariter & pupillariter.

Mortuo. Antequam esset hæres:vt ff.subijcit.

Ex substitutione. Scilicet vulgari:vt ff. patet.

Totius assis. Fuit enim hæres soli testatori.& ideo

solida præstat legata, etiam si non habebat nisi tres vncias de tota hæreditate. Azo.

Solida non potest enim deducere Fal eius nomine, qui nunquam fuit hæres. & facit infra, ead l. §. fin.

Dēt. n. peri Fal. p hæredē à legatariis: aliàs non debetur. Bal. & Ba. in p̄dicta l. cū quis. C. de iu & fa. ign. idē Bald. in l. si quis ad decli. §. in oib. C. de epi. & cle. xviii. col.

Sed contra s. eo. l. quod si alteruter. in fin. nam hic fit contributio, ibi nō. sed illa secundum istam distinguitur: quia si fuit pupilli pars defecta, distinguit an ueniat substitutus ex vulgari, & fit contributio: an ex pupillari, & tunc non: ut infra, proxi. l. si vero &c.

Antequam patri. & ita patet, quòd fuit hæres ex vulgari substitutione.

Fuit. & decessit in pupillari ætate, & sic successit pupillo ex substitutione Pupillari substitutus.

Quibus. Scilicet legatis.

Substitutione. Vulgari, uel pupillari.

Cuilibet. Etiam maiori.

g Reliquerit. Aliàs est, reliquerat pone re dēt, & tunc sequitur ver. eadem dicenda sunt &c. aliàs est reliqt, deducer. penè eadē dicēda. &c. & erit ver. penè &c. & est philosophicum temperamētum: ut aliàs forsan s. de arbit. l. si duo. Acc.

In P. F. quę pater reliquerit pone. Ea dē dicēda sunt &c.

Hæbenda sit. Distinguit enim utrū pars defecta fuerit grauata, an pars quæ nō fuerit defecta & idem distinguitur in iure accrescēdi: ut s. eo. l. quod si alteruter. Azo. & facit s. eo. l. in ratione. §. quęsitum. sed dic ut plenè no in d. l. quòd si alteruter. Acc.

[n] Qui poſt. CASVS Ego habens multos debitores, & creditores,inſtituit mihi hæredem Titium: & rogauit eum,quod poſt annum.pone reſtitueret hæreditatem meam Seio.& deceſſi poſtea iſte meus hæres exegit à debitoribus hæreditariis vſuras:quarum dies ceſſit poſt mortem meam creditoris.nunquid dictas vſuras tenetur reſtituere fideicommiſſario? Et dicitur ꝙ non. ſi autem non exegiſſet dictas vſuras, quarum dies ceſſit poſt mortem meam creditoris , actio omnium vſurarum ex Trebel.transfertur in fideic.actio earum vsurarū quarum dies ceſſit ante mortem meam.& quarū dies ceſſit poſt mortem meam.nam hæreditaria ipſa iacio fuit ſtipulatio dictarum vſurarum:& ideo nemo debiti repetitio erit ſoluenti dictas vſuras fideicō.aduerſus eundem fideic.Sicut autem dictæ vſuræ debēt ſolui fideic.per debitorem,ſi hęres non exegit eas ante reſtitutionem hæreditatis:ita ſimili modo & ſi hæreditario creditori non ſoluantur per hæredem vſuræ medij temporis,per Trebellianum tenebitur fideicom. etiam in his vſuris ſoluendis creditori, nec iō pœnæ vel

[g] Officio.in bon. fid.ex mora:vt ſ.de neg geſt.l. quia tantundem.

[h] Computabuntur.In illud debitum quod eſt confuſum,& videbuntur fuiſſe in hæreditate, vt ſic earum dodrans reſtituatur,& quarta retineatur:vt ſ. eo.l.poſtulante. §. ſed & in huiuſmodi.

Poſterioris. Scilicet temporis.

[i] Facta fit. Tunc enim vſuræ, & fructus veniunt in reſtitutione:vt ſup.eo. l.in fideicommiſſariam. in prin. & §. f. & l poſtulāte §. ſed & in huiuſmodi,ſed ſi anteceris temporis,id eſt ante confuſionem, veniunt in hæreditaria obligatio. vt ſ.eo.l poſtulātis.§.ſed & in huiuſmodi & j.ea.l §.qui poſt Hug.

[k] Cum hæreditas. CASVS Iniunxi mihi hæredem Titiū & rogaui cum,quod reſtitueret hæreditatem meam Seio poſt annum pone,& deceſſi. poſtea ante quā veniret annus, dictus Titius à me inuitatus à quibuſdam debitoribus hæreditarijs pecuniam debitam exegit, & à quibuſdam nō exegit. & illa nomina, quæ non exegit,vel pars eorum,facta eſt non ſolutione.an nunquid periculum eorum pertinere debeat ad dictum hæredem ex eo quòd ipſe quædam exegit? Et dicitur quod non & credo quod hoc intendat dicere hic §.Vi.

[l] From tenetur obligationē vſque ſolutione nō ſolui. §. de eccl. ed ſi arg. contra ff nihil exiſtimo de rem.

vel querelę locus erit contra hęredē, ꝙ ipſe hęres nō ſoluerit fœnus hæreditario creditori de fructib.quos ipſe hęres recipiebat de hęreditate ſuo iure:nam non tenetur ſoluere dictas vſuras hęres.ſi aūt hæres ſoluerit creditori hęreditario fœnus medij temporis, cum hoc facere nō tenetur,vt dictū eſt,eo nomine nō erit hæredi aliqua retentio contra fideicom. in ipſa reſtitutione hæreditatis,cum hęres geſſerit in hoc proprīū ſuum negotiū. nam & ſi coactus eſſet hīs credere creditori ſortē ante reſtitutionem hæreditatis factam fideicom. nihil vſurarū medij temporis imputaret idem hæres fideicom.i.nō haberet hæres aliquā retentionem cōtra fideicō. in ipſa hæreditatis reſtitutione ꝓpter vſuras,q̄ poſſēt cucurriſſe forti ſolutæ creditori per hæredem medio tēpore ante reſtitutionem hæreditatis, ſi nō eſſent ſolutæ eidem creditori per eundem hæredem. & hanc credo eſſe intentionem huius §.Viu.

[a] Non cogitur.Quia iudicio defuncti percepit:vt ſ. e.l.mulier.§.ſi hęres & facit optime ad §.e.l.poſtuliātē.§.& in huiuſmodi,vſque in fi.

[b] Nam hereditaria.Interpoſitio eſt. Azo.

[c] Erit ſ.ſoluenti vſuras,fideicommiſſario aduerſus eūdē,& ſic ad proxi.Vel dic ei, qui ſoluit hæredi non cōpetit repetitio contra eundē hęredem.& dic, non ad proxi.ſed ad ſuperius reſpon.adiung.tur.Ac.

[d] Vſuræ.Ab hęrede.

[e] Querelę.Alias querelę,aliàs pœnæ.Scilicet: cōtra hæredem,& eſt aliud in patre,qui non ſoluit vſuras ex fructibus aduentitiorum.vt C.de bo. quæ lib.l.fi. §.vbi autem in vnum.

[f] Suo.Id eſt defuncti iudicio vt dixi.in prin.huius.l.

[g] Eo nomine.Id eſt,nomine fœnoris.

[h] Proprium Sic ſ.qui pot.in pign.habe.l.ſi prior. & communi diui.l.in hoc iudicio.Acc.

[i] Coactus. Ante reſtitutionem hæreditatis non aūt poſt:vt ſ.e.l.ita tamen.§ qui ex Trebelliano,q̄ eſt contra Alij dicunt,quod etiam hic poſt reſtitutionem,& dicunt quod hæc actio peribit propter abſentiam fideicommiſſarij:vt ſ e.l.cum hęreditas.Ac.

[k] Vſurarū.Sed pro dodrante ſortis ſicut C. eo.l. i.

[l] Numis.Titius ex aſſe inſtitutionis in hæreditate,quę valet 400.aureos rogatus eſt reſtituere Seio totam hę reditatem,acceptis 100 aureis de burſa Seij. dicit qđ in ſuam quartā eos cōputat Titius, vt amplius nō detrahat.ſicut ſi de 400.quæ erant in hæreditate, acceperit eos 100 ex voluntate defuncti.Secūdo dicit idē ſi Titius,& Seius ſint inſtituti de hæreditate valēte 400. aureos,& Titius ſit rogatus reſtituere Seio ſuam partem,q̄ valet 200 acceptis quinquaginta aurcis d burſa Seij:nam perinde Titius cōputabit ſibi in quartā illos quinquaginta aureos,ac ſi de ipſa hæreditate ſuā partē accepiſſet,vt amplius non deducat. Tertio dicit diuerſum in prædio:vt ſi Titius Seio cohæredi rogatus ſit ſuā partem hæreditatis reſtituere retento pdio hæreditario,qđ valet quinquaginta,nā ſolā meditatem in Fal.cōputabit quā iure hæreditario habet:ſed aliam dimidiā non,quā habet à cohęrede,qui habebat dominiū: vnde nō cōputat in quartam ſuppletur ergo ei Titio. Quarto reddit rationem,quare diuerſum i pecunia quā in prædijs: qa pecuniam habiliter ex tua portiōe tenet totā.at pdij partem nō poteſt habere, niſi a cohęde, q̄ dominū hēt Quinto dicit,hęc vera ſūt ſi pdicta prædia nō valēt plus quā portio Tiiij reſtituēda ita quod Seio bene remanet quarta ſuę inſtitutionis, licet hæc pdia Titio det.

[*] Nūmis non eſt in F.Fl.

Quid autem ſi non remanet?vt ecce Titius,& Seius inſtituti ſunt i hæreditate valēte 400. aureos, in qua erant duo prædia, quæ valent 300. cæteræ res hæreditariæ valent 20. & Titius eſt rogat⁹ reſtituere ſuam partem, q̄ valet 200 acceptis pdijs p̄ dictis.& Titius vult tota 200. reſtituere enim Falcidia non deducta,& vult prędia: ſed Seius dicit,ſi hoc fiat nō remanet ſibi quarta ſuę inſtitutionis,quę eſt q̄n quaginta. Dicit ergo hęc lex, quòd de cęteris rebus præter prędia, q̄ cętera valēt 200 dēt ſuo iure habere Seius dimidiā m,i. 10 pro alia dimidia in eūdē rebus a Titio reſtituēda ſ.pro 10.retinet Titius ex prædijs præ egatis 10 ex ſua parte.ſ.Seij quaſi hęc 10. quæ debet Titius in cæteris rebus cum alijs 10. quæ debet Seius ſ.quę & ipſa legata videntur,vt ſup. de leg.3.l ſi deicommiſſ.§.cum eſſet.vſque ad hanc cō curentem quantitatem fiat compenſatio: reliquum quod deeſt ad Falcidiam Seij,quæ ſunt 30 retinet Seius ex eiſdem prædiis:& quod vltra eſt reſtituit,& ſic fit hic compenſatio generis ad genus: vt & ſ. ſi pars hæreditatis.l i §.pen.

[m] Falcidiæ.Trebel.de qua hic tractat.

[n] Bonis.Scilicet hæreditariis.

[o] Retinetur.ius hæreditario.Azo.

[p] Rogatus.Retentis centum,quę iure hæreditario ꝑcepit in ſuliter de ſua portione vel dic acceptis centū a fideicom.Azo.& facit ſ.de hære.inſtit.l.qui nō militabat.in prin.

[q] Diuerſa Retine eundem caſum quando cohęredi rogatur reſtituere nā in extraneo fideic.non aſſignat hæc differentia prędio & pecuniæ. Hug.

[r] Prædiorum Hæreditariorum.

[s] De portione.Sua propria:vt ſ.de le 2.l.cum pater. in prin.nam poteſt bene vendere ſuam portionē: & ſic habere c.ſed partem prædiorum cohęredis nō pōt habere,niſi de voluntate eius & facit j. de ſol.l. ſi is cui.& ſ.ſi cer pe.l.nam & ſi. in fi.

[t] Alia portio Præter eam,q̄ tangit eum hæreditario iure.Et not qđ ex quartā eſt,qđ a cohærede accipitur vt hic,& ſ.ad le Fal.l.in quartam.§.1.ſed cōtra C.fa. erc l.filium Soi.vt ibi.& dic vt not.ſ.ad le.Fal l.Titia.

Casũ posit. Accusim Azo.

Cum autem hic dicas casum vt dixi: vel dic ſm Azo. ego ſum inſtitutus in 11. vncijs, tu ex vna, quam iuſſus es mihi reſtituere retẽtis prædijs magni pretij. pone vncia valet 5 prædia 15 etiã vncia detracta, cum ergo tu mihi in 5 ego tibi in 15. teneat. fiet compenſatio in 5. hinc inde reſidua vero 10. pẽſtare debeo ex cauſa prælegationis: ſed quia alias sũ grauatus, etiã de hac prælegatiõe detrahã Falcidiam. ſi autem nõ eſſem grauatus, nõ detraherem: vt §. ad l. Fal. l. Neſſennius.

1 Iuſſum.

b Maioris pretij. Adeo maioris vt ex redat dodrãtem. Azo. maximè ſecundum primam poſitionem.

c Hæreditatis. Reſtituendæ.

d Petenti. Id eſt, ſi fideicõmiſſarius velit habere Falcidiã. & conſtrue viſum eſt interuenire, i. cõpetere Falcidiã in ſuperfluo prædiorũ fideicom. petenti. i. ſi ipſe vult quartã habere. Itẽ not. qđ omnia quę capio ego inſtitutus ab extraneo, computo in quartam Trebel. vt in prin. huius. §. ſi verò a cohærede. aut pecuniam, & totam videor capere iure hæreditario. & ſic computo in quartam, quaſi nullum ius in ea videatur habuiſſe cohæres: ſi autem corpus, aut non hæreditarium, & tunc idẽ: aut hæreditarium: & tunc pro parte cohæredis non computo: vt hic, & dicta lege cum pater, & lege in quartam. §. fecundo. Acc.

¶ Hæreditatem poſt. CASVS. Inſtituit mihi hæredẽ Titium: & rogauit eum quod hereditatem meam reſtitueret Seio poſt mortem ſuam Tituj exceptis reditibus, & deceſſi. & poſtea dictus Titius exutit mihi hæres, & vixit per biennĩ pone, & poſtea deceſſit, & extitit ei hæres Caius pone: nunc Caius vult reſtituere dicto Seio hęreditatem, ſicut & Titius tenebatur. volebat in ipſa reſtitutione retinere ſibi partes ancillarũ hęreditariarũ quaſi & ipſi partus continentur appellatione reditũ exceptorum per teſtatorem. nunqd poteſt? Et dicitur quòd non: nec etiã poterit retinere fœtus pecorum. qui fœtus ſubmiſſi gregem retinent, quia nec illi continentur appellatione reditũ & hęc credo eſſe vera ſiue ante moram reſtituendę hæreditatis, ſiue poſt naſcãtur partus vel fœtus prædicti. Sed ſecus eſt in fructibus, & vſuris, & mercedibus prędiorum hęreditariorũ: quia in eis diſtinguitur. vtrũ ante moram reſtituendę hęreditatis percipiãtur, an poſt: vt ſi ante percipiantur, portioni quadrantis, quę quadrantem retinet de hęreditate reſtituens, impatẽter ſubaudi, & ſuperfluum eorum lucretur hæres, q. a iudicio teſtatoris percepit, & ita ſi ante percipiantur, vt dixi, lucretur eos hæres, licet imputentur in quadrãtẽ: ſed ſuperfluum a quadrante non reſtituetur fideicommiſſario. vt §. el. in fideicõmiſſariam. z. reſpondeo: Et hoc quod dixi de fructibus, & vſuris, & mercedibus colligo ibi ante diem fideicommiſſi &c. vſque illuc: cum autem &c. Sed quid ſi fideicõmiſſarius ita dicat diſto Caio reſtituenti ei hæreditatem, & quartã retinere volenti. Titius hęres qui rogatus fuit mihi reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam potuit diſtrahere res hęreditarias ante mortem ſuam & potuit cõſequi vſuras ex fortibus prædictorum earum rerũ, ſi eas vẽdidiſſet: vnde quia noluit eas diſtrahere, ſed potius eis vti, ita bene videtur percepiſſe vſuras propter vsũ medij tẽporis quẽ habuit in rebus hæreditarijs: ac ſi eas diſtraxiſſet: & ex pretijs earũ vſuras habuiſſet. vnde eas vſuras dbes tibi imputare in quadrantẽ ſiue quartã Trebellianicã. nũquid in hoc eſt audiẽdus fideicom. Et dicitur quod non: quia hæres non cogitur res hæreditarias diſtrahere, & ex pretio fœnerare. ſed poteſt eis vti donec viuet: & ſi eo eis vtente pereãt mãcipia, aut vibana prædia hęreditaria, non cogitur præſtare periculum eorum. ſed quãuis vſuras, & pter vſum nõ debeat reſtituẽs imputare ſibi i quadrãtẽ, nihilo minus tamen vſus p̃dictus diminuit quadrãtẽ,

ſtatoris imputantur in quartam, ſecus in iis, quæ percipi potuiſſent a diligentiſſimo patrefamilias, non tamen fuerunt percepti Alexander.

Ante diem g fideicõmiſſi cedentem fructus, & vſuræ, quas debitores hereditarii, cũ poſtea ceſſiſſet deis, h ſoluerunt; item mercedes prædiorum ab hærede perceptæ portioni quadrantis imputabuntur. Cum autem poſt mortem ſuam rogatus hæreditatem reſtituere, res hæreditarias diſtrahere nõ cogatur i hęres: k ſortium, quæ de pretijs earum redigi potuerunt, vſuræ propter vſum medij temporis perceptæ non videbuntur,

Partus ancillarum & fœtus pecorum ſubmiſſi loco capitum mortuorum, non ſunt in fructu, vel in reditu. Bartolus.

Hæreditatẽ poſt mortem ſuam exceptis reditibus reſtituere rogatus, anciliarum partus non retinebit l ſed nec fœtus pecorũ, qui m ſubmiſſi gregem retinent.

Fructus percepti iudicio te

i. fructus prouenientes ex vſu ipſũ hęredi. i. quamuis periculum mancipiorum, aut vrbanorum prędictorũ præſtare non cogatur hæres, nihilo minus tamẽ caſus eorum diminuit quadrantẽ quem põ retinere hęres, ſiue hęres hæredis poſt morã in reſtitutione hęreditatis faciẽda quo caſu tenetur hęres ex caſu vel etiam ante moram ſi contingit caſus dolo vel lata culpa hęredis ſiue hęredis. hæredi & tunc totum imputatur in quartã. & ſuperfluum reſtituere debet fideicõmiſſario. vt §. eo. l. in hęc. §. ſed enim. Viu

e Nõ retinebit. Imo videtur contra in partu: vt §. de vſu l. Paulus reſpond. §. hæres. quæ eſt contra. Sol. hic fuit natus poſt moram, ibi ante. Itẽ hic in ancilla alterius. Item ſi erat teſtatoris, etiam ante moram natus videtur venire in reſtitutionem: vt §. de vſu. l. Hieronimus Modeſtinus reſpon. Sed certè ibi fuit ſimpliciter ancilla legata. hic ſine reditu. vnde et in ancilla teſtatoris ſerua, facit reditus ante moram, vel poſt. Item & no. hic partũ obtineri appellatione reditus, ſ. ſecus in. vt. hic vt arg. contra §. de vſur. l. in pecudum.

f Quia. Vetus. & facit §. de vſufru. l. vetus. & facit. l. ad leg. Falc. l. Iauiano reſpon. §. 1.

g Ante diem. Fuit enim rogatus reſtituere poſt ſuam.

h Ceſſiſſet dies. Scilicet reſtituẽdæ hæreditatis: prius tamen ſoluerunt. Alij dicũt ceſſiſſet dies. i. debitorum quia fuerunt in mora, & ſoluerũt vſuras hęredi ante diem fideicommiſſi & ſecundum virtumque modum dic, & in quartam imputat. & ſuperfluum lucratur: quia percepit iudicio teſtatoris vt no. §. el. in fideicõmiſſariam. in prin. & idem in fructibus & facit §. cod. l. hæredes meum in prin. & l. poſtulante, § ſed in huiuſmodi. & §. el. 1. vſque in §. ſa. i. §. qui poſt.

i Non cogatur. Niſi res peritura. vt §. eo. l. mulier §. ſed enim. Sed quid ſi diſtraxerit? Reſp. dic vt §. cod. le. Titius. Rom.

k Hares. A fideicommiſſario.

Eorum

Eat in l. fidei Titi bantur. l. col. §. futrudes, dicit idẽ ee reditũ & fructũ: fedpatri. dicit reditus el le genera ius verbũ quam fra ct. in l. 1. in pe. colu. ver. illud antẽ. circa me. qđ et tenet gl. in e g. ſacra. hde elec. in 6. i ver. reditus.

Eorum. Scilicet mãcipiorum: nam ſi deceſſerint. i. mortua fuerint. licet non teneatur hæres ad æſtimationem eorũ præſtandam, fideic. tamen tenetur vt cõputet carnẽ. vel carnis p̃cium in quartam, ſm Azo. quod in cæteris animalibus poſſet dici: non in ſeruo, cuius caro nil valet eo mortuo: vt C. de libe. cau. l. principalis. Dic ergo ſecundum Hugo. q̃ vſum dum viuit, computat in quartam. i. fructum propter vſum, ſed vſuram illius vſus non, ſed adhuc nõ videtur plenè ex poni q̃ dicit caſus eorũ, vnde dic poſt moram quando tenetur de caſu, vel ẽt ante, ſi contingit caſus dolo vel lata culpa hæredis: & tunc totum imputat, & ſuperfluum reddit: vt ſup. e. l. mulier. §. ſed enim. & facit §. de fun. inſtru. l. 3. circa prine. & ſupra eod. l. ſcribit Celſus.

Denique nec periculum mancipiorum, aut vrbanorum prædiorum præſtare cogitur. Sed nihilo minus eſus, & caſus eorum quadrantem quo que diminuit.

Rogatus reſtituere quòd ex hæreditate ſuperfuerit, non tenetur ad fructus, nec ad luendas res bona fide pignoratas. Bartolus.

Quod ex hæreditate ſuperfuiſſet, cum morere tur, reſtituere rogatus fructus ſuperfluos reſtituere non videtur rogatus: cum ea verba diminutionem quidem hæreditatis admittant, fructuum aũt additamentum non per-

¶ Quod ex hereditate. CASVS. Inſtitui mihi hæredẽ Titium, & rogaui eũ, q̃ reſtitueret Seio illud quod ex hæreditate mea ſuperfuiſſet, cũ moreretur idẽ Titius. & deceſſi. & Titius extiterit mihi hæres, & vixit fortè per biennium, & interim habuit multos fructus ex hæreditate mea. & poſtea deceſſit. & habuit hæredem Caium, & tpe mortis eiuſdem Titij ſupererant multi de dictis fructibus. Certè Caius hæres dicti Titij non tenetur reſtituere Seio ſi dicit fructus dictos ſuperfluos, cum dicta mea verba, qui inſtitui hæredem Titium, non percipiant additamentum fructuum, licet diminutionem hæreditatis admittant, ſ. vt hæres poſſit diminuere de hęreditate, ſine fraude. & etiam pignorare rem hæreditariam ſine fraude, & ſi hæres prædicto modo rogatus rem hæreditariam pignorauit ſine hærede hęres ipſius hæredis eam a creditore liberare non cogitur. & hoc credo q̃ velit dicere vſque ad ſi. l. Viuianus.

§ Non percipiant. Et facit §. eo. l. Titius. & l. in fideicommiſſariam. §. 1. & §. prox. §. Acc.

c Non cogitur. Vt §. eo. l. Titius. in prin. & §. 1.

Debitor ſub pignore. CASVS. Titius erat debitor Seij in quinquaginta, & obligauerat ei pro hoc Infortiatum ſuum, & habebat hic Titius filiã nomine Sempronium pone, hic Titius debitor inſtituit ſibi hæredem dictum Seium creditorem, & rogauit eum, quod reſtituere hæreditatem dictæ ſuæ filiæ, & deceſſit hic Titius cum aũt dictus creditor nollet adire dictam hæreditatẽ, vt ſuſpectam, coactus fuit à pætore vt eam adiret, & ita eam adiuit, & reſtituit dictę filiæ teſtatoris, & retinuit ſibi dictum Infortiatum obligatum ſibi à teſtatore: & cum non ſoluerentur ei dicta quinquaginta denunciauit dictæ filiæ teſtatoris, vt ſolueret ei debitum, & poſtea permiſit currere biẽnium ſm conſilium §. legis. C. de iure do. impet. l. ſi ſin autem nulla. & cum ſecũ conſilium dictę legis licet ei vendere Infortiatum, nõ potuit inuenire emptorem: vnde deſiderabat ſecundũ conſiliũ dictæ legis mitti ſibi vt iure dũij poſſideret dictum Infortiatum, quæritur, nunquid poſſit hoc conſequi? Et vtrũ non: quia cum adiuit hic creditor hæreditatẽ creditoris ſui, confuſa fuit obligatio de dictis quinquaginta. ſi confuſa fuit obligatio, ergo non videtur q̃ pignus prædictum remaneat eodem creditori obligatum: ſi non remanet ei obligatũ, quomodo impetrabit ut illud poſſideat iure dominij? P.F. Certè videtur quod non. Sed circa hoc vtrum pignus ſit liberatum, vel non, in ſiſtendũ eſt: ſiue poſſidet creditor, idemque hæres inſtitutus Infortiatum, ſiue nõ poſſidet. & certè ſi poſſidet creditor Infortiatũ. nulla actione a fideicommiſſario ſiue fideicommiſſaria prædicta cõueniri poteſt: ergo neque pignoratitia, eatãtum rõne q̃ ſit hęreditaria actio, ſiue quamuis ſit hæreditaria actio neque actione ex teſtamento repetetur per filiã teſtatoris quaſi minus reſtituerit ei dictus creditor ex eo q̃ non reſtituit ei Infortiatum, quod qui dem facere poſſet dicta filia teſtatoris, ſi nullum pignus interceſſiſſet. hic autem interceſſit pignus & adhuc durat. poſſidet. n. Infortiatũ quaſi creditor. ſed & ſi fideicõmiſſarius, ſiue fideicommiſſaria prædicta retineat apud ſe Infortiatum, & hic ſiue in hoc caſu Seruiana ſiue hypothecaria actio locum tenebit, ſiue locũ habebit, vt ſ. poſſit ea agere creditor, idemq; hæres contra fideicommiſſariã, vt ipſa reſtituat ei Infortiatum, quamuis. n. additione hæreditatis confuſa fuerit obligatio, vt dictũ eſt: verum eſt tũ nõ eſſe ſolutam pecuniam creditori. vnde non eſt mirũ, ſi habet hypothecariam creditor cum adhuc duret dignus, quemadmodum dicimus durare hypothecariam creditor, cum amiſſa eſt actio eiuſdem creditoris propter exceptionem. f. temporis. patet ergo quod non tantum retentio Infortiati competit creditori prædicto, eidemq; hæredi cum illud poſſidet: ſed ẽt petitio cum non poſſidet. Scias etiam, quod ſi dicta filia ſoluat dicto creditori dictum Infortiatum, non poterit recipere vt debitum: quamuis additione hæreditatis confuſa fuerit obligatio. vt dictum eſt: remanet ergo propter pignus naturaliis obligatio: vt ſcilicet remaneat naturaliter obligatũ, licet obligatio perſonalis, ciuilis, & naturalis ſit ipſo iure confuſa p dictam additionem hæreditatis: bene ergo poterit dictus creditor impetrare vt iure dominij poſſideat Infortiatum ſãm conſilium dictæ legis C. de iure dominper cum emptores pignoris, id eſt, Infortiati, non inueniantur. prædictam autẽ imbrigationem. & ſubtilitatem circa pignus poſuit iuriſconſultus, qui condidit hanc legẽ, cui dictus creditor vel aduocatus ei, qui tpe quo prætor cogit eundem creditorem adire hæreditatẽ debitoris ſui, nihil dixit de debito ſuo quinquaginta librarum pro quo hẽbat obligatũ Infortiatum nam ſi re integra, i. antequã cogeretur adire hæreditatẽ debitoris, dixiſſet, & allegaſſet, coram prætore ſe non eſſe compellendum adire: niſi prius de indemnitate dicti ſui debiti eſſet ei cautum a fideicõmiſſaria filia debitoris eiuſdẽq; teſtatoris, vel niſi ſo-

lutá essent dicta quinquaginta: bene audiuisset eum prætor. & non fuisset ei necessarium disputare de pignore. & non videatur tibi mirum, si prætor exaudisset eum circa damnum debiti sui vitandum: quia & cũ de lucro hæres scriptus agit coram prætore, peten

do vt non cogat adire, nisi lucrum consequatur ẽ bene audiendus. puta quia fuit hæres institutus & rogatus de restituenda hæreditate alij: & legatum fuit eidem hæredi relictum ab eodem testatore, si hæres non existeret: quo quidẽ casu responsum est à sapientib. non esse eum cogendũ adire nisi legato prædicto prælitio ei à fideicõmissario, qui petit eum cogi adire, in quo etiam casu posset dici ab aliquo cã disputandi, non esse cogendum dictũ hęredem adire. etiam si legatum ei offeratur per fideicõmissa rium: quia quodam modo videretur hæres cogi adire cõtra voluntatem tacitam defuncti, qui defunctus legando hæredi, si non adijsset hæreditatem, tacitè posuit in ipsi[us] hæredis volũtatem vtrũ adiret, vel si non adiret. sed quamuis ita posset dici disputando per aliquem: tñ contrariũ est. nã quãuis testator in hoc casu alterutrum dederit hæredi tacitè, vt ſ. & adiret, & restitueret hæreditatem, vel abstineret, & legatum acciperet: nos tamen p[ro]ximamus ei hæredi vtrumq; ſ. vt adeat hæreditatem, & eam fideicom. restituat, item & legatum habeat a fideicommissario. nam vt dixi, responsum est sapientibus non esse cogendum adire eum, nisi legato ei prælitio per fideicommissarium, qui petit eum cogi adire. & hoc credo, quod velit dicere hæc lex, licet non multum aperte. Viu.

* In P. F. sic teneat.

a Permitti. Aliàs remitti, aliàs permitti. i. concedi.

b Obligatio. Ciuilis, quasi solutione, vt sup. d lib. leg. l. si id quod. de naturali, an tollat, dic vt statim dicet.

c Naturali. Et ciuili, quod videtur: vt ſ. de reg iur. l. cum principalis.

d Siue possidet. Scilicet creditor.

e Neq; pignoratitia. Hæc sola ratione quæ sequitur. si aũt dicere. ex quod esset recta ratio, non posset loqui in personali puta ex mutuo: q̃a illa est extincta. nec de pignoratitia: quia non esset ratio quod iõ non cõpetat fideicom. imò esset ratio econtra. ſ. quod competat: vt sup. eo. l. ita tamen. §. actiones.

f Quasi minus. Ideo q̃ non est pignus restitutum.

g Petetur. Actione ex testamento.

h Quod eueniret. Scilicet quòd possit agi actione ex testamento.

i Interceſſiſſet. Hic autem interceſſit, & adhuc durat & hoc subijcit, possidet enim &c.

adijt, & restituit, cum emptorem pignoris non inueniret, desiderabat permitti [a] sibi, iure dominij id possidere. Respondi, aditione hęreditatis cõfusa quidem obligatio [b] est: videamus autem, ne & pignus liberatum sit sublata naturali [c] obligatione. atqui siue possidet [d] creditor actor, idemque hæres rem, siue non possidet: videamus de effectu rei. Et si possidet: nulla actione à fideicommissario conueniri potest, neque pignoratitia: [e] quoniam hæreditaria est actio: neque fideicommissum, quasi minus restituerit, rectè petetur: [f] quod eueniret, si nullum pignus intercessisset: [g] possidet enim eam rem quasi creditor. Sed & si fideicommissarius [h] rem retineat, & hic Seruiana, [i] actio te

a Seruiana. Id est, hypothecaria: vt Institu. de act. §. Item Seruiana.

b Non esse solutam pecuniam. Et ideo vī adhuc pignus durare: vt ſ. de pign. l. grege. §, etiam. & §. seq.

c Actio. Personalis & principalis.

nebit. verum est enim non esse solutam pecuniam: quemadmodum dicimus, cum amissa est actio [d] propter exceptionem. [e] Igitur non tantum retentio, sed etiã petitio, pignoris nomine competit, & solutum non repetetur. Rema net ergo propter pignus naturalis [f] obligatio. Re autem integra non putarem cõpellendum adire, nisi prius de indemnitate esset ei cautũ, vel soluta pecunia esset. Nã

& cum de lucro hæres scriptus agit, quod forte legatum acceperit,

si hæres non extitisset: responsum est, non esse cogendum adire filij legato prælitio, vbi quidem potuit dici, [g] neque cogẽdum esse hęreditatem adire quodammodo contra voluntatem defuncti, qui le-

d Exceptionem. Scilicet temporis, vt C. de lui. pign. l. 7. sic & ſ. de excep. rei iudi. l. pe. §. Latinus. Sed ar. contra ſ. de re. iu. l. cũ principalis. Sed ibi plerumque dicit propter hũc casum. Item arg. contra C. de vſu. l. eos. Sed ibi de alio accessorio & odioſo, vt vſurarum dicit.

e Et ſolutum. A fideicommissario ipſi hæredi.

f Non repetetur. Vt indebitum.

g Naturalis. Dicent quidam principalis & personalis: cui naturali fideiussor accedit: vt sup. de pig. l. res hypo. alias si vtaquè, ſ. ciuilis & naturalis extincta esset, non posset pignus manere: vt ſ. de reg. iur. l. cũ principalis. & secundum hoc remanet naturalis propter pignus. ſ. vt habeat pignus cui adhęrat. Sed his ob. sup. eod. l. ubi dicit naturali obligatione sublata, & q̃ dicitur sup. de li. le. l. si id quod. vbi talis confuſio habetur loco solutionis. Alij dicunt ciuilem, & naturalem ipso iure tolli, ſ. personalem, sed pignus remanet naturaliter obligatum. & est speciale. & hoc ex illo verbo plerique, quod est in dicta regula iuris, cum principalis habet. vt hypothecaria suas conditiones &c. vt sup. de pign. l. grege. §. etiam & §. seq. cum. n. ex pacto oritur obligatio pignoris vt sup. de pact. l. si tibi. §. de pigno re. & in pacto versatur naturale. vt ſ. de pact. l. si vnus. §. pactus. ergo est ibi naturalis obligatio, quæ hic durat. Tertij dicunt, quod personalis & pignoratita tollantur ipſo iure, ſ. hypothe. resuſcitatur vtilis. ne creditor in dãno [illegible] retur: vt & alias sup. si ex noxa. can. aga. l. 2. in fi. sed quicunque teneas, inuenies fieri contra iuris rigorem. Acc.

h Vel ſoluta pecunia esset. Sic sup. e. l. apud. in prin. & l. ita tamen §. perceptis. & ī e. l. facta. §. si in danda.

i Nam. Non cogitur adire vbi timet damnum, nisi q̃ aliud eatur suo damno. nam etiã in lucro est idẽ, vt nõ cogatur adire, nisi prouideatur ei, ne lucrum perdat.

k Agit. Aliàs agit, aliàs contẽdit: & aliàs abſtinet. [illegible] tat ſe ne cogatur adire, vt non perdat lucrum.

l Acceperit. Id est, est ei relictum.

m Potuit dici Causa disputandi, sed male, vt in fine dicit.

n Neq; cogendum. Etiam si legatum ei auferatur.

o Contra voluntatem. Tacitam. Sed quid si expreſſe dixit. si voles hęres esto? Resp. adhuc cogitur: quia frustra dicuntur hæc verba in extraneo. licet in neceſſario

In F. F. hæres cogitur adire Halo ſcripſit, abſit.

ſario conditionẽ faciant: vt ī. de condi. insti. l. verba.

a Hæredi. Sub hac conditione &c.

b A ditionem. Scilicet tacite.

c Alterutrũ dederit. Scilicet tacite. ſ. vt vel adiret, restitueret, vel abstineret, & legatum acciperet.

d Vtrumque. Scilicet vt adeat & restituat. Item & legatũ habeat. Et sic not. q̃ impune fit cõtra voluntatẽ defuncti. sic C. de ijs quib. vt indig. l. nõ oportet. & C. de insti. & substi. l. reprehendẽda. Ac.

¶ Ea, quæ dotem. CASVS. Titia cum nuberet Seio, dedit ei centum in dotẽ: & in ipsa datione dotis pacta fuit cũ marito, vt mortua se vxore in matrimonio, matri eius vxori redderet pars dotis prædictæ, pone dimidia: nec eo nomine ſtipulatio ẽ interposita à matre vxoris. moriens deinde dicta vxor, fecit sibi hæredes matrem & maritum: & petijt à matre vt restitueret suam partẽ hæreditatis Titio. procedente tempore iudex aditus fuit de hæreditate diuidenda intra matrẽ & maritum prædictos, qui quidem in

gando hæredi [a] si non adijsset, in ipsius voluntate posuit aditionem. Sed cùm testator alterutrum [b] dederit, nos vtrũ que [c] ei præstamus.

Ascẽdentibus ex linea materna per descendentes actio non quæritur. Item quod quis habet ex erronea sententia, in restitutionem non venit. Bartolus.

Ea, quæ dotem dabat, pacta erat cum marito, vt mortua se in matrimonio, dotis pars matri eius redderetur: nec eo nomine ſtipulatio a matre interposita est. moriens deinde matrem & maritum suum hæredes fecerat: & a matre petierat, vt hæreditatem Titio restitueret. iudex aditus de hæreditate diuidẽda, [d] partẽ dotis qua

dex partem dictæ dotis. i. dimidiam prędictam matri adiudicauit, quasi ex vtili pacto prædicto interposito inter vxorẽ & maritũ de restituenda parte dimidia dotis matri vxoris: q̃uis male adiudicauerit: q̃a ex filię pacto nõ debet dari matri vtilis actio vel directa. nunc quærebatur, an dicta portio matri adiudicata sit præstanda per matrem Titio ex causa fideicõmissi? Et dicitur quòd non quia non quasi hæres, sed quasi mater accepit mater a iudice dictã partẽ ex dicto pacto inutili: nec occasione hereditatis eã habuit mater. sed ex pacto prædicto, & per errorem dicti iudicis: credo tũ, quod pars matris dictę dotis q̃ ipsa capit iure hæreditario, sit per eam dicto Titio fideicõmissario restituenda. Sed ludendo extra ea quę hic notaui: quæro quæ fuit pars mariti cohæredis, quæ fuit adiudicata matri ex dicto inutili pacto? Et videtur forte ita faciendũ rõ, dos fuit centum, vt dixi & dimidiam, id est quinquaginta debeat habere mater ex dicto pacto si valuisset. mortua ergo testatrice filia, mater habuit quinquaginta d̃ dote iure hęreditario, & maritus alia quinquaginta iure hiditario, ex pacto autem si valuisset, habuisset mater à se 25. & alia 25. à marito cohærede in iudicio familię ercisc. & ita habuisset mater septuaginta quinque tam ex pacto, quã iure hęreditario si valuisset pactũ, & maritus sola 25. & ita etiam hic habuit per errorẽ iudicis qui credidit valere pactum, illa ergo 25. q̃ habuit mater a marito cohærede per errorem iudicis, nõ restituet Titio fideicõmissario: vt dictũ est: sed illud quod capit iure hæreditario ex dote restituet dicto Titio. vt & ī. dixi. & ita credo, quòd intelligitur hic. §. salua tamẽ semper meliori sententia. Vi.

a Diuidenda. Iudicio famil. erciſcundæ. inter matrẽ & marituꝫ, quod fieri potest antequã mater restituat.

b Pro parte. Cohæredis quæ isti est adiudicata. nã d̃ sua parte constat, quod venit in restitutione fideicõ. quia illam capit iure hęreditario.

si ex vtili pacto q̃ parte matri adiudicauerat. Quærebatur, an & ea portio ex cã fideicommissi præstanda sit? quã non esse restituendam puto quia non quasi hæres, sed quasi mater ex pacto accepit nec occasione hæreditatis, [a] sed errore ex pacto eam habuit.

Facta restitutione fideicommissi inualidi, actiones transeunt ex Trebelliano. Ale. & Bar.

L X.

Atronus ex debita portione hæres institutus, sextam partem restituere rogatus restituit. Non transeunt ex Trebelliano [b] actiones: quoniam non fuit debitum, quod restituit: & ideo si per errorem fecit, etiam repetetur.

a Adiudicauerat. Et mi[illegible]: quia ex pacto filiæ matri actio non datur vtilis, vel directa: vt hic. & ī. de pac. do. l. inter. §. filia. sicut nec cuilibet alij per alterum nisi in casibus: vt Insti. de inuti. stip. §. si quis alij. Sed argu. contra, ſ. fol. matr. l. Caius. in fin. vbi nepotis agit ex pacto aui materni. Sed ibi fauor matrimonij & dotis, q̃ non est hic. Item & sine pacto erat habitura neptis actionẽ, mater non.

Hæreditatis. No. de tãquam, & quasi, vt & ī. de adop. l. si pater. §. qui duos.

Errore. Errauit ergo iudex: cum pactum non valuit, vt dixi: & sic ex sua astutia habet mater. sic ī. de hære. ven. l. venditor ex. & ī. ad leg. Falcid. l. 3. Sed nunquid cohęres vt indebitum à matre repetit? Respo. non, propter authoritatẽ rei iudi. vt ī. man. l. si fideiussor. §. in omnibus. nisi aliquid falso scienter mater allegauit: vt supra. de iudi. lege si prætor. §. Marcellus.

b Atronus. [illegible] Stichus libertus Seij instituit [illegible] sibi hæredem dictum suum patronum ex portione debita ipſi patrono, puta dimidia bonorũ liberti olim, vel tertia hodie: & Caiũ instituit sibi in superfluo, & rogauit eundẽ patronum vt restitueret Titio ponamus sextã partẽ dictę dimidię, vel tertiæ, in qua eũ instituit. & decesſit dict[illegible] libertus: & postea dictus patronus restituit dicto Titio fideicom. dictam sextã partem. certe non transeũt ex Trebelliano actiões in dictum Titium, quoniam nõ fuit debitum Titio qđ restituit patronus dicto Titio, cũ iure deberetur patrono illud, in quo libertus eum instituit, etiã si eum non instituisset. & ideo si per errorem facti facit, siue restituit patronus Titio dictam sextam, etiã repetet per eundem patronum, & hãc credo esse intentionẽ huius legis. Vi.

c Patronus ex debita. olim dimidia. hodie tertia: vt no. ī. e. l. ita tamen. §. si patronus.

d Sextam partem. ſ. suę partis vel institutionis.

e Actiones. Scilicet cũ effectu, vere tamẽ transeũt, sed condicuntur, vt subijcit: & secundum hoc nõ est debitum, ſ. cum effectu. vere tamen est debitũ ex voluntate defuncti. Alij dicunt ipso iure non tranfire, nec vllo modo debitũ, per l. ī. e. l. facta. §. si quis maiorem. Sed ibi non fuit ex voluntate defuncti de maiori parte.

f Per errorẽ. ſ. facti, secus si iuris: vt C. ad leg. Falc. l. error. facit ī. e. l. hæres cum, & ī. de condi. indebi. l. si quis cum effectu.

PAulus respondit. CASVS Titi' instituit sibi hæredes Seium,& Caiũ.& postea dirigẽs sermonẽ ad Sempronium ita fuit locutus:Semproni te nõ scripsi hæredem festinans p infirmitatẽ meã, quæ nimis me opprimebat,tempore quo instituí Seium, & Caium . & respiciens versus dictos institutos ita dixit, ideo ei Sempronio dari volo tantum, quantũ pro uncia hæreditatis meę cõpeteret,& decessit dictus Titius. Certè Paulus respondit, his verbis Titij testatoris videri quidem magis quantitatem relictam, quã portionem hæreditatis, id est,vnciã. sed quamuis ita videatur ex vi dictorum verborum, tamen si accipiendũ est illud, qđ dixit dictus testator vt videatur sensisse idem testator etiam de vncia restituẽda dicto Sempronio,& ita habebit vnciam ex causa fideicommissi, & non illam quantitatem tãtum quantũ valeret vncia: quia ita præsumit testatorem sensisse, licet verba ei' aliud portarent. & hãc credo esse intẽtionem huius legis, salua tamẽ meliori sententia, licet alia super litera not. Vivianus.

Sive quota sit in fideicommisso, sive in solutione, locus est Trebelliano. Bart.

Idem libro viij Responsorum. LXI.

PAulus respondit, his verbis, Semproni, te hæredem non scripsi, festinans per infirmitatem: ideoque ei dari volo tantum, quantũ pro uncia hæreditatis cõperet. videri quidẽ magis quantitatem, quàm portionem hæreditatis relictam: sed sic accipiendum, vt videatur etiam de vncia restituenda sensisse.

Dos data vel promissa filiæ non cadit in fideicommissum vniversale immixtum filiæ. Alex.

Sequola libro iiij Responsorum. LXII.

AFilia petijt, vt si liberis superstitibus moreretur, partem eius, quod ad eam ex bonis patris peruenisset. quod, si sine liberis, vniversũ fratri restitueret. Queritur, defuncta ea in matrimonio superstite filia, an hæres eius, cum parte hæreditatis, eius quoque, quod dotis nomine datũ erat, partẽ restituere debeat? Respondi, id, quod in dotem fuisset, non contineri in partem hæreditatis, quæ restituenda esset: sed & si ex promissione dotis aliquid debitum fuisset, æris alieni loco habendum.

Si dilatio apponitur gratia fideicommissi cessante causa dilationis, cessat dilatio.

Alumno certam pecuniam legauit, & eã recipi à Sempronio mandauit, & certas vsuras alumno præstari, donec ad vicesimum annum peruenisset, deinde alumni fidei cõmissit, vt si sine liberis decederet, partem restitueret Sempronio, partem Septitiæ. Quæsitum est, si dammum & si dammum.§.fi.& facit supra ad leg.Falc.l.pater.in prin.

¶ Alumno certam. CASVS Titius testator legauit centum cuidam filio alumno:& mandauit eam pecuniam recipi a Sempronio,i.quòd Sempronius reciperet eam ab hæredibus,& certas vsuras alumno prætari per dictum Sempronium mãdauit,donec ad vicesimum annũ peruenerit alumnus.postea commisit fideicommissi si sine liberis decederet idem alumnus, partem de dicta pecunia restitueret Sempronio pdicto & partem caudã mutieri nomine Septitiæ: & postea decessit dictus testator, & postea dictus alumnus decessit intra vicesimum annum. Quæsitum est an dicti substituti.i.Sempronius,& Septitia possint stat im petere fideicom.prædictum,an verò debeant sustinere in id tempus,quo alumnus impleret vicesimum annũ si viueret? Et respon.posse statim petere dictos substitutos dictum fideicommissum.Vi.

Si fideicommissum deducatur in stipulationem, & restituatur, transeunt actiones per Trebellianum.secus si litis æstimatio sit soluta. Bar.

Si is,qui hereditatẽ sibi reddi ab hærede stipulatus sit,eique ex stipulatu agenti restituta fuerit hæreditas: constat nihilominus trãsferri actiones. hoc ita est, si is, cũ quo actũ est, restituat hæreditatem. Si verò ob id, qđ non restituerit,hæreditatis æstimatione condemnatus fuerit: remanent actiones hæreditariæ apud eũ,qui condemnatus sit: actor autem quantitatem consequitur.

Sententia, vel renunciato post restitutionem procedens fideicommissario non præiudicat. Bar.

Si hæres scriptus restituerit hæreditatem, & postea de hæreditate controuersiam passus, victus sit, aut litem cesserit: durare actiones constituit in fideicommissarium semel translatas.

Pro eo quod indebitè restituitur, respectu quotæ non transeunt actiones, secus si respectu rei certæ. Bar.

Si quis maiorem partem restituerit,quàm rogatus est:in eam partem, quæ excedit non transfertur.

In P F. partẽ eius ad eam &c. sed hic recti' meo iudicio: vt ex eo appareat, quod statim subiũgitur, quod si sine liberis vniversũ.

a Semproni. Vocatiui casus. Accursius.

b Ei. Scilicet Sempronio.& sic mutat personas,& dic dari volo a meo hærede,puta Titio.Acc.

c De vncia.Id est de quantitate quã vncia cõtinet, vt non cõtradicat sibijpsi, & sic nõ habet locum Trebel.vt ſ.eo.l.cogi.§.& generaliter. secũdũ Azo. Alij dicũt habere locum Treb.& exponũt. magis quantitatem,i.vnciã per fideic.quàm portionẽ hæreditatis, scilicet institutionis.& hoc est quod subijcit. sed sic accipiendum &c.& pro hoc quod per obliquũ fit relictum,facit supra,dari volo &c.Alij dicunt qđ finis. sed sic &c.corrigit quod dixerat.videri magis &c.& sic habeat locum Trebel.Acc.

d Restituenda Scilicet Sempronio.

AFilia petijt. CASVS. Titius habens filiũ, & filiam dedit dotem pro filia marito filię.& postea fecit testamentum,& instituit eam sibi hęredẽ cum fratre pone & petijt ab ea,vt ipsa moreretur superstitibus liberis,restitueret fratri partem eius, quod ad eam ex bonis patris peruenisset,qđ si sine liberis moreret eadem filia,restitueret dicto fratri vniuersum, quod ad eã ex bonis patris peruenit.& decessit dict' Titius:& postea dicta eius filia defuncta est i matrimonio superstitite filia ex viro suo,& ex se:& sic dẽt restitui fratri pars eius, qđ peruenerit ad eã ex bonis patris.nunc quęritur an hæres eius filię Titij testatoris debeat restituere dicto fratri etiam partem eius, quod dotis nomine datum erat per Titiũ patrẽ pro dicta sua filia cum parte hæreditatis eiusdẽ Titij,q̃ debet restituere dicto fratri? Et respon.quòd non. & idem est si dictus Titius pater non soluit adhuc totã dotem marito dictæ filiæ suæ.nam illud, quod restabat soluẽdum, est habendum loco æris alieni a patre debiti. & sic videtur abesse, & sic non venit in dictã restitutionem fratri faciẽdam in totum, vel in partem. & hoc credo quòd velit dicere hæc lex vsq; ad §. alumno. Viu.

e Petijt. Testator. Acc.

f Peruenisset. Subaudi restitueret fratri.

g Datum. A patre. & sic profectitium. Sed quid si ipsamet filia de his bonis se dotauit? Respõ.idẽ: vt ſ.cod.l.mulier.§. cum proponeretur. Sed quid si suam filiam? Respon. non idem: quia non est officium matris dotare filiam: vt C.de iure dotium.l. mulier. sed patris: vt C.de do. promissio. l.finali, & infra de coll.bono. l.filium. Acc.

h Æris alieni. A patre debiti,& sic videatur abesse: vt ſ. de negot. gest. l. si quis man. Arg.contra.supra de pecu. l. si non erat dominus,habet Publicianam:vt ſ.de pu. l.cum sponsus.§. 1.

i Mandauit.ſ.vt Sempronius accipiat ab hęrede, & dẽt vsuras alumno.

Defuncto

a Defuncto.ſ.sine liberis.

b Possint. Scilicet statim.

c Posse.ſ.statim petere substitutos.nã voluit eos testator admitti,qñcũq; decederet alũnus,siue ante 20. ann.siue post,licet alumnũ voluit habere fortẽ ante 20.ann. & addę qđ no.ſ.e.l.Seius Saturninus.

FActa. CASVS. Instituí mihi hęredem Titiũ: & rogaui eum, q̃ restitueret hæreditatem meam Seio & decessi. & Titius restituit hæreditatem meam Seio, ponamus solo verb. nam põt fieri restitutione, vel verbo:vt ſ. e.l. restituta.in prin. certè facta in dictũ Seiũ restitutione, statim omnes res hæreditariæ fiunt in bonis eiusdem Seij,cui restituta est hęreditas: quamuis dictus Seius nondum fuerit nactus possessionẽ earum rerum.Vi.

e Facta. Demum sub.vt j.e. l. si eius. §. si quis.

f Restitutiõe. Etiã verbo. nã fit verbo, vel ẽt re:vt ſ.e.l.restituta.in prin.

g In bonis. Vt actio nẽ,& exceptio. habeat:vt ſ.de acquir.re.do.l.rẽ in bonis. habet ergo post restitutionem fideicommissi pe. hære. fideicommissariam. Item rei vend.si defunctus fuerat dominus.vt ſ.de fideicom. hær.pet.l.2. &

h Possessionẽ. Acquiritur ergo hic dominiũ sine possessione.vt in hęre. vt j.de acq.poſſ.l.cũ hęredes. & aliàs vt no.ſ.de rei ven.l.si ager.Sed vr̃ q̃ hodie ẽt ante restitutionem quæratur dominium:vt C.cõmu. de le.l.fi.§.sin autem.Sed dic vt no.supra e.l.Marcellus.§.res.

i Si is,q hæreditatẽ. CASVS. Instituí mihi hęredẽ Titium,& rogaui eum,q̃ restitueret hęreditatẽ meã Seio, & decessi. Seius aũt fideic. stipulatus est à Titio hæredi sibi hæreditatẽ,quia de stipulatione facienda conuenit inter eos:& egit cõtra eũ ex stipulatione,& ipse restituit ei hęreditatẽ,nũquid in dictũ Seiũ fidei cõ.trãsferuntur hæreditariæ actiones? Et videt q̃ nõ, qa nõ erat facta restitutio officio iudicis, per qđ officiũ consueuerũt fieri restitutiones:vt dixi ſ.e.l. si cui purè.§. 1.sed erat facta vi actionis. Dicit tñ hic, q̃ nihilo minus trãsferũt actiones in dictũ fideic. Sed qđ si dictus hæres non restituat ei hæreditatẽ ex vi dictę actionis,& propter hoc fuerit ei condemnatus hęres in æstimationẽ hęreditatis. Certè remanent actiones hęreditarię apud eũ hęredẽ,q̃ cõdemnatus est fideic.

j Quo,& quando quæratur dominiũ ex traditione sine possessione, vide p B. ibi l.ferunt. C. de rei vend.

autẽ qui est actor, consequitur ab hęrede quantitatẽ defuncto alumno contra annũ vicesimum, an substituti fideicommissũ petere possint: an verò in id tempus sustinere, quo si viueret alumnus,vicesimum annum impleret? Respondi secundum ea,quæ proponerentur, posse.

Per restitutionem verbalẽ transeunt omnia iura in fidei commissarium.

Idem libro iij Fideicommissorum. LXIII.

Acta in fideicommissarium restitutione, statim omnes res in bonis fiunt eius,cui restituta est hæreditas, & si nondũ earum nactus fuerit possessionem.

Si fideicommissum deducatur in stipulationem, & restituatur, transeunt actiones per Trebellianum.secus si litis æstimatio sit soluta. Bar.

Si is,qui hereditatẽ sibi reddi ab hærede stipulatus sit,eique ex stipulatu agenti restituta fuerit hæreditas: constat nihilominus trãsferri actiones. hoc ita est, si is, cũ quo actũ est, restituat hæreditatem. Si verò ob id, qđ non restituerit,hæreditatis æstimatione condemnatus fuerit: remanent actiones hæreditariæ apud eũ,qui condemnatus sit: actor autem quantitatem consequitur.

Sententia, vel renunciato post restitutionem procedens fideicommissario non præiudicat. Bar.

Si hæres scriptus restituerit hæreditatem, & postea de hæreditate controuersiam passus, victus sit, aut litem cesserit: durare actiones constituit in fideicommissarium semel translatas.

Pro eo quod indebitè restituitur, respectu quotæ non transeunt actiones, secus si respectu rei certæ. Bar.

Si quis maiorem partem restituerit,quàm rogatus est:in eam partem, quæ excedit non transfertur.

k Actor. Id est fidei commissarius.

Quantitatẽ. Quæ facit emptionem:vt j.pro emp.l.litis. & ſ. de rei ven. l. eius Accur.

¶ Si hæres scriptus. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Caium: & rogauit eum, quòd restitueret hæreditatem Seio,& decessit dictus Titius testator. & Caius hæres scriptus à Titio restituit hæreditatem dicto Seio fideicommiſſ. postea autem venit Sempronius legitimus ponamus hæres dicti Titij.& mouit controuersiam dictæ hæreditatis dicto hæredi, & vicit eum, aut litem cessit siue refutauit dictus hęres,quod pro eodem pono. certè actiones per restitutionem semel translatæ in fideicomm. prædictum constat apud sapientes durare penes dictum fideicommissarium.Viu.

l Victus sit. Puta à legitimo hærede.Sed cũ hoc, nec dolo,vel culpa possidere desijs,vt ſ.fi.j.l.hęc aũt. §.fi.Resp.nõ oppoſuit.vel si oppoſuit,nõ fuit audit', & sic non nocet fideic.vt supra de euic.l.si per imprudentiã.vel fuit in culpa q̃ restituit res,sciẽs se conuincẽdum:vt supra de rei ven.l.si culpa, vel spõte iudicium suscepit,vel sic fuit de facto.Acc.

m Durare.Hic est cõtra,supra e.l. si patroni. §.fi.sed ibi fuit lis cõtẽ.ante rem.hic post. Alij dicunt q̃ ibi de actione,q̃ datur fideic contra hęredẽ.hic ecõtra d̃ ijs quę contra eum: quod non placet. imò de vtrisq; hic,& ibi dicit.Item sunt ar.contra C.de euict.l.emptori.& supra de hær.vend.l.emptori. Sed ibi ꝓficit emptori ius quæsitum per authorem,hic non nocet, quod amisit.& facit supra de pact.l.si tibi.§.cum possessor.Accursius.

¶ Si quis. CASVS. Instituí mihi hæredem Titiũ, & rogaui eum, quòd restitueret Seio tertiã partẽ pone hæreditatis meę:& decessi.& dictus Titi' instituit Seio dimidiam pone,circa eam partẽ que excedit p̃ce ptũ siue rogamen mei testatoris,nõ trãsferunt actiones in dictũ Seiũ.secus aũt esset,si rogassem Titiũ prę dictũ restituere hæreditatem dicto Seio ꝓcepta re ali

qua

qua, aut summa: quia si omissa retentione dictæ rei, vel summæ totam hereditatem restituerit ei, bene in eum trãsferũtur actiones. nã & si apud se retinuisset hæres illam rem, vel summam, non remanerẽt apud eum hæreditariæ actiones. nã actiones non sequũtur possessiores singularium rerũ: vt ſ. eod. l. 1. §. ſi hæres. Vi.

a Actiones. Ipſo iure, ſicut cum ante diem, & conditionẽ ſit reſtitutio: vt ſ. eo. l. ſed & ſi ante. nec enim adeſt defuncti volũtas. aliàs ſecus, quia tranſeunt, licet ſine effectu: vt ſ. eo. l. patronus.

b Actiones. Quia actiones nõ ſequũntur poſſeſſores ſingularium rerum: vt ſ. eo. l. 1. §. ſi hæres. & quia ſi retinuiſſet illam rem hęres, vel ſumamã idem eſſet. & facit ſ. eod. l. q totam. Sed an quod indebitè. dedit re petit? Reſpõ. ſi erranti in facto, ſic. ſi in iure non: vt ſ. eod. l. hæres cum. & C. ad legem Falc. l. error.

c Si hæres. CASVS. Sẽpronius inſtituit ſibi hæredem Titiũ: & rogauit eum vt reſtitueret hæreditatem ſuam Caio ponamus, & deceſſit dictus Sempronius: ante autem reſtitutam hæreditatẽ ſeruũ hæreditarium hæredẽ inſtituit Seius, & dictus hæres eum ſeruum hæreditarium hæredem à Seio inſtituto iuſſit hæreditatem adire. nunquid hanc hæreditatẽ Seij dẽt Titius hæres reſtituere Caio. Et dicit Iulianus quòd non: quia de ea reſtituenda non fuit rogatus. Sed quid ſi dictus Titius hæres inſtitutus à Sempronio rogatus ſit à dicto Sempronio reſtituere hæreditatem dicto Caio cum incremento? certè cogitur dictus Titius reſtituere dicto Caio etiam eam hæreditatẽ, in qua ſeruus prædictus hæreditarius fuit inſtitutus à Seio. & hoc eſt verũ, niſi euidẽtiſſimis rationib' fuerit approbatũ ab hærede, dictũ ſeruum eſſe inſtitutũ hæredem cõtemplatione ſui hæredis. Viu.

Not. ex iſta gl. hic indebitũ p errorẽ ſolutũ repe. fallit ĩ ſoluto, vel legato ex cã, nam tunc non repetitur: vide per glo. & Bart. in l. cũ his. §. ſi mulier, ſ. de condi. indeb.

In P.F. num cum incremento hæres reſtituere rog. ſit hęredi. Si. n. hoc fuer. ſubſt. etiã eã hęre. reſtitu. cogitur, niſi cui, &c.

c Reſtitui. Quod verum eſt. Acc.

d Fatendum. Niſi hæres fuerit in mora: vt ſ. eo. l. ita tamen. §. 1.

e Sui. hæredis.

f Inſtitutum. Quod præſumo. ſi dixit ſeruũ Titij qui eſt hęres: vt C. de iure deli. l. cũ aliquis. & de cõtrahẽ. ſtipul. l. optimam, & facit ſ. de vulg. ſ. buit. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & ſup. de vſuf. leg. ſed & ſi qd ſonetur. & quod ibi no.

¶ Reſcripto diui. CASVS. Caius inſtituit ſibi hęredem Seium, cum haberet in bonis 400. pone: & rogauit eũ vt reſtitueret hæreditatẽ ſuam Titio, acceptis ab eodẽ Titio 100. & deceſſit d. Caiꝰ teſtator. poſtea Titius fideic. fleturꝑ magnum tempus, quod nõ ſoluit dicto Seio hæredi dicta 100. nũ quid cũ poſtea ei ea ſoluit, tenetur ei dare vſuras medij temporis? Et dſ q non: quia quãto tradius dictus fideicõ. pecuniã dat hæredi, tanto tardius ad fideic. peruenit, & medij tps fructꝰ perdit: & hæres eos lucratur. vnde ſi ante datã dictã pecuniã tenuerit aliquo caſu hæreditatẽ dictus fideic. oportet eũ hęredi reſtituere fructus, quos percepit, & idẽ eſſet per omnia, ſi ita diuiſiſſet dictus teſtator hæredi ſuo: Rogo te hæredem, quod ſi Titius tibi 100. dederit, reſtituas ei hæreditatẽ meam. nã licet tardius & hic detur pecunia per Titium hæredi, ſine vſuris tamen eã ei dare debet. & ſi ante datam pecuniam tenuerit hæreditatem idẽ Titius, fructus, quos perceperit reſtituere eũ hæredi oportet. & hoc credo, q̃ intendat hic. §. Viu.

g Perdit. Nam hæres lucratur, cũ negligentia petentis p̃cipiatur, vt ſ. eod. l. mulier. §. ſi hæres. & ad hoc C. de acti. empt. l. curabit. Eſt & alia ratio, quare non dat vſuras, quia non eſt fideicommiſſarius in mora dandi pecuniam. cum non ſit obligatus: vt ſup. ſi qs omi. cautela. l. cũ quis ſub conditione. & j. de reg. iu. l. nulla mora. Acc.

h Tenuerit. Fideicõmiſſarius aliquo caſu, vel hęres reſtituit ante datam pecuniam ignorãs debere dari. & ita videtur plus debito reſtituiſſe. & ſic indebitos fructus repetit: vt ſup. e. l. hæres cum. H.

scilicet tempore adi tæ hæreditatis: vt ff. eo. l. 2. & 3.

QVod purè. CASVS Titius legauit Seio centum purè, & postea ademit ei dictum legatum sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum nouamus: & decessit dictus Titi' certè quasi sub contraria conditione p dictum legatum habetur, i. quasi esset relictum sub conditione, si nauis ex Asia non venerit: vsq; ad annum. vnde si interim decedat legatarius prædictus Seius, non transmittit legatum ad hæredē suum, si autem extrinsecus suspendatur legatum, & non ex ipso testamento: licet ante legatarius decedat: dicimus trā smississe cum legatū ad hæredem suum: veluti si rem dotalē maritus legauerit extero, & dominum legatum relinquet. Sed si vsusfructus fuerit legatus, licet post mortem testatoris, ante aditam tamen hæreditatem sui iuris efficiatur: sibi legatum acquirit. b

Conditio tacita ex testamento procedens, impedit diē legatorum cedere: secus si extrinsecus veniat. Bart.

Paulus libro ij. ad Sabinum. VI.

QVod purè datum est, si sub conditione adimatur: quasi sub conditione legatum habetur. At si extrinsecus suspendatur legatum, nō ex ipso testamento, licet antè decedat legatarius, ad hęredem transmisisse legatum dicimus: Veluti si rem dotalem maritus legauerit extraneo, & legauit vxori suæ aliquam pecuniam pro dicta re dotali legata extan. eo: deinde deliberante vxore vtrum vellet dictam rem dotalem, aut dictam pecuniam sibi legatam a marito, decessit dictus legatarius extraneus antequam mulier eligeret legatum siue pecuniam sibi legatam a viro: certè ad hæredem dicti legatarij dictum est per sapientes transire dictum legatum rei dotalis, scilicet vt si postea mulier potius velit pecuniam, quam rem dotalem legatam extraneo, possit hęres dicti legatarij extranei petere ex legato dictam rem dotalem. & est ratio, quia in hoc casu magis mora videtur iniecta legato rei dotalis prædictæ, quā conditio.

¶ Eorum legatorum. Dies legatorum, quæ sunt relicta in condit. perinde cedit atque, i. sicut cedit dies legatorum relictorum testamento quando autem cedit dies legatorum testamento relictorum, dictum est in pra proxi. leg. Vin.

b Quasi sub conditione. Scilicet contraria: & ideo ea pendente legatarius decedens non transmittit ad hæredem, vt hic, & ff. de adi. leg. l. si legatum pure. & l. legara inutiliter, & ff. si cert. pet. l. pecuniam.

c Dicimus. Vt supra de condit. & demon. l. conditiones. & l. 1. §. 1. & l. aliquando & ff. eod. l. hæredis. & l. si dies. §. fin.

d De electione. Vtrum legatum petere, vel dotem velis. Hug. Acc.

e Ad hæredem. Scilicet legatarij cui dotem legauit maritus.

f Legatum. Dotis sub. & facit ff. eo. l. proxi. & ff. de verbo. oblig. leg. fi decem cum.

g In testamento. Nam vim testamenti obtinet, vt ff. de codic. leg 2. §. 1. & l. ab intestato in fi. & C. e. l. fi.

HÆredis. Titius instituit sibi hæredem Petrum purè: & legauit Seio centum, pone. & decessit d. Titius. Petrus cum posset adire hæreditatem, distulit adire & interim Seius legatarius decessit (ponamus) nunquid transmittit ad hæredem suum legati petitionem. s. vt hæres eius possit petere legatum ab hærede testatoris, postea hēreditatem adeūte? Et certè sic, nam hæredis aditio, i. dilata vel tradita, facit moram petitioni legati, non autem facit morā cessioni diei. & idem esset, si Titius instituisset dictum Petrū sub conditione. & impleta conditione, ipse petrus tardius adeat hæreditatem: quia semper legatarius est securus. f. vt si interim moriatur, trāsmittat ad hæredem suum legati petitionem & idem est, si posthum' hēs sit institutus a d. Titio nā & hæc mora legatario non nocebit. quantum ad hoc, vt transmittat ad hæredem suum legatū, & idē est similiter, si hæres institutus à Titio sit apud hostes: qa nec hæc mora nocebit. & idē est in hoc alio casu. Titius instituit sibi hæredem Petrum & petro substituit Sempronium: & a dicto substituto reliquit centum Seio. nam vt deliberante Petro instituto decedat legatarius: non nocebit legatario, quo ad transmissionem ad hæredem suum, si postea hæres institutus Petrus repudiauit hæreditatem, & sic peruenit hēditas ad substitutum, à quo fuit legatum relictū: nō transmisit prædictus legatarius petitionem legati ad hæredem suum & idem est in si Titius instituit sibi hęredem filium suum impuberem, & ei pupillariter Sempronium substituit, i. si impubes decederet in pupillari ætate: & a dicto substituto reliquit ei. Seio. nam si legatarius decedat antequam vēdicet sibi locum substitutio pupillaris id est, ante quam impubes in pupillari ætate decedat: transfert idem legatarius legitimam ad hæredem suum, f. vt legatarij hæres consequatur legatum vendicante postea sibi locum substitutionis prædicta. sed quid si dictus Sempronius impuberi substitutus, fit damnatus a Titio patre impuberis dare cētum Seio, si intra pubertatem filius impubes decesserit, & postea dictus Seius legatarius decedat viuo pupillo. siue impubere prædicto, & ita non habente adhuc locum pupillari substōne: nunquid transfert dictus legatarius petitionem legati ad hæredem suum? Et dicitur q sic, non obstante q fuit ei relictum dictū legatum sub condi. & ipse legatarius decessit ante cā impletam: quia dicta condi per testatorem expressa in erat, ēt si non esset expressa: condōnes aūt quæ tacitè sunt, non faciunt legatum conditionale, etiam si sint expressæ, vt transmissionē impediant. Quamuis aūt diximus hæredis aditionē dilatā, siue tardatam non facere moram cessioni diei, tamen quandoque euenit contrarium: pone enim quod d. Titius instituit sibi hæredem dictum Petrum: & Sticho seruo suo testatoris dedit libertatem in testamento, & ei seruo legauit aliquid, puta centum. certè si dictus Petrus differat hæreditatem adire: hęc dilatio aditionis faciet moram cessione diei dicti legati relicti dicto Sticho: vt scilicet si ante aditā hęreditatem decedat dictus Stichus, non transmittat ad aliquem petitionē legati. nā dies legati relicti ēuo in testamēto manumisso, non cedit ante aditam hæreditatem, & est ratio: quia cum libertas dicto seruo relicta nō prius cōpetat, q adita hæreditate, æquissimū visum est sapiētibus, nec diē legati eidem seruo relicti cedere ante eā aditam: alioqui inutile fieret legatū, si dies eius legati cessisset antequā libertas cōpeteret eidē seruo, & sed & post aditā hēreditatē quandoque euenit hoc quod nō cedit dies legati relicti seruo in testamēto manumisso, puta si seruo purè leget aliquid, & iubeatur esse liber sub cōditio. si nauis ex Asia venerit pone, & cōditio p dicta inueniatur pendēs, siue pē dere etiam post aditam hæreditatē. Itē & in alio casu fecit morā cessioni diei legati aditio hēdis dilata, siue tardata p hērdem, puta, si aliquid legatum si ei, cui seru' legatus ē, & ipsi seruo: puta quia dictus Titi' testōr legauit Stichū seruum suū Seio: & eidem Sticho, & Seium legauit 100 nam pro parte Stichi cedit ab adita hæreditate legatum, licet pro parte Seij cedat dies legati à morte testatoris: hoc dicit cū l. seq. Vi.

Dic de iure canonico emendari vt bis finis solemnitate possit legari ei, cui iudicāte, & ibi gl. de testa.

P. Flo. & fi.

* In P. F. siue sub conditione, p conditionē impediatur.

h Nec per conditionem impediatur. Aliàs est, nec p conditionē: sed alia cā impediatur adire: aliàs est & p conditionem impe & deest nec, & tunc bona est litera, si mō postea existēte cōditione adeat: aliàs nec testm valet, nec legata: vt ff. de ijs, q in testa. del. l. prox.

b Natus. Quia posthumus sit institutus, qđ fieri potest. vt ff. de sta. homi. l. penul.

c Apud hostes. Et hic potest institui: vt ff. de hæred. insti. l. illa. §. 1.

d Non nocebit. Quo minus ipse habeat, vel ad hęredem transmittat.

e Repudiauit. Et sic hęreditas perueniat ad substitutum, à quo legatum fuit relictum.

f Substituto. Vt ff. eo. l. 1. Acc.

g Intra pubertatem. Id est, impubes sit. Acc.

h Quæ inerat. Et verè expressa est. sed tamen non facit legatum cōditionale, & pro non scripta habetur: ut ff. e. l. fi dies. §. fi. & l. fi Titio. §. fi. & ff. de cond. & demon. l aliquando. H. tantum ergo hic valet tacita, quātum & expressa conditio. ar. contra ff. de proc. l. filiusfamiliās. §. milites.

i Interdum aditio. Retardata.

k Facit. Vt dies eorum nō cedat, quò ad trāsmissionē ante aditā hæreditatē: quod est speciale in his casibus: vt sup. eodem l. 2. sed regulariter à morte testatoris: vt C. de cad. tollen. §. in nouissimo. sed quo ad petitionē semper facit morā aditio hæreditatis: vt ff. hac l. in prin.

l Manumisso. In testamento, & accipe aliquid legatum fit. quo est ff. vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. aliud est quādo seruus legat Titio & eidē Titio & seruo fundus. nā pro parte serui cedit ab adita hæreditate. p pte Titij à die mortis. Et qđ subijcit dic, nam dies legati relicti seruo, f. manumisso &c. & sic redit ad primum: vt ff. l. proxi. colligitur. & facit ff. e. l. cū legato. & d. §. in nouissimo. & est ratio quare nō antecedat, qa si diceretur hæreditati acquiri, cuius interim est seruus: vt ff. de leg. 1. l. fi tibi. homo. §. cum seruus. licet sit argum. contra ff. de furt l. à Titio, vel etiā nulli: quia sibi deberi nō posset hæreditas.

VIII.

NAm cum libertas non prius competat, quàm adita hæreditate: æquissimū visū est, nec legati diem ante cedere: alioquin inutile fieret legatum, si dies eius cessisset ante quam libertas cōpeteret: qđ euenit, si seruo purè legetur, & liber esse sub conditione iubeatur, & pendens conditio inueniatur ēt post aditam hæreditatem. q

Legatum quod persona cohæret, extinguitur mortuo legatario ante aditā hęreditatē. Idem libro xxj. ad Sabinum. IX.

SI habitatio filiofamiliās, vel seruo legata sit: puto, non acquiri domino, vel patri legatum, si ante aditam hæreditatem filius vel seruus de-

m NAm cū. Hæreditate. Vt C. de cad. tollen. §. in nouissimo. & est ratio, quia si diceret cedere quantum ad transmissionem, legatum libertatis hic nihil esset: quia mortuus amodo non posset manumitti. & sic cum nullum commodum sit transmissionis, non cedit ante: sed post peti potest, & sic cedit dies.

n Legati. Relicti seruo manumisso.

o Competeret. Et est ratio, vt no. ff. l. proxi. in fi.

p Quod euenit. Vt sit inutile.

q Hæreditatem. Refert tamen qualis sit conditio, quæ potuit adimpleri ante aditam hæreditatem, vel quæ non: vt ff. de leg. 1. l. quæsitum. §. 1.

SI habitatio. CASVS. Titius instituit sibi hæredē Seium, & filio Caij vel seruo legauit habitationē domus suæ: & decessit dictus Titius. & postea ante quam Seius hęreditatem adiret, decessit dictus filius vel seruus Caij. nunquid acquiritur dictum legatum habitationis dicto Caio, qui est pater vel dominus?

Et dicitur quòd non, & est ratio: quia cum dictum legatū habitationis cohæreat personæ illius, cui legata est, & ei⁹ morte finiatur: recte dicitur, nō cedere diē eius legati ante aditam hæreditatem. si nō cedit ante aditā hæreditatē, ergo nō posset tranimitti ab hērede

ētā si dictus filius, vel seruus esset tui iuris, & ante aditam hæreditatem decederent: vt ſ. e. l. 2. & ſ. illa autem legata, quæ mortuis nobis ad hęredem nostrū trāferuntur, eorū commodū per nos iis, quorum in potestate fuimus, eodem casu acquirimus: vt ſ. e. l. ſi post diem, ſ. fi. & ſ. de regu. iu. l. quæ legata. Vt.

[a] Cohæreat. Quia morte personæ hūiusmodi fiunt: vt ſ. de vlu, & habita. l. ſi habitatio. Est & alia ratio, quia non est persona, a qua constituatur: sic econtra si legaret vsusfructus seruo hæreditario, non cedit ante aditā hæreditatem. quia non est persona, q̄ vtatur: vt infra de stipula. ser. l. vsusfructus & ſ. de acquirer. dom. l. hæreditas.

CVm in annos. CASVS. Titius instituit sibi hērēdem Seium: & legauit Caio in singulos an mille aureos: & decessit d. Titius. certe cōstat pura esse legata, & non esse vnū tantum: & primi anni est purū legatum, sequentiū annorū est conditionale: si viuat scilicet Seius legatarius: vt ſ. de annu. leg. l. ſi in singulos. & l. cum in annos. Et licē ent. l. quod sint plura legata, si legauit dictus Titius in die aureos in primum annum, & in secundum legauit ei hordeum. & in tertium frumentum. Sed nunquid dies dicti annui legati cedit semel tan per singulos ann. quibus viuit legatarius? Et dicit quod per singulos annos, & in initio cuiusq; anni. & non in fine. non solum quo ad transmissionem ad hæredē legatarij. sed etiam quo ad petitionē. & qui accedit in initio cuiusq; anni, quo viuit legatarius, vt dictum est, si dictum legatū annuū relinquatur per Titium seruo Seij: deinde dictus seruus sit liber post primum. vel alterū annum Iulianus ait cū seruum nūc liberū sibi acquirere legata eorum annorum, qui venerunt, ex quo fuit liber, l. & no cedit dies legati, ab aditā hæreditate, sed ex die mortis testatoris. ſ. vt legatarius transmittat ad nēdem suum legata aliorū annorū quibus inueniatur vixisse post mortē testatoris etiam ante aditā hæreditatē. & si forte post multos annos a morte testatoris adeatur hęreditas. debetur legatario legatum omnium prædictorū annorum, & hæredi eius, si ipse sit mortuus, post aditā hæreditatem. subaudis & idem est si quotannis, s. singulis annis sit legatum. nam & hic spectabimus initiū cuiusque anni, sicut & ſ. Quādoque tamē nūl est legatū. & semel cedit. siue sit relictū in singulos annos, siue quotannis puta, quando euidens est voluntas testatoris, nō diu dentis legatum in annuas pēsiones, quoniā voluit prospicere hęredi suo, ne vrgeretur statim ad solutionem legati. nō aūt voluit conferre legatario. Sed quia si Titius legauit Seio 10. annua,

vel quotannis, vt Seius conduceret sibi habitationē domus: in qua moretur, vel cōduce et vnū magistrū, qui eum doceret in aliqua arte: sēē certe diebus intelligitur legatum esse relictū, quibus pensio habitationis debetur a legatario, qui conducit: vel quibus

d. bet a legatario pēsio mercedis disciplinarum. & hoc facta cōiectura voluntatis testatoris credit enim testatrē voluisse legatarium tunc demū habere dicta 10 cū inciperet egere eis: sicut & i principio anni est soluendum legatum annuum ad alimenta relictum, cū tunc incipiat egere legatarius: vt in hac l. in princ. Scire etiā debemus, q̄ quantū ad ea, quæ dicta sunt, nō est vsus vtilis legēdi in annos singulos. vel quotannis, s. singulis ann. vel legetur in singulos menses: vel quotmēsibus, i singulis mēsibus, vel leget in singulos dies: vel quotdiebus, id est singulis diebus. & idem erit dicendū si mille. ponе, aut ei annui legentur. nam semper habebunt locum ea, q̄ supra dicta sunt, si cui homo. Titius legauit. Seio 10 mīnenti in genere, & sic habet idem Seius electionē, quē velit de seruis testatoris. & decessit dictus Titius, certe si legatarius decedat ante quam vendicet seruū, transfert ad hæredem suum legatum.

¶ Si Titio. Caius fecit testamentū, & instituit sibi hērēdem Sempronium: & Titio legauit hoc modo, Lego Titio vnū de seruis meis quē Seius elegerit: & decessit Caius, & postea decessit Seius post electionē seruī a se factam: certe locus erit vendicationi seruī semel dicto Titio legatario acquisitæ. h. d. vt q̄ ad huiusmodi. Vui

sed plura. Et primi anni purum, sequentiū conditionale legatum est. si viuat. vt ſ. de ann. leg. l. 4. & l. cum in annos, secus in stipulatione etiam causa mortis facta. quia vna est, vt ſ. de don. causa mor. l. senatus. ſ. si item est simile hoc legatum legato vsusfructus. qa finitur morte, nisi relinquatur Titio, & hęredibus eius: vt ſ. de ann. leg. l. in singulos. & C. de lega. l. in annali. & C. de vsufruct. antiquitas, secus in stipulatiōe similis: quę morte non extinguitur. vt ſ. de verborū oblig. l. si Stichum. alias est leg. & ideo. ſ. stipulatio. Accurſius.

[b] Ne referret. Plana est. Acc.

[c] Nē semel. Per singulos ann. secus in simili stipulatione. vt ſ. de eo cau. mor. l. senatus. ſ. si.

[d] Dies cederet. Etiam quo ad transmissionē. vt ſ. de ann. leg. l. in singulos. non solum quo ad petitionē. vt C. e. l. 1. sed aliud in stipula. similibus. vt in fine anni cediti. vt ſ. de ver. obli. l. qui hoc anno, quę est contra. Sed contra hanc distinctiōnē est ſ. de cond. & demō. l. si in annos. Alij distinguūt an annuū, aut singulis annis legetur, vel promittatur: ut primo casu caput anſecundo finē inſpicias. Sed nunc est ar. contra ſ. fi. per l. secta. & ſ. e. l. nouissime. Acc.

[e] Acquirere. ſ. legata annorum ex quo fuit liber.

Omnium

[a] Omnium annorum. Præteritorum ex die mortis.

[b] Quotannis. Id est singulis annis.

[c] Nisi forte. Nam hoc sequenti casu vnū est legatū, & semel cedit: vt ſ. eo l. si cū. quasi purè sit relictū, in tēpus dilata petitione: vt C. e. l. ex his. & ſ. e. l. Firmio. ſ. si H.

[d] Quotannis. Id ē singulis annis, puta si x ad domū cōducendā, vel ꝑ magistro Acc.

[e] Debetur. A legatario.

[f] Voluntatis. Quia tunc egere incipit. ergo si ad alimenta x singulis annis legētur, in principio anni est soluendū: quia tūc incipit egere: vt ſ. hac l. 2. resp. sic de cōiectura ſ. de le. 1. l. si seruus plurium ſ. fi. & ſ. de iudi. l. sed & si proponas & inf. eo dem leg. Firmio. ſ. fin.

[g] Ipse ego. Subaud. Acc.

[h] Tot. Puta, 10 & est hoc contra solquam no. 2. respon. huius l.

[i] Vendicet. Legatarius.

[k] Decesserit. Legatarius, quo casu dubitatur, ideo quia cū sit electio legatarij, videbatur extingui eius mora. arg. j. de ve. b. obli. l. centesimis ſ. fin. Sed contra est, qa transmittitur ad hęredem vt & C. communem. de leg. l. fin. in prin. Alij dicūt decesserit. scilicet, seruus legatus. & dic post moſā hæredis non ante: vt infra de verb. obl. l. inter stipulantem. ſ. pen. de hac aūt electione hominis in genere legati, dic vt no. ſ. fa. ercisc. l. hæredes. ſ. si incerto.

[l] Limitadis hūc tex. l. quibus debetur. ſ. de leg. j. dum dicit legatū annuū deberi de quo in l. legatari⁹. ſ. si ita. ſ. de leg. 3.

HIusmodi. CASVS. Titius instituit sibi hæredē Seium pone, & Lucio ita legauit fundū Sempronianū do, lego Lucio, siue ipse Lucius cōtraxerit cum Berta intra annum, siue non contraxerit intra annū, vt lens dictus testator Lucium cōtrahere matrimoniū cū dicta Berta intra annum. & sic voluit testator: vt Lucius festinaret ad matrimoniū gratia lucri medij rēportis, & nō habetet fundum nisi post annū, si intra annū non contraheret cū Berta matrimonium, & decessit dictus Titius. postea decessit dictus Lucius antequam alteruter istorum casuum extiteret. nunquid transmittit ad hæredem suum legatū? Et dicitur quod non: quoniam causa ex qua debeatur legatario legatum, id est, existentia vnius de dictis casibus, semper debet precedere mortē legatarij, ad hoc vt ipse transmittat ad hęredē suum: nec debebit dictum legatum hæredi legatarij ea ratione, qa certum est alterutrum futurum omnino, i. alterum eorū, quæ posita sunt in cōditione, & hoc probat a simili. Pone enim qd dictus Titius legauit fundū Sēpronianū Lucio cum moreretur dictus Seius hīs: certe illud legatū certum est debitū iri. ex eo, quod certum est hæredem morituum: vnde si tempore mortis hæredis viuet legatarius, debebitur ei legatū & tamen si viuo hęrede decedat legatarius non transit dictū legatū ad hæredē ipsius legatarij. Viu.

[m] Siue non. Si certum erit, illud non faciendum.

[n] Existent. Est ergo conditionale, Et sic contra ſ. de cond. indeb. l. Iulianus. Solu. legatū, & stipulatio talis est cōditionalis: et hic, sed tum ex stipulatione solutum non repetitur, quia certum est aliquam ea rum causatum existere. arg. x. de cōdit. in deb. l. quod sub ea. & idem dici pōt in omnib. casibus illius l. Iulianus. in quibus eum deb turum certum est: licet videatur ibi velle notare differentia. Nec obſt. j. de per. & com. rei ven. l. qd si pēdēte. ſ. si i. a quia ibi nō dicitur pura empt. sed pfecta est quantū ad obligationē, a qua nemo discedere potest. alterutro inuito, quantū ad prohibendā repetitionē. Azo. Hē

non obſt. j. de noua. l. si pupillus. ſ. sed sub cōditione: quia ibi est pura quo ad obligationē. vt interim soluta non possit repetiri: vt d. l. quod si sub ea. Sed loā. dixit, aut voluit facere duas conditiones, & tūc alteram impleri oportet, aut vnam habentem duo membra. & tunc habetur pro pura: vt hic, & dictis ll. alij dicunt aliter: vt no. d. l. Iulianus.

[o] Decedat. Quia conditionale legatum vt ſ. eod. l. 2. dies enim incerta facit conditionem. vt ſ. de condit. & demon.

† Per istā legem & similes, dicit gl. 2. ante med. in c. diles. filij, ex. de iudi. q̄ ā temp. est exprimēda. aliās a gēs nō audit: & est expōsum in c. fi. de lib. obla.

† Per hęc text. gl. ic. put. et ū. sup. vers. oñēderit. de off. dele. dicit q̄ si duo legatarij iciunt ter tiū iterestse nō possē, vel nolit, nihilominus de bēt expectare, q̄ il le tertius se interariē excusset.

* In P. F. debituri.

multos annos adeat hæreditas: omniū annorum [a] legatario dēberi. Sed & si quotānis [b] sit legatū: mihi vī, ēt in hoc initium cuiusq; anni spectandum nisi for è [c] euidens sit voluntas testatoris, in annuas pensiones: ideo diuidētis, quoniā nō legatario cōsultum, sed hæredi ꝑspectū voluit, ne vrgeretur ad solutionem.

Relictum annuum respectu certæ necessitatis, debetur tempore necessitatis. Bar.

Si in habitationem aliquid, vel in disciplinam legetur sic. Annua: vel, Quotannis: [d] quib. diebus pēsio debetur [e] habitationis, vel mercedis disciplinarū, eisdē intelligit legatū relictū, cōiectura [f] voluntatis [g] facta. Nouissimè Pomponius scribit: nihil interesse, vtrū in annos singulos, vel quotannis: an in singulos menses, vel quotmensibus, an in singulos dies, vel quot diebus legetur. ipse [h] quoq; huic iniæ accedo. Proinde & si annui legentur tot aut eidem erit dicendū. Si cui homo generaliter legatus sit, & antequam vendicet, [i] decesserit, [k]

ad hæredem suū trāsfert legatum. Si Titio sit legatus, quē Seius elegerit, & Seius post electionem decesserit: locus est vindicationi semel acqſitæ.

Conditio omnino exitura si dubitatur, an vivo, vel mortuo legatario existat: impedit diem legati cedere. Bar.

Pomponius li. vj. ad Sabinum. XIIII.

HIusmodi legatum, siue illud factum fuerit, siue ō, [l] illi do, lego, ad hęredem nō transit, nisi alteruter casus vivo legatario extiterit: [m] quoniā causa, † ex qua debeatur, præcedere sēper debet: nec quia † certum est, alterutrū futurū, omnimodò debebitur. nam tale legatum, cū morietur, hæres dato. certum est * debitū iri, [n] & tamē ad hæredē legatarij non transit, si vivo hærede decedat. [o]

Si legatum, cuius dies cedit ab adita hæreditate, & aliud legatum cuius dies cedit à tempore mortis, alternata inè relinquitur, quantum ad electionem utrumque tempus inspicitur quantum ad transmissionem quodlibet per se naturam suam retinet. Bartolus.

& demon. l. dies incertus. 2. responso.

SI vsusfructus. CASVS Titius instituit sibi heredem Seium: & legauit Caio vsumfru fundi Titiani, aut 10. sub alternatione vtrum eorum duorū voluerit legatarius: & decessit dictus Titius certè vtrumque speciandū esse placuit iapietibus, i. & morte testatoris, & additione hæreditatis eius: mortem scilicet testatoris esse spectādam propter pōicta 10. q̄ 10. si sola essent legata, cederet dies eius legati a morte testatoris: vt ſ eo. l. si post diē, in princ. vt sic ii meriatur legatari' post mortē testatoris, & ante aditam hæredi. nā mittat au hęredem suum legatū 10 vt infra dicet. Aditionem, scilicet hæreditatis esse spectandam placuit propter vsumfr. nam dies legati vsusfructus cedit ab adita hæreditate, tātum, scilicet vt possit petiri ſ eo. l. vt si adita hīditate, possit legatarius eligere & petere quodcū que voluerit, vel vsumfructum fundi, vel decē. nam quāuis sit electio dicti Caij legatarij sicut eā ei dedit testator, non tamen potest esse locus electioni: cum proponatur, aut nondum testatori decessisse. & ita non habere adhuc locū ea, quæ sunt per eundem testatorem relicta: aut mortuo scilicet dicto testatore hæreditas eius nondū adita proponatur: & ita nō possit e'igi, vel peti. vsusfr. prædictus. quid ergo si post mortem testatoris, & ante aditam hæt. decedat dictus legatarius: nunquid transferatur ad hæredem eius legatarij legatū de decem? Et respon. quod sic: qui mortuo legatario dies legati prædicti de 10. cedit l. mortuo legatario apparet, quod cessit dies legati quo ad 10. præcise: quia iam vsusf. amplius eligi nō pōt, nec peti. nam & si ita dicat testator. Seię do 10. aut si ppetit, fundū hęres meus dato. & antequā pariat, decesserit Scia, trāsmittit ad hæredem suum dicta 10 siue eorum petitio nē. ¶ Si ita qs. Titius ponamus, instituit sibi hīdem Seiū & legauit Cricilio Sempronij 100. vt ipsi Caio filiofam. solueretur: & decessit dictus Titius. nūqd valet dictū legatum? & certè sic, & nō pōt imputari hęredi si soluat filio, & non patri Sempronio & si petat dictum legatum pater, exceptione erit repellendus.

¶ Si dies legati. Ponamus quod Titius instituit sibi hīdem Seium: & legauit Caio sui iuris existenti 100. pure, & decessit idē Titius, & ita cessit dies legati. postea dictus Caius legatarius dedit se in arrogationem pone Sēpronio. & ita peruenit in Sempronii ius, siue potestatem. certè ipsi Sempronio potius debetur legatū quā ipsi arrogato, transeunt enim cū eo arrogato in arrogantē ea, quæ ei arrogato debebantur. si autē dictum legatū fuisset d. cto Caio sub condit. relictū, non transit statim in arrogatorem Sempronium, sed expectabitur conditio: & ei acquiretur ipsum legatum, cuius iuris erit legatarius tempore existentis dictæ conditionis. Potest enim esse, quod tempore existentis conditionis erit legatarius in alterius potestate, quam in illius, qui eum arrogauit, quod si sui iuris fuerit legatarius eo tempore, quo exiſtet conditio legati, sibi potius acquiret. Viu.

¶ Si vsusfructus, aut decem Sub alternatione.

a Legatarij. Et si quidem semel publice eligat mutare non potest. arg. ſ. de leg. 2. l. statu liberū. §. nam lecus in contrarijs inter viuos, vbi distinguitur: vt j. de verb. oblig. l. si quis stipulatus.

b Mortuo. Testatore.

c Trāsiuliſſe. Quia vnum etiam purum fuit legatum.

d Legati cedit. Imō cedit à morte testatoris. sed nunc mortuo legatario apparet quod cessit quia iam amplius vsusfructus eligi nō potest nec peti.

e Transmittet. Et hoc ideo, quia legatum de x. purū esse cœpit viua Seia: cū iam certum esse cœperit eam patere non posse vt ſ. de cond. instit. l. fi. & j. e. l. cū ita, in prin. Azo. Sed arg contra, j. e. l. cum iliad. Acc.

f Repellendus. Filius ergo aget: vt j. de act. & ob. l. filius fam. & l. in factum. nec patri videtur acquiri vsusfructus, vt in aut. vt li ma. & auiæ. in prin. col. 8. & facit ſ. de cōd. & demō. l. qui hæredi. & j. de verb. oblig. l. eum qui. §. qui sibi. & j. de solutio. l. Stichum. §. quæsitum. & §. fi q. Acc.

g Cesserit. Legatario existente sui iuris.

h Tranſeunt. Vt ſ. de adop. l. si pater. in prin.

i Eo tempore. Ex quo extitit conditio: & sic cessit dies legati: vt ſ. e. l. ii. post. § pe. & §. si & j. de coll. bo. l. 2. §. id quoque. & ar. j. de iniur. l. seruo autē, & C. de iure delib. l. non est.

SI ita esset, CASVS. pone qđ Titius instituit sibi hærede Seiū & legauit Caio, & Sempronio filio Petri centū sub cond. si effecti essent sui iuris morte Petri eorum patris: & decessit d. Titius. postea nō mortalitate patris, sed emancipatione facti sunt eorum iuris. nunquid debetur eis dictum legatum, siue singulare fideicommissum? Et dicitur q̄ sic, & dies eius fideicommissi cedit ita bene per dictam emancipationem, sicut cederet si per mortem patris effecti fuissent eorū iuris: propter quam vltimam decessionem credo, q̄ posita sit hæc lex in hoc tit. Viu.

a Cessisse. No. non refert quid ex aequipollentibus fiat. sic C. de inst. & substit. l. 3. & ſ. mand. l. fina. arg. contra. C. de iis qui ve. æta. impetr. l. fi & supra. de lega. secundo, l. si ita §. is cui.

CVm ita. CASVS Pone, q̄ Titius instituit sibi hæredem Seium: & ita legauit Caio sub alternatione: Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, hæres meus dato ſ Caio & decessit Titius. certè non antecedet dies legati alternatiuè relicti q̄uis ad hoc, vt transferatur ad hæredem legatarij alterutrius vel alicuius eorum petitio, quā aliquid ex Pamphila natum fuerit, quasi dicat, si ante mortem legatarii aliquid natum fuerit ex Pamphila bene transfertur ad hæredem legatarii postea mortui alterutrius petitio, i. petat vnum quod velit, sicut posset petere legatarius si viueret. si autem ante mortem legatarij non fuerit natum aliquid ex Pamphila, non potest aliquod eorum petere hæres legatarii. si autem ante mortem legatarij certum fuerit nasci non posse aliquid ex Pamphila, puta Pamphila mortua antequā pariat, & ante mortem legatarii, bene cedit dies legati de dicto Sticho, vt tranimittatur ad hæredem legatarii postea mortui. ¶ Cū seruo legato. Pone q̄ Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Petrum, & legauit Seio Stichum seruum suum. & decessit d. Titius. anteq̄ aūt Petrus aditet hīditatem Titii, Caius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Martianū (pone) & vsumfr fundi Corneliani (pone) legauit dicto Sticho seruo. & decessit d. Caius, & dictus Martin' institutus à Caio prius adiuit hæreditatem eiusdem Caii, quam d. Petrus institutus à Titio adiret hæreditatem eiusdem Titij certè nulla ratio est cur diem dicti legati vsusfructus cedere existimemus antequam ēt ea hæreditas, scilicet Titii adeatur, ex qua dictus Stichus seruus legatus erat per Titium Seio. & est ratio quare ante non cedit, cū in præsentia, siue in præsenti tempore, quo non est adhuc adita hęreditas Titij, nullum emolumentum dicti legati vsusfructus acquiratē ex hæreditate Titii, ex qua fuit seruus legatus Seio, cū non sit ibi persona cui acquiratur, & vsusfructus sine persona esse nō possit: vt j. de stipu. ser. l. vsusfructus. & cū legatum dicti vsusfructus extinguatur, si dictus Stichus seruus mortuus fuerit, interim ante aditā hæreditatē Titij domini eiusdē serui: quare adita hæreditate postea dicti Titij ex qua seruus erat legatus Seio, existimādum est ad eum Seium pertinere dictum vsumfru. cui Seio seruus legatus est per d. Titium: Sed quid si dictus seruus Titij, cui seruo Caius vsumfru. legauit, non fuit legatus per Titium alicui, retento casu quando erat adita hæreditas Caii, qui legauit seruo vsumfru. & etiam hæreditas Titij domini ipsius serui? certè dicendum est hoc casu dictum vsumfr. pertinere ad hīditatem. i. ad hīdem hæreditatis eius Titij, cuius fuerat seruus prædictus. l. si viuat idem seruus tpe aditæ dictæ hīditatis. & hoc eo, i. adeo; quòd, id est, quia: dies legati vsusfructus non cessit ante aditam hæreditatem dicti Titij domini serui: vt dictum est, & non extra casum quod est hic bona ratio, si non expectaretur aditio hæreditatis dicti Titii quo ad cessionem diei illius legati ususfructus, frustra cederet dies ei* ante, & etiam inutiliter: cum non esset persona, cui acquiri posset: & sic inutile esset legatum. & nulli acquireretur: vt d. l vsusfructus, & ſ. eo. l. si habitatio, & j. de acq. re do. l hæreditas in multis. in fi. & ſ qui mo. vsusfr. amit. l. si seruo. Viu.

* In P. F. cuius seruus legatus fit.

b Certum fuerit. Puta Pamphila mortua antequam pariat. vt ſ. eo. l. si vsusfr 2. resp. & l huiusmodi. & ſ. de vsufr. l. si Titio. & j eo. l. cum illud in prin.

c Qui legauerat. Seruum.

d Legati. Vsusfructus.

e Hæreditati. A qua fuerat seruus legatus: vt j. de fidei. seruo. l. vsusfructus, & j. de acq. rer. do. l. hæreditas. vtriusq; hæreditas ergo debet aditi, legantis seruum, & legantis vsumfructum. Acc.

f Legatum. Scilicet vsusfructus. de legato serui non est dubium. Acc.

g Adita hæreditate. A qua seruus est legatus.

h Pertinere. Scilicet hęreditas legantis usumfructum ſſ fuerit adita.

i Ad hæreditatem. Eius qui legauit usumfructum. Vel aliter, id est, ad hæredem hæreditatis, cuius seruus fuerat. si uiuit seruus tempore hęreditatis aditæ. secus si ante decessit.

CVm legato. CASVS. Pone q̄ Titius instituit sibi hæredē Caium, & seruum suum Stichum legauit Seio,

Vlpianus libro xxiij. ad Sabinum XIIII.

SI vsusfructus aut decem, vtrum legatarius voluerit, sint legata: vtrumque spectādum, & mortem testatoris, & additionem hæreditatis. mortem, propter decem.: additionem, propter vsum fructum: quamuis enim electio sit legatarij, tamen nondum electioni locus esse potest: cum proponatur, aut nondum testatorem decessisse, aut eo mortuo hæreditas nondum adita. Inde quærit Iulianus: si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad hæredem transferatur decem legatum? & libro trigesimo septimo Digestorum scribit, posse dici, decem transtulisse: quia mortuo legatario, dies legati cedit. argumentum Iulianus pro sententia sua affert tale: Seiæ decem, aut si pepererit fundum hæres meus dato: nam si antequam pariat (inquit.) decesserit: ad hæredem suum decem transmittet. Si ita qs legauerit filiofamilias, vt ipsi soluatur: pōt procedere legatum, nec imputari hæredi, cur non patri, sed potius filio soluat. Finge enim hoc nominatim expressum, ita vt filio soluat: certè si pater petat, exceptione erit repellendus. Si dies legati cesserit, deinde legatarius in ius alienum peruenerit: ipsi potius debetur legatū, in cuius ipsius ius peruenerit. transeunt enim cum eo, quæ ei debebantur. Sed si sub conditione fuerit legatū: nō statim transit, sed expectamus cōditionem, eique acquiretur, cuius iuris erit conditionis existentis tempore. Quod si sui iuris fuerit eo tempore, sibi potius acquiret.

Non refert quid ex aequipollentibus fiat. Bar.

Idem libro v. Disputationum. XV.

SIta esset liberis fideicommissum relictum, si morte patris, sui iuris essent effecti, nec

Idem libro xxxv. Digestorum. XVI.

CVm ita legatum est, Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, hæres meus dato, non ante dies legati eius cedet, quàm aliquod ex Pamphila natum fuerit, aut certum fuerit b nasci non posse.

Dies vsusfructus legati seruo hæreditario demum post aditam vtriusque hæreditatem cedit. Bart.

Cum seruo legato ante quàm hæreditas eius, qui legauerat, c adiretur, vsusfructus ab alio legatus fuerit, & prior hæreditas eius, qui vsumfructum legauit, adita fuerit: nulla ratio est, cur diem legati c cedere existimemus ante quam ea hæreditas quoq; ex qua seruus legatus erat, adeatur: cum neque in præsentia vllum emolumentum hæreditati c acquiratur & (si interim seruus mortuus fuerit) legatum f extinguatur. quare adita hæreditate g existimandum est, vsumfructum ad eum, * cui seruus legatus sit, pertinere. h Quòd si seruus cui vsusfructus legatus fuit, legatus non fuerit: dicendum est vsumfructum ad hæreditatem i pertinere, eo q̄ dies eius antè aditam hæreditatem nō cesserit.

Dies legati relicti seruo legato, cedit ab adita hæreditate: item ad legata quæ cedunt ab adita hæreditate, regula Catoniana non pertinet. Bart.

Idem libro xxxvj. Digestorum. XVII.

CVm legato seruo aliquid legatur, dies

Seio,& eidem Sticho legauit centũ & decessit idem Titius. certè dies legati seruo relicti cedit nõ à tpe mortis Titij testatoris, sed a tempore aditæ hæreditatis eiusdem testatoris,& est ratio extra casum, quia si ante aditam hæreditatem cederet, magis hæreditati diceretur acquiri,quã legatario,cui fuit legatus seruus cum interim sit hæreditatis fructus:vt ẽ de le. 2.l. si ubi homo.§. cum seruus. licet sit arg.contra j. de fur. l.a Titio. nec ẽt hæreditas posset acquiri: qui sibi debere hæreditas non posset intelligi, & sic euanescet: & legatũ quod est euanidũ: quia autem dies dicti legati seruo egato relicti non cecidit nisi adita hæreditate, ideo si tpe aditæ hæreditatis inueniatur liber. debebitur ei legatum sibi relictum & impedimento non est regula iuris,quæ appellatur regula Catoniana, quo minus debeatur dictum legatum dicto seruo, si inueniatur manumissus,siue liber tpe aditæ hæreditatis.dictum regula dicit,q̃ illud legatum,quod fuerit mutile, si tantum decederet testator facto testamento, non debeat ideo valere,q̃ dicit⁹ testator statuit j. de regula Cat. l.1.cum similium.nostrum autem casum interimit id est,tum facto testamento per etatis.or mortem,bene valeret legatum prædictum seruo legato relictum:quia non concurrerent in eiusdem persona & emolumentum dicti legati, & obligatio iuris pro soluendo legato eodem,imo concurrerent in duobus. nam obligatio iuris pro soluendo legato ligaret hæreditatem,emolumentum autem legati resultaret seruo legato respiceret legatarium,cui fuit legatus seruus, secus aũt si emolumentum legati,& obligatio iuris pro soluendo eodẽ legato concurrerent in eandẽ persona,siue in eundẽ debitorem:quia tunc non valeret legatum,& haberet locũ regula dicta:puta si non esset dictus seruus alicui legatus.nam tunc,hæditas deberet legatum eidem seruo, & seruus acquireret eidem hæditati & sic hæditas deberet sibiipsi. quod non potest esse:vt ẽ de le.2.l.Titia.§. Lucius. dictum ergo legatũ relictum seruo assimilatur legato relicto Seio, filio eiusdem Seij hæde instituto,quod quidem legatum nõ intelligitur cõstitere,quia quamuis statim facto testõ pfam.testator moriatur,tñ potest dictus filius postea a patre emancipari,& emancipatus hæreditatem dicti testatoris adire,vt patri,qui cum emancipauit legatũ deo caturvade nec hic inueniatur pater debere sibiipsi legatum,& sic valet,sicut & ẽ in primo casu,secus autem si adiret hæreditatem testatoris existens in potestate patris: quia tunc acquireretur hæred. tas patri, & inueniretur pater sibi ipsi debere legatum,& sic nõ valeret. Viu.

Hæreditate cedit. Vt ẽ eo.l.hæredis,in fi.& C.de caduc.toll.§. in nouissimo.

Regula iuris.Scilicet Catoniana quæ dicit q̃ illud legatum,quod foret inutile:si statim decederet testator facto testamento, hoc non debet valere ideo, q̃ diutius testator vixit:vt si legetur purè seruo hæreditas;vt inst.de leg §.an seruo.& bene infert:& ideo qa dicta regula non pertinet ad legata, quorum dies cedit ab adita hæreditate: vt infra de reg Cato.§. penul.

Quãque pro quãque. Aug.lib.3. cap.7.

Manumisso,id est si inueniretur liber tempore aditæ hæreditatis. debebitur ei,alioqui legatar o debebitur vtrumque legatum, sed a quo potuit manumitti:Respon si seruus hæredis erat,planum est,si seruus testatoris tunc a legatario. qui licet non vere, tñ fictione iuris dominus est:vt j de fur.l.a Titio.

In P. F. non est viuus.

Patertamilias.Testator.

Obligatio. Obligatio ligat hæreditatem,emolumentum legatarium respicit: ac si nõ esset seruus, legatus,tunc hæreditas deberetur seruo & seruus acquireret hæreditati & sic hæreditas deberet sibiipsi:quod non pot esse:vt ẽ de leg. 2. Titia §. Lucius,& tunc hãc locũ regula Catoniana.

Institutio. Aliquando extraneo.

Patrem legatum. In cuius est potestate nam nec hic inueniatur posse debere sibiipsi,etiam si fiat in facto testamento. de cuius testatoris mutum possit retardari aditio hæreditatis,& sic usucapiendi tempus pari. Et no.q̃ filio hæredi instituto ab extraneo potest legari patri & fratri hæredis etiam pure. Item a seruo instituto potest legari domino etiam pure,sed a domino, vel a patre instituto non potest iure legari filio,vel seruo,sed sub cõditione sicut fuit de leg § an seruo & supra de.l. l. quæritur. in prin.

Pone q̃ Caius instituit sibi hæredẽ Seiũ,& legauit Titio centũ,quicunq; liberos habuerit idem Titius,& decessit dictus testator Caius,& postea d Titius legatarius decessit relicta prægnante vxore sua,certe intelligitur expleta conditione decessisse dictus legatarius,& legatum valere intelligitur, si tamen posthumus fuerit natus viuus. Viu.

Quia nam mortuo.

Quandoq; Sabaud decem ei lego & alias est,si quãcunque liberos habuerit sed nihil refert.

Viuus. Secus si mortuus: ut j de verb.sign.l qui non nato. & l. postumo. C. de collat. & qd in not. & statim mortuo, vide Bar. in l. si non filio C. de cad. toll.

Viuus. Secus si mortuus: ut j de verb.sign.l qui mortui ẽt si declinet ad monstrũ:vt j.de verb sig l quæret licet bt ar.contra ẽ de sta ho.l.nõ sunt liberi. Sed contra.huic l.ẽ de sta.ho.l. qui in vtero. vbi alii non acquirit,antequam nascatur, sed certè nec hic acquirit. Et no.q̃ hæc cõdo existit,ẽt si nati moriantur.vt ẽ in l. hæd.bus.in prin.& C eo.l.cum vxori. & facit ẽ de cond.& dem.l.holerum.s.& l cum vir & l. si vir.

Cum hinc. Titius instituit sibi hæredem Seium ponamus,& sine aliqua præfinitione temporis legauit ita vxori suæ Sẽproniæ vxor,ponamus,in tergellauit hæredem vt ei pdaret penum, & hæres non dedit ei.certè vnum legatum intelligitur.ſ. de dictis 100.scilicet.quò ad vnam exactionẽ, siue solutionẽ. & statim peti potest p vxorem idẽ legatũ de 100.& p dicti penoris causa eo tantum pertinet, vt tradito penore,siue penu ante litẽ contest. ſ. super dictis hæres ab vxore liberetur sub.sed duo sunt legata, vnũ purè.ſ.penus,alterum conditionale.ſ.c.vt j.eod. l.si penum. si autem ita scripsisset dictus Titius testõr.Si penum intra Calendas non dederit. ſ. hæres meus vxori meæ,centum dato. scilicet hæres meus vxori meæ. non efficitur vt sint duo legata:imò est vnum. nam c. videtur esse legata sub conditione. ſi penum intra Calendas nõ dederit hæres vxori testatoris. nam incipit hoc legatum à præcedenti conditione & idcirco ſ.quia nõ sunt duo legata,sed vnum. ſ. de 100. & qa 10.vñr esse legata sub cõditione, vt dictum est, si vxoris testatoris prædicta decesserit ante Calendas.ſ. prædictas, relinquet penum siue penus petitionẽ hæredi suo: quia legata non est scilicet ei vxori penus. neque centũ prædicta, siue eorũ petitionẽ relinquet hæredi suo eadẽ vxor:quia nõ cessit dies legati, scilicet de centum,eò scilicet q̃ nondum extiterat conditio,neque adhuc poterat hares dare vxori testatoris penum ante Calendas:quia nondum aduenerant Calẽdæ tempore mortis vxoris testatoris. ¶ Cũ ab eo. Ponamus quod Titius instituit sibi hæredẽ Seiũ,& legauit Caio 100.sub cõditione, si nauis ex Asia veneret, & ab eodẽ Caio legatario reliquit mihi fideicõmissum,ponamus,quinquaginta.certè talis est,ac si instituisset dictum Seium,vel alium hæredem sub conditiõe,& mihi pure legasset,ſ.vt dies dicti fideic. mihi a legatario relicti cedat eo tẽpore, quo cederet dies legati mihi relicti ab hærede sub cõditione instituto, cuius quidẽ legati dies cedit à morte testatoris nõ obstante conditione:sub qua erat institutus hæres ille,à quo mihi pure legati fuit:vt ẽ.eo.l.hæredis.in prin.& j.eo.l.si dies.§.fi.¶ Si debitori. Ponamus,q̃ Titius habebat debitorem Seiũ in 100 q̃ debebat ei sub cõditione,si nauis ex Asia venerit,fecit hic creditor testamentum,ponamus,& instituit sibi hæredẽ Caium, & legauit dicto Seio illud,qđ ei debebat:& decessit dictus testator.certè præsens,siue purũ legatũ est,& agi potest per legatarium eundemq; debitorem cõtinuo naicm actione ex testamento contra hæredẽ, vt liberatio ei per hæredẽ præstetur.i.vt liberetur per acceptilationem,& si post mortem testatoris decesserit dictus debitor conditionalis,cui legatum est p creditorẽ illud,quod ei sub conditione debebat,vt dictũ est, ad hæredem suum debitoris eiusdem legatarij trãsmittit actione.ſ.ex testamento prædictam competentem,vt præstetur liberatio.& hæc eadem erũt dicenda,& si non ipsi debitori cõditionali,sed alij cuilibet proponatur esse legatum similiter per eundẽ testatorẽ illud,qđ dictus debitor debebat testatori sub conditione,scilicet,vt sit præsens legatum, siue purũ: & si post mortẽ testatoris decedat legatarius, ad hæredem suũ.ſ. legatarij transmittat. Viu.

Vnum legatum. Propter vnam solutionẽ, duo tñ sunt. penus purè, centum sub cõditione: vt j. eo.l.si penũ.sic ẽ de le.2.l.si quis seruũ. §.si ita.& j.de duobus.reis.l.3.§.fi.

Starim peti. Legatum de 100.scilicet postquam fuerit interpellatus præstare penum:vt j. eod. l.si penum.

Liberetur. An autẽ penus sit in obligatione ciuili,& naturali,innuit hic, q̃ non, cõtra quòd sic; vt j.eo.l. si penum. Sed dic vt ẽ ad leg. Falcid.l. 1.§.item si ita no.

Pro solutione huius contrarij dic secundum Ba. hic,cum dicitur in textu,statim intellige mora commissa.

Centum dato. Vxori meæ.

In P. F. tradito penore.

In P. F. quia dies legati cessit sed non rectè illic omissa est negatio:quæ admodũ, nec paulo post ibidẽ rectè omissa est dictio,purè.

In P. F. non est tale est sed puto ea verba omissa fuisse per librarij negligẽtiã.

Vxori meæ penum hæres dato; & si non dederit, centum dato, vnum legatum intelligitur centum: & statim peti potest. Pœnoris autem causa cò tantum pertinet, vt ante litem contestatam tradito penore hæres liberetur. Quod si ita scriptum sit, Si penum intra Calendas non dederit, centum dato: non efficitur, vt duo legata sint, sed vt centum legata sub conditione videantur, idcirco si vxor ante Calendas decesserit: hæredi suo neque penũ relinquet, quæ legata non est. neque centum: quia dies legati non cesserit. Cum ab eo purè mihi fideicõmissum datum est, cui sub conditione legatum est: tale est, quemadmodum si hærede instituto sub conditione, mihi purè legetur. Si debitori, quod sub conditione debet, legatum est, præsens legatum est, agique ex testamento statim potest, vt liberatio præstetur, & si post mortem testatoris decesserit: ad hæredem transmittit actionem. Hæc dicenda erunt, & si non ipsi debitori, sed alij cui libet similiter legatum esse proponatur.

Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, in dubio, si fit causa alimentorum, dicuntur plura legata: vel vnum: cuius dies cedit à tempore mortis. Bartolus.

Marcianus libro vi Institutionum.

XX.

In cum præfinitione annorum legatum fue

Duo legata. Hoc non facit temporis appositio,sed quia incipit a conditione:vt j.de verb.obl.l.si ita stipulatus.§.1.nec obst.ad l.Fal.l.1.§.idemq; erit.vbi dicit idẽ esse hoc casu,qđ & superiori.§.sed illud verum.si in superiori esset petita penus,& non data:nã tunc vtroque casu est idem.i,siue à conditione,siue à legatario incipiat legatum de centum.

Non cesserit. Quia nondum extiterat cõditio.quæ poterat intra Calendas penum dare:quia nondũ Calendæ aduenerant.

Cũ ab eo purè mihi. Quo casu cedit à die mortis. licet petitio suspendatur:vt ẽ.eo.l.hæredis. in princ. Item in quantum legatarius teneatur:dic vt ẽ de legatis.2.l.Imperator,in princ.& §.1.& facit. j.eod.l.si dies.§. fin.

Agique. Actione ex testamento,vt liberetur p acceptilationem,& etiam cõperit exceptio,si conuenietur ab hærede existente conditione:vt j.tit.2.l.1.§.si debitori.& ẽ de lib.leg.l.si quis decedens.§. nãc de. & l.quod mihi.

Erunt. Vt legatum valeat.

Proponatur. Quod debitor debet sub cõditione. Accur.

Cum præfinitione. Casvs. Ponamus q̃ Titius legauit ita Seio: ego Seio dena vsque ad annos x. & decessit d. Titius,postea decessit Seius legatarius, transactis pone duobus annis ex dictis x.annis.nunquid futurorũ octo annorum legatum trãsmittit ad hæredem ſ ũ ẽ ctus legatarius?& diffinguit. aut alimentorum nomine fuit relictum dictũ legatũ Seio: aut non fuit relictum nomine alimentorũ,sed in plures

res pensiones, & prestationes diuisit Titius testator dictum legatum exonerandi hæredis gratia. Primo casu plura sunt legata, & futurorum octo annorũ legatum non transmittit ad hęredem suũ legatarius mortuus: & est ratio extra casum, quia hoc casu primi anni legatum est purum, sequentium cõditionale: vt dixi §. eo l. cum annos. Secundo autem casu omniũ dictorum x. annorum est vnum legatum, & intra decennium decedẽs legatarius transmittit ad hæredem suum etiam legatum futurorũ annorũ. Viu.

a Dena. Id est, decẽ & decem: vt §. de leg. 1. l. si quis Titio: & dic singulis annis: vsq; ad x. an.

b Plura esse. Primi anni purũ, sequẽtiũ conditionale. s. si viuat alimentarius: vt §. de annu. leg. l. in singulis.

c Non transmittere. Quia decedit ante conditionẽ & sic ante diei cessionem,

d Si verò. Facit §. e. l. nec semel. ibi, nisi forte &c. & j. eo. l. Firmio. §. fin Acc.

e SI dies appolita. CASVS. Aut dies certa, vel incerta non est appolita in legato: autẽ appolita, siue adiecta. Primo casu præsens, siue purum debetur legatum legatario, & confestim ad eum pertinet cui datum, siue relictum est. Secũdo casu aut est adiecta dies certa, aut incerta: si est adiecta legato dies certa, certissimus quidem dies legati statim cedit, scilicet a morte testatoris, quamuis dicta sit longæua: veluti: qa dixit testator, lego Titio pone cẽtũ Calẽdis Ianuarij, non tamen potest peti legatum ante diem. si autẽ incerta dies sit adiecta in legato, neque põt peti res, scilicet legata, neque dies legati cedere põt, nisi obtigerit conditio temporis, id est, conditio, quæ demonstratur per tempus incertum, siue per diem incertũ: vt j. prox. §. nec interest. & de hac incerta die pronuntur in litera quatuor exẽpla, quorũ quodlibet ita videtur supplẽdũ, sicut dicã in quolibet eorũ, & erit primũ tale, Lego c. Titio pone, cùm pubes erit. Secundũ erit tale, Cum filia, scilicet mea nupserit, lego centũ. Tertium erit tale, Cum magistratũ inierit ponamus Titius, lego ei centum. Quartum erit tale Cũ Titius fecerit domum Seio, lego eidem Titio c. Et hoc exẽplum, vel simile videtur posse poni in illa litera cũ aliquid demum &c. quam literam ita construe, cũ aliquid demum fecerit, scilicet Titius, quod copiosè dere describendo sit commodũ, s. alicuius, puta Seij per hoc quod scribitur & apponitur in legato. Potes & quintum ponere exemplũ in l. seq. de die incerta in legato appolita, quam potes legere vsque ad §. quidam, & antequam legas. §. si sub conditione. q. est in hac l. puta si Titio fuerit legatum, cum is annorum quatuordecim esset factus. nam si is Titius decesserit ante quatuordecim annos, nõ transit legatum ad hæredem eius: quoniam hoc legatum continet in se nõ solum tẽpus, sed etiam conditionẽ. s. hanc si is. s. Titius esset effectus xiiij. an. ille autem qui non est in rerum natura, sicut non erat dictus Titius an. xiiij. non esse intelligitur nec interest, vtrum ita scribat. s. in legato, si ann. 3. factus erit. s. Titius, lego ei c. an priore scriptura sic scribatur. s. cum ann. xiiij. esset factus, lego ei 100. pone. nam q̃ nis in hoc differant dictę duæ scripturę. s. si ann. xiiij. factus erit &c. & cum ann. xiiij. esset factus &c. in hoc differt dico, quia p conditionem, siue per scripturam, in qua conditio cõtinetur, illa. s. si ann. xiiij. factus erit &c. demõstratur tempus, & sequenti, siue per sequẽtem scripturã illa. s. cum an. xiiij. esset factus &c. demonstratur cõditio ad tempus. s. incertum in ea positum. vtrobique tamẽ eadem conditio est. vade sicut dixi, si Titius decesserit ante xiiij. ann. non transit legatum ad hæredem eius. & non mireris, si illam scripturã, cum annorũ 14. esset factus, &c. appellaui modo sequentem scripturã, qui i sequens est in verificalo, nec interest &c. quamuis sit prior in ptnc. l. huius, si Titio. Viso ergo de legato præsenti, sine puto, & de legato cui adiecta cẽ dies certa, & de illo cui adiecta est dies incerta, redeam' ad §. si sub cõditione, & cõtinuem' cum. §. quidam. sit cõditiones &c. & videamus de his legatis, quibus appositæ sunt conditiones, quę habẽt pro nõ appositis. ita ponamus qd institui te hęredem sub condone si nauis ex Asia venerit, & legaui Titio 100. sub eadẽ cõditione. certũ pũde cedit dies huius legati, ac si pure relictũ esset: quoniã esset certum hæredẽ exitũre debitũ iri. s. dictę legatũ legatario legata enim nõ fiunt incerta. vt. s. suspendantur pon cõditionem existentem, sub qua hæres fuit institutus, & post aditam ab eo hæredẽ hæreditatem. non fiant incerta dico per conditionem hęredum, siue per conditionem appositam institutioni hæredum, nec multũ interest, siue differat tale legatũ de quo dixi, ab hoc scilicet legato dato si hæres erit, j quo. s. dicit tenor, ponamus hoc modo dato. s. tu hęres meus Titio centum: si hæres eris, scilicet mihi. quod quidem legatũ non indicatur cõditionale vt supra de le. 1. l. 3. & nõ est, si testator ita scribat, Titius hæres esto. si Titius hęreditatem meam adierit. Mæuio decem dato. nam pro non scripto ea conditio erit, vt omnino ad hũc Mæuij legatum transeat etiam si Mæuius decesserit ante aditã hæreditatem, scilicet per dictum Titii institutum. & idem est si ita fuerit scriptum. s. per testatorem. si Titius hæreditatem meam adierit. intra dies centum, Mæuio centum dato. subaudi Titius. nã hoc legatum erit in diem. & non sub conditione: cũ conditio sit superuacua subaudi. & ideo Mæuius legatarius deceẽs ante aditam hęred. tatẽ per Titium hæredem transmittit legatũ de centum, siue eius petitionem ad hęredẽ suum: quia definitio Labeonis probatur, siue approbetur eis, dicentis id demum legatum transire ad hæredem legatarij. s. decedentis ante aditam hęreditatem, h hęrede, quod, scilicet legatum certum sit debitum iri si adeatur hæreditas. dictum autem proxime legatum bene certũ est, del eri legatario, si adeatur hæreditas, & vium the legatari'. nam post aditam hæreditatem suspendi non potest. quin statim debeatur legatario, fuit enim relictũ Mæuio prętandum intra centum dies, & ita intra certũ diem sub conditione si Titius hæres adiret hæreditatem. Quid autem si duos instituam hæredes, puta Titium, & Seiũ, & legem Caio decem à dicto Titio, & Seio instantis sub conditione, si idem Titius vnus de institutis adeat hæreditatem meã, nihilne erit superuacua dicta cõditio appolita in legato Caij? certè nõ: imò valebit dicta conditio in portione Seij cohẽdis id est, in quinque, quę videtur ab eodem Seio legata per me

rit, veluti Titio dena vsque ad annos decem: Iulianus libro tricesimo Digestorum scribit, interesse: & si quidem alimentorum nomine legatũ fuerit, plura esse legata: & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad hæredem non transmittere.

c Si verò. nõ, palimẽtis legauit, sed in plures pensiones diuisit, exonerãdi hæredis gratia, hoc casu ait, omnium annorum vnum esse legatum, & intra decennium decedẽtem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad hęredem suum trasmittere, quæ sententia vera est.

Paulus libro ij. ad Vitellium. XXI.

SI dies appolita c legato non est, præsens debetur: & * confe

P. F. aut

per me testatorem Caio. vnde si antequam Titius cohæres Seij adeat hæreditatem, decedat Caius legatarius non transmittit ad hæredem suum petitionẽ dictorum quinq; quæ ei Caio videntur legata a Seio per me testatorem, in portionem autẽ ipsius Titii in cuius persona est cõprehensa cõditio apposita legato Caij de decem prædictis, id est in alijs quinque, quæ videntur legata Caio à Titio per me testatorem, superuacua erit dicta conditio, quæ fuit, si Titius adeat hæreditatẽ. & ideo pro dicta parte Titij non faciet legatum Caij conditionale, & perinde erit superuacua dicta cõditio, atque si solo Titio hærede Seii instituto a me esset legatum Caio prædicto modo, id est, sub conditione, si hæreditatem meam adiret Titius, quo casu sine dubio superuacua esset conditio, vt supra vidisti. si ergo Caius prædictus legatarius decedat ea conditione pendente, id est, antequam Titius cohæres Seij adeat hæreditatem meam, trãsmittet ad hæredem suam petitionem de quinque, quæ videtur ei legata à Titio cohærede Seij, cui legaui eidẽ Caio x. a dicto Titio, & Scio institutis sub conditione, si idem Titius adiret hæreditatẽ meam. & hæc videtur esse intentio harum duarum legum, salua meliori intentione, & intellectu. Viu.

¶ Si dies incerta. R. vel dic certa, vel incerta. si autem apposita est, distinguitur certa ab incerta vt subijcit.

* Dies, nõ est I. P. Fl.

* In P. F. cum in familia nupserit.

* In P quod scribendi cõprehẽdere sit commodũ, fecerit: nisi tẽpus cõdone obtigit.

a Confestim. Nisi ex voluntate defuncti aliud appareat, vt supra titulo primo. l epistolam. §. fi. & de auro. & argento legat. l. filiam.

b Ianuarijs centesimis. Aliàs certissimis. aliàs centesimis: vt j. de verb. obl. l. centesimis. aliàs simpliciter Calendas primas demonstrat: vt j. de verb. obli. l. eum q Calendis. Acc.

c Statim. A morte testatoris: vt sup. eo. l. si post. 2. respon. Accur.

d Non potest. Propter exceptiones. sed in vsu fructu ipso iure ante diem non debetur, vt supra quando dies vsusfructus legati cedat. lege prima, in fine.

* Cum pubes erit. Verè hic dies videtur adiecta: vt supra de condit. & demonstratio. lege, si quis legata, 1. respon.

SI Titio, cum is annorum 14. esset factus, legatum fuerit: & is ante quartumdecimum annũ decesserit: verum est, ad hęredem eius legatũ non transire: quoniam non solum diem, sed & cõditionem hoc legatum in se contineat, * si effectus f esset annorum 13. Qui autem in rerum natura non sit: * annorum 14. non esse intelligitur. Nec interest, vtrum scribatur, Si annorum 14. factus erit: an, cum annorum quatuordecim factus erit nã priore scriptura q per conditionem r tempus demonstratur, sequente per tempus s conditio. vtrobique tamen eadem conditio est. Quædam autem conditiones etiam superuacuæ sunt: veluti si ita scribat, Titius hæres esto. si Titius hæreditatem meam adierit; Mæuio decem dato. nam pro non scripto t ea cõditio erit: vt omnimodò ad hæredem Mæuij legatũ trãseat, etiam si Mæuius ante aditam hæreditatem decesserit. Et idem si ita fuerit scriptum, Si Titius hæreditatem meam adierit intra dies 100. Mæuio decem dato. nam hoc legatũ in diem erit, nõ sub conditione: quia definiq Scriptura. Cum dixit, cum annorum quatuordecim erit.

r Per conditionem. Scilicet per si.

s Per tempus. Puta per cum. nam per cum, & per si, fit conditio vt not. sup. a eodem l. si cum hæres. Sed huic l. est contra supra titu. 1. l. qui filium. §. Sabinus. & l. Seius, & C. eo. l. ex his. vbi plenè no. & facit j. eod. l. Firmio.

t Pro non scripto. Causa enim tollendę dubitationis poni videntur: vnde commune ius non lædunt, vt C. de fideiuss. l. non recte, ar. contra. C. de thesaur. l. 1.

f Nupserit. De hac habes. §. de condi. & demonstra. l. hæc cõditio filiæ.

g Cum magistratum. De hac C. de insti. & substitut. l. si quis cum.

h Commodum. Sic construe: cum aliqd deinde fecerit quod comprehendere sit commodum scribẽdo, id est, sit commodum alicuius per hoc quod scribitur. Hug.

i Neque res. Ad legatarium.

k Pertinere. Vt & §. de leg 2. l. ita scriptum. §. si sub condi tione. apparet ergo differre inter certã & incertam diem, sic §. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. inter certam. & sup. de condi. & demonst. l. 1. & l dies. & sup. eo. l. ti cum hęres.

l Relictum esset. Vt sup. de leg. 1. l. 3. & facit sup. e. l. cum sine, §. fin. & l. hæredis. in princip. & l. pure 2. respon. & infra eo. d. l. si Titius. §. quędam. sup. de condi. & demõ. l. 1. in fi. & l. aliquando. & ad leg. Fal. l. qui fundũ, §. si tu.

m Legatũ. De quo dictum est.

n Ab hoc. Scilicet legato.

o SI Titio. Contineat. hanc scilicet, si &c. vt sup. de lega. 1. l. si cui. §. hoc legatum.

p Effectus. Puta eos compleuisset. vt d. l. si cui, & sup. de cõdi. & demon. l. non putabam. & C. eo. l. ex his. Acc.

* In P. F. anno. 14. non esse nõ intelligẽt. Nec interest vtrum scribatur annorum 14. factus erit, an ita cum priore scriptura

a Duos hæredes. Titium. & Seium.
b Alter ex his. Puta Titius.
c Legem. Puta 10. danda ab vtroque hærede.
d Cohæredis, ſ. Seij. verbi gratia, in quinque, quæ videntur à Seio legata. eſt cõditio ſi Titius adeat: vnde interim decedens legatarius nõ trãſmittit illa quinque.
e Valebit. Scilicet conditio.
f In ipſius. Scilicet Titij portione.
g Superuacua. Vnde ſi legatarius decedat, ea pendente, tranſmittit ad hæredem ſuum, qui petit à Titio exiſtente hærede. Acc.
h Cohærede. Titio qui & ipſe cohæres eſt Seij. vel dic Seio. Acc.
i Eo modo. Scilicet ſi hæreditatem adieris. & facit ſ. eodem, l. ſi dies. §. fi. cũ ſuis. concor. Accurſius.

* In P.F. in ipſius aũt cuius perſona ĩ condõne cõprehenſa eſt.

CVm in annos. Ponamus, q̃ Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & in annos ſingulos reliquit legatum, puta 10. Caio. deceſſit d. Titius. Certè Caius legatarius poteſt capere legatum per ſingulos annos inſpecta eius conditione, ſcilicet legatarij, vt ſi hoc anno ſit capax, debeatur ei legatum huius anni: ſi vero hoc anno non ſit capax, ſed ſi capax in ſequenti anno, debeatur ei legatum ſequentis anni: & non huius. ſi autem plurium ſeruus ſit ille, cui legatum eſt relictum in annos ſingulos, erunt ſpectandæ perſonæ ſingulorum dominorum, ſi ſint capaces, quolibet de dictis annis, vel non ſint capaces. Viu.

* In P. F. legatarij ait capere & ſi plurium &c.

k Cum in annos. Dic vt. notaui ſupra eodem, l. cum in annos. & ſequen. & facit ſupra, de legatis 2. l. non oportet.

SI penum. CASVS Seius, ponamus, facit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi hærdem publicium, & damnauit eundẽ Publicium hærdẽ, vt daret penum Caio; vel ponamus, q̃ damnauit eũ, vt daret fundũ Caio. ſi non daret dictus hæres penũ Caio, vel ſi non daret dictus hæres fundũ Caio, dãnauit eundẽ hæredẽ, vt daret ei dem Caio 10. deceſſit d. Seius teſtator, certe videtur legata penus Seio eo caſu, quo legatum penum eſſe poſitum eſt. & videtur eſſe dicta penus trãslata in 10. prædicta, ſi hæres noluit dare penum legatario: & videtur eſſe dictus fundus legat⁹ Caio, eo caſu quo poſitum eſt legatũ eſſe fundũ, & vt translatum, ſi in 10. p̃ dicta ſi hæs noluerit dare fundũ legatario. & rũc pecunia ſiue dicta 10. debẽtur Caio legatario, eũ hæs interpellatus à legatario fundũ nõ dediſſet legatario, cum fuit legatus fundus, vel eũ hæs interpellatus a legatario penũ legatario nõ dediſſet eũ fuit legata penus. et ſi interea, ſiue interim antequam legatarius interpellet hærdẽ, q̃ det ei fundum, cum fuit legatus fundus, vel q̃ det penum, cum fuit legata penus, deceſſerit legatarius non debebitur hærdi eius legatarij niſi fundus, cum fuit legatus fundus, vel penus, cum fuit legata penus. nã cũ ita dixit teſtator, Publici⁹, ſ. hæs meꝰ fundũ dato, ſ. Caio, vel cũ dixit teſtator Publicius hæres meus penũ dato Caio. perfectum eſt legatum fundi, cũ fuit legatus fundus, & perfectum eſt legatum penoris, cum fuit legata penus. & cum dicit. ſ. teſtator poſtea, ſi non dederit, ſ. hæres meus fundum, vel non dederit hæres meus penum, centum dato, ſ. eidem Caio legatario: videtur fundi legatum ſub condõne ademptum eo caſu, quo 100. ceperãt deberi legatario. i. poſt interpellationem factam per legatarium hæredi, vt hæres ſoluat ei fundum, cum fuit legatus fundus, vel ſoluat ei penum. cum fuit legata penus: quorum. ſ. centum: q̃ conditio non exiterit viuo legatario, ideo fortè, quia hæres non ſit interpellatus per legatarium prædicto mõ, euenit, vt nihil egerit ademptio legati de fundo, vel penu, & vt fundi. vel etiã penoris legatum durauerit. & hoc q̃ legatum non incepit à conditione, imõ dixit teſtator, vt dixi in princ. ſed tem ita dixit, & incepit teſtator in legando, ſi penum non dederit, ſcilicet Publicius hæres meus Caio, 10. dato. ſ. hæres meus Caio. videmus non eſſe penum legatum: ſubaudi. ſed ſunt legata 10. ſub conditione: q̃ ideo ſi legatarius deceſſerit ante condẽnã, hæres ſi ſuo neq; penum ſiue penoris petitionem relinquet q̃ ei legatario legati, non eſt, neq; 10. ſiue petitione de 10. relinquet hærẽdi ſuo: q̃a dies legati de 10. non ceſſit, vt ſ. e. l. cum ſine. §. quod ita. & in ſequenti ibi vehiculo, & q̃d dixi in penore, idẽ eſſet in fundo: vt ſi ita dixiſſet teſtator, ſi fundũ non dederit, ſ. Publicius hæres meus Caio 10. dato. ſ. hæres meus Caio. & hæc videtur eſſe intentio huius legis. ſalua meliori intẽtione & intellectu. ideo autem poſui per totam legem de fundo & de penu, quia in prin. l. dicitur, ſi penum hæres dare damnatus ſit, vel fundum: quæ quidẽ eſt diſiunctio legis, & non teſtatoris. Viu.

l Si penum. Dic quid ſi penus, vt ſup. de penu legata, l. 3. in princ.

m Interpellatus. Congruo loco, & tempore: vt ſupra de vſu. l. mora. vt per lit. conteſt. vt ſup. eo. l. cum ſine. & facit infra, de verbor. obligation. l. ii ita ſtipulatus fuero. §. fin. ſed quomodo iis ſuper eo, cuius nomine non eſt actio, potuit conteſtari. & ſupra quo ſuit interpellatio? Reſpond. vt not. C. de cohtrahen. ſtipulat. l. nuda.

n Publicius. Hæres meus.

Cœperint.

o Cœperint. Quod eſt poſt interpellationem. & ſic videntur duo legata. Sed contra ſ. l. cum ſine. ſol. ibi.

p Durauerit. Vt ſolutum non repetatur: non tamen poteſt peti: vt ſ. ad l. Falc. l. 1. §. item ſm quoſdam. vel aliud viuente legatario: ſecus eo mortuo: vt hic dicit.

q Legatum. Quia incipit a condit. ſed ſuperiori caſu à præãbulo legato: vt not. ſ. eo. l. cum ſine.

CVm illum. CASVS Ponamus quod Titi⁹ inſtituit ſibi hæredem Sejũ: & legauit Caio hoc modo, lego Caio fũdum meum Titianum, vel fundum meum Seianum: & deceſſit idem Titi⁹. certè dicta enumeratio plurium fundorum diſiunctiuo modo comprehenſa in legato non facit plura legata, ſed eſt vnũ legatum quantum ad ſolutionem nam hæres non tenet ſoluere legatario niſi videri eo caſu, quo centum deberi cœperint. quorum quia conditio viuo legatario non exiterit, fortè quia interpellatus hæres non ſit: eueniet, vt ademptio nihil egerit, fundique legatum duraurit. Planè ſi ſic legatum ſit, Si penum nõ dederit, decem dato: dicimus non eſſe penum legatum.

In legatis alternatiuis vnum eſt legatum: & ſi vna pars eſt conditionalis, legatario interim decedente nihil ad

vnum de dictis fundis, nec aliud a prædicto caſu poterit probari, ſi dictus teſtator legauerit, purè Caio alterum fundum de prædictis, uel alterum de eiſdem fundis ſub condõne enumerando eos fundos in legãdo diſiunctiuo modo. nam & in hoc caſu vnum legatum eſt, & non plura. nam pendente prædicta conditione, ſub qua alter de dictis fundis fuit legatus, non competet electio hæredi quem fundum ſoluat legatario, vtrum legatum purè, an legatum ſub conditione: nec etiam legatario competet electio, quem fundum petat ab hærede, etiam ſi teſtator legatario dedit electionem. nam tunc eſſet propriè electio, ſiue eſſet electioni locus, quando de duobus, vel pluribus poteſt quis eligere: quod uult in hoc autem caſu non eſt ita quia conditionale legatum non poteſt eligi, nec etiã purum propter conditionale. vnde in hoc caſu magis etiam apparet quod ſit unum legatum, quam in ſuperiori. Item & propter aliud apparet. quia ſi pendente dicta conditione moriatur legatarius, non uidetur trãſiſſe ad hęredem legatarij legatum prædictum alternatiuo modo relictum nam hæres legatarij non poterit petere ab hærede teſtatoris dictum fundum ſub conditione relictum & etiam occaſione dicti conditionalis legati non poterit petere fundum purè legatũ. ¶ Hæres meus Titio. Fonamus, q̃ ita dixit teſtator in teſtamento ſuo, hæres meus Titio dato, quod mihi Seius debet, & deceſſit: & repetitur poſtea q̃ dictus Seius pupillus exiſtẽs ſine tutoris authoritate nummos acceperat mutuo à dicto teſtatore ante teſtamentum, nec locupletior factus erat idem Seius ex dictis nummis nunquid valet dictum legatum Titio relictum? & diſtinguitur. aut teſtator, qui petijt prædicto modo ab hærede ſuo retulit verba ad præſens debitum: aut verbo debiti cogitauit naturalem obligationem, futuramque ſolutionem per dictum Seium faciendam. Primo caſu nullius momenti erit legatum: quia nihil ei teſtatori debet d. Seius pupillus, ſ. ciuiliter vt poſſit ab eo petere: licet naturaliter ei teneretur: quia pono q̃ erat proximus pubertati. Secundo autem caſu nihil petet Titius legatarius: interim antequam Seius pupillus ſoluat dictũ naturale debitum hæredi teſtatoris: quaſi in legato Titii tacita incerta ſit condõ, ſi ſoluerit dictus pupillus dictum naturale debitum: ſicut interim nõ peteret ſi ita dixiſſet teſtator. Titio dato, ſ. tu hæres meus quod pupillus prædictus ſoluerit, vel ſi legaſſet quod ex Areſcuſa natum erit: vel legaſſet fructus, qui in illo fundo naſcerentur. Nam in his tribus caſibus ſine dubio ineſt tacita conditio, ſcilicet ſi pupillus ſoluerit, & Areſcuſa peperierit, & ſi fructus in dicto fundo naſcentur. Sed pone, quod legatarius moriatur medio tempore, id eſt, antequam pupillus ſoluat, vel antequam Areſcuſa pariat, vel antequã fructus in dicto fundo naſcantur, nunquid tranſmitteret ad hæredem ſuũ petitionem prædictorum vt ſcilicet, hæres legatarij habeat petitionem, ſi pupillus poſtea ſoluat: vel partus ipoſtea edaẽ per Areſcuſam, vel fructus ex dicto fundo poſtea ꝓueniãt? Et videtur quòd nõ quia in his legatis conditio ineſt, vt dictum eſt: & petitio legatorum conditionalium non ſolet tranſire ad hæredes legatariorum pendente conditione defunctorũ: ut ſ. l. poſt diem §. ſed ſi ſub conditione. Reſponde tur tamen hic, quod hæres legatarij bene habet petitionem: nec eſt contrarium quod dixi petitionem cõditionalium legatorum non tranſire ad hæredes legatariorum pendente conditione defunctorum: quia il lud habet locum, cum legatis apponitur conditio expreſſe: hic autem ſubintelligitur conditio tacitè. nam dies legati cui conditio non adſcribitur, ſ. expreſſe, cedit, ſ. quantum ad tranſmiſſionem: quamuis extrinſecus ſit expectanda conditio, vt eſt in noſtris caſibus prædictis Vi.

haredem tranſmittit.

Quæſtio. XXV.

VM illud, aut illud legatur, enumeratio plurium rerum diſiunctiuo modo cõprehenſa, plura legata non facit. Nec aliud probari poterit, ſi pure fundum alterum, vel alterum ſub conditione legauerit. nam pendente conditione non erit electio: nec ſi moriatur, ad hæredem tranſiſſe legatum videbitur.

r Cum illud. Eſt diſiunctio teſtatoris, non legis.

s Diſiunctiuo. Secus ſi copulatiuo: vt ſupra, de lega. 2. l. 2.

t Non facit. Sed vnum eſt: ut ſupra, de le. 2. l. ſi illud. quod eſt verum quantum ad unam ſolutionem ſed plura poſſunt. dici, quia plures res numerantur: vt ſupra, de leg. 2. l. ſi quis ſeruum §. quæ eſt contra ſecundum R. vel dic vt ibi: Item not. in alternatiuis vtrumq; deberi: vt no. ſ. de conſtit pecu. l. illud. & ſ. de verbor. obli. l. ſi duo rei.

u Nec ſcilicet vt ſint plura. nam nec hic ſunt plura.

x Aliud. A prædicto caſu, qua a & hic vnum eſt: vt ſupra, de leg. 2. l. illud. 2 reſpon.

y Electio. Tunc eſſet propriè electio, quando de duobus, vel pluribus poteſt quis eligere quod vult: quod hic non eſt: quia conditionale non poteſt eligi. ſiue teſtator dederit electionem legatario, ſiue ex natura alternatiui debiti hæres debet eligere: vt ſ. de vſufru. lega. ſi Titio.

z Nec ſi moriatur. Scilicet legatarius pendente conditione.

a Legatum. Sub conditione relictum. nam purũ ſic: vt ſ. eo. l. vſufru in princ. ſm quoſdam. & arg. ſ. eo. l. ſi penum. Sed tu dic neutrum tranſire ad hæredem: vt ſ. eo. l. cum ita. in prin. & l. huiuſmodi. nec ob. l. illa, ſi vſufru. quia ibi ante mortẽ legatarii certũ fuit condõnem defeciſſe, ſub qua legatum erat relictum. ergo ſolum aliud remanſit in legato. argu. ſ. de contrah. emp. l. ſi in emptione. §. penul & ſ. de ſol. l. Stichum. in princip. & eodem modo reſpon. ſ. eod. l. penſum. ſed hic viuo legatario non fuit certum conditionem nõ de-

bere existere, quę erat in legato appositа: & ideo secus quam ibi dicitur H.

a Petitor. Aliàs creditor, aliàs petitor, i. creditor, idem que testator. Acc.

b Nihil ei debet. Scilicet ciuiliter, sed naturaliter, vt subijcit: & sic erat proximus pubertati. aliàs nec naturaliter: vt infra, de act. & oblig. l. pupillus. & dic vt no. ff. tit. l. Seius, §. fi cius. Item facit ff. ad leg. Falci. l. fi pupillus.

In P. F. q̃ mihi Seius debet.

Titius. Legatarius.

In P. F. deest negatio: sed non recte omissa illic est.

In illo fundo. In his inest tacita conditio: vt ff. de verbo. obli. l. interdum.

Sec⁹. n. si expressa q̃ impediret legati trãsmissionẽ B. Lvnic ver. pone testor. C. de cadu. toll. Bart. l. 2. dixiones. & ibi glos. ff. de cõdi. & demon.

Non est. Scilicet prædictis, vbi deest q̃ conditio inest: quia hic est tacita: vt subijcitur, quæ non facit legatum conditionale quo ad trãsmissionem: vt ff. de cond. & demon. l. 1 §. 1. & l. conditiones.

Adiecerunt. Expresse.

Cedit. A morte testatoris & facit ff. de l. quod pure. § 1. & hæredis.

Irmio.

Conditio tacita, qua inest ex natura rei legatæ, transmissionem legati non impedit.

Hæres meus Titio dato quod mihi Seius pupillus debet. Si Seius pupillus sine tutoris authoritate nummos accepisset, nec locupletior factus esset, & petitor ad præsens debitum verba retulit: quia nihil ei dẽt, nullius momenti legatum erit. Quòd si debiti verbo naturalem obligationem & futuram solutionem cogitauit: interim nihil Titius petet, quasi tacita conditio inserta sit: non secus ac si ita dixisset, Titio dato quod pupillus soluerit. vel si legasset, Quod ex Arescusa natum erit. Vel fructus, qui in illo fundo nascentur, contrarium non est. Quod si medio tẽpore legatarius, moriat, & postea partus edatur, fructus proueniant, pecuniam pupillus exoluat: hæres legatarij petitionem habet. Namque dies legati, cui conditio non adscribitur, quamuis extrinsecus expectãda sit, cedit.

Pone q̃ Titius habebat fratrem, q̃ vocabatur Firmius Hæliodorus: fecit d. Titius testamẽtum, & instituit sibi hæredem filium suum, ponamus: & ita dixit in testamẽto, Firmio Hæliodoro frat. meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni, & decessit dictus Titius testator. nunquid per illa uerba, ex reditu prædiorum meorum futuri anni &c. postea, siue vltimo posita, vitiatur conditio addita legato prædicto? Et respondit, iurisconsultus non videri conditionem additam dicto legato siue per verba prædicta postea, siue vltimo posita in legatoris: sed videri prorsus tempus solutionis pecuniæ. vnde si Firmius Hæliodorus decedat intra tempus, bene transmittit ad hæredem suum petitionem legatis vt ff. l. prox. in fi. Vel dic q̃ verbum postea determinet verbum respondit, i. post prædicta responsum Iurisconsultus interrogatus, non videri conditionem &c. Sed quid si in futuro anno de quo dixit testator, quod intelligo de proximo: non percipiatur ex fructibus fundi, siue fundorum tot reditus qui sufficiant pecuniæ relictæ præstandæ dicto Firmio Hæliodoro? certè erit necessaria vbertas secundi anni.

¶ Cum ab hæredibus. Ponamus, quòd Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredes Petrũ, & Seiũ, & ponamus quod ita scripsit, siue scribi fecit inter alia verba in testamento suo, ab hæredibus meis alumno centum dari volo, quæ centum volo deponi apud Caium, vt in ann. xxv. tãtæ usuras eius summæ percipiat alumnus à dicto Caio, eãq; alumno meo post ætatem suprascriptam curabis reddere, siue Caius depositarius: & decessit d. Titius testator & postea decessit dictus alumnus intra 25. an. nũquid fideicommissum transmissum est ad hæredem pueri, siue alumni? Et dicitur q̃ sic, & est rõ: quia videtur certa ætas præstituta forti soluendæ, non autem videtur inserta conditio fideicom. relicto pure, si enim esset inserta condõ per verba testatoris, non diceretur ad hæredem pueri, siue alumni tranmissum esse fideicommissum: cum fideicommissa conditionalia non transeãt ad hæredem fideicommissarij decedentis condit one pendente. quãuis autem dictum fideic. sit transmissum ad hęredem pueri, siue alumni, tamen ante illud tẽpus, quo compleuisset alumnus xxv. annos. si viueret, non peti posset idẽ fideicom. ab eo Caio, penes quem voluit testator pecuniam, siue dicta centum collocari non põt peti dico per hẽdem alũni, vel hæredes testatoris, & hoc euenit propter dicta verba testatoris, eaq; alũno meo post ætatẽ suprascriptam curabis reddere &c. quasi dicat non ante. & quamuis ante dictũ tempus fideicom. nõ possit peti a dicto Caio depositario, tamen completo dicto tempore poterit hæres alumni petere ab hæredibus testatoris idem fideicommissum, qui hæredes testatoris debuerunt stipulari à Caio depositario eo tpe quo depositum apud eum dictã pecuniã dari sibi hẽd bus testatoris, vel et alumno. vel hẽd. bus eius dictam pecuniã adueniente 25. ann. quibus siue fussores ab eo depositario super hoc non poterunt petere, cuius fidem defunctus testator voluit requirere. ergo alumni petet ab hẽdi bus testatoris, & hẽdes testatoris petẽt à depositario.

¶ Pater annua tot Ponamus, q̃ Titius fecit testamentum. & instituit sibi hæredem Seium suum filium, & quibusdam de bonis suis legauit Bertæ uxori suæ, & uoluit in eodem testamento uxorem præstare tot annua pecunia de fructu bonorum, quæ uxori legauit ac cessura filij patrimonio ad annũ ætatis eius filii 25. præter exhibitionem, siue alimentationem, filij eiusdem, quam æquè, siue eodem modo mandauit, & decessit d. Titius. quæro nunquid fideic. de dictis x. annuis fit vnum, vel plura? Et dicitur q̃ non sunt plura: sed vnum: cuiusdam certis pensionibus: & ito filio defuncto intra ætatem suprascriptam 25. ann. transmittitur ad hæredem filij eiusdem fideicõ. reliqui ipsis 25. an. Sed nunquid prædicta annua pecunia in initio cuiusq; anni poterit peti per hẽdem filij. vel per filium si viuam? Et dr̃ q̃ non: quia pater uoluit præberi filio dictam pecuniam ex fructibus datis vxori, i. ex fructibus bonorum vxori legatorum. & ideo videtur distulisse præstationem dictæ annuæ pecuniæ, donec vxor fructus percipiet in quolibet anno de bonis sibi legatis. si aũt pater destinasset dictam annuam pecuniam alimentis filiæ non dubiè persona filij deficiente videbitur extincta causa præstãdi dictam pecuniam annuã. alimenta enim cum vita alimentarij finiuntur: vt ff. de transact. l. cum hi §. constat. Vi.

Futuri anni. Intelligitur proximi: vt ff. de verb. obl. l. cum qui Calendis.

Postea. Hic accipe respondi, q̃d est ff. iurisconsultus, non videri &c. & sic transmitteretur interim: vt ff. proxi. in fi. & ff. prox. §. & C. eo. l. de his.

a Et fructibus. Alias est ex fructibus &c. & dic vbertatẽ necessariam esse secundi anni, non perceptis ex fructibus fundi sub tot reditibus, qui sufficiunt pecuniæ pstãdæ. aliàs deest ex. & dic fructib. fundi nõ præceptis. sub. tot ff. sufficiant ad relicta pecuniæ pstandæ necessariã vbertatem &c. & facit ff. de ver. obl. l. inter stipulantem, §. sacrã & ff. de an. leg. l. legatum. §. vini. & l. liberto. § ff. & ff. loc. & conduc. l. si vno. Sed contra ff. de vino le. l. 5. Sed ibi aliud apparet ex mente testatoris. Item arg. contra ff. de contrahen. empt. l. si debitor. §. 1.

In P. F. fini aptatũ fundi. i. admodũ & quantitatẽ legatæ pecuniæ cũ fructuum percepiendi æstimatio pecuniã nõ æquet. vid Duare. li. 1. Dispu. c. 12

Aliàs ẽ lex cõducto. §. Papi. lib. 4.

Triennes vsura dicunt, et aliasquoq; admonuimus, q̃b quatuor i cẽtenariũ singulis annis vsura noie pendi tur: sic dicta, qũ vsura centesimæ pars tertia sint.

Transferri. Repete voluisset, i. hoc modo, vt infra &c. ad quod supra, de an. leg. l. 3 §. fi.

Nam certam. Sic ff. ea l. in princ. & ff. prox. § & supra, de annu. le. l. codicillis. in princ. & C. eo. l. ex his & C. de fideicom. libe. l. fideicommissaria. Sed contra supra e l. fi Titio in prin. & ff. de fideicõ. li. l. lege fideicõmissaria. § pe. & de manu test. l. fi ita & C. eo. l. si Pontionilla. & ff. de leg 1. l. fi cui. Sed solu vt ff. titu. 1. l. Seius & l. qui filiũ. § fi. H

Ab eo. Depositario per alumnum, vel per hæredes de functi. R.o. quia nõ dum cõpleuerat ętatem.

Collocari. Id ẽ poni. & dic voluit, scilicet etiã defunctus per hæredes.

Curabis. Tu depositarius reddere. Accursius.

Ab hęredibus. Id est alumnus petet ab hęrede, nõ à depositario. & hoc cõplta ętate. Vel si decessit ante tempus completum pet. hęres eius: vt C. de l. ex his. & hæres petet a depositario actione in rem, si extat pecunia, vel ex actionẽ depositi, vel ex stipulatu, si interceßit stipulatio, quæ ex hæredes potuit peti nõ satisfatio, vt subijcit, & ar. C. de epis. aud. l. de creationibus: & cum hoc videtur quod executor testamenti nõ teneat, vt hic, sicut nec agit, vt ff. ti. 1. Lucius. §. 1. Vel dic alumnus, vel eius hæres petet ab hęredibus testatoris actione ex testamento. Vel dic ab hęredibus, f. alumni petẽdum à depositario: sed tunc qua actione? Respon. ex stipulatu, si alũnus fuit stipulat⁹ à depositario: vel vtili rei vendicatione, si extat pecunia: vel vtili depositi, si ea lege fuit depolita, vel alũno d. vt C. ad exhi. l. si res, & semper dic completa ętate, nã sic testator vo

luit. sic ff. mand. l. diligenter. & deposita. l. 1 si cõuenit. Sed contra ff. ea. l. pen. vbi deponens põt pẽnitere, & repetere ante diẽ. sed hic nõ erat simplex depositarius nã & cõmodum medij tẽporis poterat habere.

Dari. Ab illo depositario.

Petendos. Ab hæredibus

Annua tot. Puta decem.

Vnum esse fideicõmissum. Imò plura: vt ff. eod. l. cum in annos. & de annu. legat. l. 4. Solu. quia hic dicit ex fructibus, videtur differre gratia hæredis, & diuidere petitionẽ, aliàs secus, vt ibi, & supra statim Accursius.

Non initio. Sed eo tempore quo fructus ex bonis percipiantur: arg. ff. eo. l. nec semel. 2. resp. & C. e. l. 1.

Deficiente. Nam constat alimenta cũ vita finiri: vt ff. de transac. l. cum hi §. constat. & idem in legato etiam simpliciter in singulos ãnos, vt no. ff. eo. l. cum in annos. & fuit C. qui non pos. ad lib. perue. l. fi.

Diuersitas. Inter vbi fuisset pactũ de nõ agẽdo de petita a certõe iter deponentẽ & ãpositariũ. quod no. p Alex. & Ang. in l. si vnus. §. illud ff. de pactis.

Iliusfamiliàs.

Titius instituit sibi hæredes, ponamus, Caiũ, & Seium, & etiam Lucium Titium, filium Martini purè in testamento suo, eidemq; Lucio Titio filiofa. dedit, siue reliquit fideicõmissum ponam⁹, de cẽtum. & eodẽ testamento. ita cauit, q̃ ego Lucium Titium hæredem instituti, ita eum adire hæreditatẽ voto, si is patria potestate liberatus fuerit & decessit dictus Titius, & postea cohæredes dicti Lucij Titij filiasa. eo Lucio Titio potestate patria nõ liberato adierũt hẽditatẽ, nunquid dies legati, siue fideicõmissi dicto Lucio Titio dati cessit, ita vt peti possit? Et dicitur quod si durè fuit datũ, siue relictum dictũ legatũ, siue fideicõmissum à cohẽde, siue a cohẽdibus dicti Lucij Titij filiafam. pro hæreditaria parte peti potest per patrem eiusdẽ Lucij Titij, cui patri per eundẽ Lucium Titium est acquisitũ, adhuc ab eo nõ emancipatum, non autem dictũ legatum, vel fideicõmissum potest peti pro ea parte hęreditatis, qua institutus fuit dictus Lucius Titius. ¶ Mẽtruos. Titius ponamus, instituit sibi hẽdes Seiũ, & Sẽproniũ: & rogauit eos, quod præstarent libertatẽ Sticho, & Pãphilo

XXVI.

Irmio Hælidoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni. postea nõ videri conditionem addi tam, sed tempus soluendæ pecuniæ prolatum videri, respondi: & fructibus fundi relictæ pecuniæ non perceptis, vbertatem esse necessariam secundi anni.

Tempus certæ ætatis adiectum causa legatarij, diem non conditionem inducit. Itẽ contra merum executorem legatarijs non datur actio. Bartolus.

Cùm ab hæredibus alũ no centum dari voluisset testator, eamq; pecuniã ad alium transferri vt in annũ vicesimum quintũ triẽtes vsuras eius summæ perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam, intra xxv. annũ eo defuncto, transmissum ad hæredem pueri fideicõmissum respondi. nam certam ętatem forti soluendæ præstitutam videri, non purè fideicommisso relicto conditionem inseram. Cùm autem fideicommissum eb eo peti non posset, penes quem voluit pecuniã collocari, propter hæc verba. Eamq; alũno meo post ætatẽ suprascriptã curabis reddere, fideicommissum ab hęredibus petendum, quipe cuniam dari stipulari debuerunt, sed fideiussores res ab eo non petendos, cuius fidem sequi defunctus maluit. Pater annua tot ex fructu bonorum, quæ vxori legauit, accessura filij patrimonio, præter exhibitionem, quam æquè matri mandauit, ad annum ætatis eius xxv. vxorem præstare voluit. Non plura, sed vnum esse fideicõmissum. Imò plura: vt ff. eod. l. cum in annos. & de annu. legat. l. 4. Solu. quia hic dicit ex fructibus, videtur differre gratia hæredis, & diuidere petitionẽ, aliàs secus, vt ibi, & supra statim Accursius. Non initio. Sed eo tempore quo fructus ex bonis percipiantur: arg. ff. eo. l. nec semel. 2. resp. & C. e. l. 1. Deficiente. Nam constat alimenta cũ vita finiri: vt ff. de transac. l. cum hi §. constat. & idem in legato etiam simpliciter in singulos ãnos, vt no. ff. eo. l. cum in annos. & fuit C. qui non pos. ad lib. perue. l. fi. Iliusfamiliàs. Titius instituit sibi hæredes, ponamus, Caiũ, & Seium, & etiam Lucium Titium, filium Martini purè in testamento suo, eidemq; Lucio Titio filiofa. dedit, siue reliquit fideicõmissum ponam⁹, de cẽtum. & eodẽ testamento. ita cauit, q̃ ego Lucium Titium hæredem instituti, ita eum adire hæreditatẽ voto, si is patria potestate liberatus fuerit & decessit dictus Titius, & postea cohæredes dicti Lucij Titij filiasa. eo Lucio Titio potestate patria nõ liberato adierũt hẽditatẽ, nunquid dies legati, siue fideicõmissi dicto Lucio Titio dati cessit, ita vt peti possit? Et dicitur quod si durè fuit datũ, siue relictum dictũ legatũ, siue fideicõmissum à cohẽde, siue a cohẽdibus dicti Lucij Titij filiafam. pro hæreditaria parte peti potest per patrem eiusdẽ Lucij Titij, cui patri per eundẽ Lucium Titium est acquisitũ, adhuc ab eo nõ emancipatum, non autem dictũ legatum, vel fideicõmissum potest peti pro ea parte hęreditatis, qua institutus fuit dictus Lucius Titius. ¶ Mẽtruos. Titius ponamus, instituit sibi hẽdes Seiũ, & Sẽproniũ: & rogauit eos, quod præstarent libertatẽ Sticho, & Pãphilo

seruis eiusdē Titij,& legauit dictis manumissis, siue manumittendis ad alimenta,siue cibaria eorū denos denarios,i.vtriq; eorum singulis mensibus decē denarios,& decessit dictus Titius postea heredes vocari à prætore adesse noluerunt,& causa cognita prætor pronunciauit liber tatem his dēri,&ex senatusconsulto facto temporibus diui Adriani sub Rubrio Gallo, & Cacilio primo cōsulib⁹. libertatem sunt cōsecuti:vt ff. de fideicom.li.l. cum verò. §.fubuentū quæritur ex quo tempore debeantur eis cibaria.siue menstrui denarij decem relicti ad alimenta,siue cibaria? & dicitur ex eo tempore eis deberi, quo liberi esse cœperunt.subaudi, & etiā ex eo tēpore, quo hæredes fuerunt in mora libertatis præstandæ: vt ar.supra, de leg 2. l si quid seruo & ita videtur intelligēda hæc lex saluo meliori intellectu, si per aliquē melior dicatur, vel inueniatur intellectus. Vi.

a Filiusfamiliàs . Extraneum.

b Instituit. Aliqs.

c Titiū. Eundemq; filiumfamilias.

d Fuerit.Not.quod in hæreditate tantum fuit hæc cōditio apposita. Hu.

e Peti posse.A patre, cui est quæsitū per filiū adhuc non emācipatum . Sed videtur conditio apposita in hæreditate repeti in legato:vt supra,de condit. & demon.l.duos.& de condi.instit.l.cum seruus,q̄ sunt p̄tra.Solut.hic expressit te purè legare. Vel,hic primo legauit,& postea instituit sub cōditione.secus si primo adiecisset conditionem,& post simpliciter legasset,vt ibi,Item quod dicit peti pro hæreditaria parte,id est, pro parte cohæredis,sed pro sua est in pendenti:quia si erit hæres,non valet sua portio : quia à seipso non potest sibi legari.alioqui etiam suam habebit iure legati:vt §.de leg 1.l qui filiabus.§.fi.& l.leq & de leg. 2.l.miles §.pro parte.& est ibi arg.pro Ioan.& Azo.q̄ dicunt quod instituta purè pro parte,interim ꝓ parte hæres est,non in totum:licet cohæres deliberet,vt nondum extiterit conditio suæ institutionis.ad quo est supra,de condi.& demon.l.hæc scriptura.§.1.& si pars hereditat.per.l.2.Sed arg contra supra,de viuū ac. l.idem.§ fi.

f Mensiruos. Legauit ad alimenta. vt ff. dicit.

g Manumissis. Id est,quos in testamento iusserat manumitti per fideicommi.

h Ex senatusconsulto Rubriano:vt infra.de fideic. liber.l.cum ver.§.subuentum.

i Cibaria. Id est,menstrua relicta.

k Cœperunt.Videbatur a tempore aditæ hereditatis: vt supra eo.l hæredis.§.fi.& l.leq.Sed ibi directa. hic per fideicommissū.sed etiam hic si fuit hæres in mora dandæ libertatis, non erit mora impunita etiā in legato,& in hæreditate:vt supra,d.l.eg.2.l.si qs seruo. vnde dic hic maximè. ex quo cœperunt esse liberi. Item not. etiam seruis sine libertate potest relinqui nomine alimentorum:vt supra, de alimētis, & cibaria.

l ex parte purè instituit hæredē, eiq; fidei commissum dedit,& eodem testamento ita cauit: Quòd ego Lucium Titium hæredē,institui, ita eum adire hæreditatem volo,si is patrię potestate liberatus fuerit. Quæsitū est, an à cohæredibus eius adita hæreditate legati filiofamiliàs dati dies cesserit ? Respondit: si purè sit datum,à cohærede filij pro hæreditaria parte fideicommissum peti posse.

Legatum menstruum relictum seruis debetur a tempore competentis libertatis.B.

Mēstruos denarios denos manumissis legauit, quæsitum est: cum absentibus hæredibus ex senatusconsulto liber tatem sint consecuti, ex quo tempore eis cibaria debeantur? Respondi: secundū ea, quæ proponerentur, ex eo tempore his cibaria deberi, quo liberi esse cœperunt.

Si fundus instructus relinquitur, dies legati cedentis inspicitur.Bar.

XXVIII.

I fundus instructus relictus erit: quærit, quemadmodum dari debeat:vtrum, sicut instructus fuit mortis tempore:an eo tempore,quo facti sunt codicilli: an quo peti cœperit? Respō dit: ea, quibus instructus sit fundus, cum dies legati cedat, deberi.

XXIX.

Ogo,quandoque vt hæres meus Titio decem det.Vtique decem hæres debebit: sed uādo,dubitari potest . Vtique cum primum potuerit, & dies cedit, & ab ipso petitur.

m Titius fecit codicillos, & in eis legauit Seio fundum instructum.ponamus Titianum:& decessit idē Titius. quaro quemadmodum dari debeat dictus fundus Seio, vtrum sicut instructus fuit tēpore mortis dicti Titij, qui fecit codicillos prædictos.an ita instructus sicut fuit eo tēpore,quo facti sunt codicilli: an ita instructus sicut fuit eo tempore,quo peti cœperit dictus fundus per Seū legatarium ab hæredibus dicti Titij: Et respondetur ea deberi, scilicet dicto Seio cum dicto fundo quibus instructus fuit idem fundus,cum dies legati cessit,i.ea quibus in structus fuit dictus fundus eo tēpore, quo decessit dictus Titius. Vi.

n Si fundus instructus. Hoc ex pone, vt C.de verborum signifi.l.1.& 2.

o Codicilli. In quibus fuerit relictus.& ꝓ hoc erat §.de leg.3.l.vxorem.§ testamento.& de aur.& arg.le. I.medico.in prin.sed alij catus ibi sunt.

p Legati. Id est,tempore mortis,si purum est:vt supra.l.si post.& facit §.de pig.l cum tabernam.

q Ogo. Seius,ponamus, fecit testamētum,& instituit sibi hæredem Caium:& ita postea dixit in eodem testamento:rogo, vt quandoque hæres meus decem Titio det.& decessit dictus Seius. quæro vtrum hæres debeat decem Titio. & quando debeat:& certe decem hæres debebit Titio.sed quando debeat,dubitari potest, vtrum debeat cum primū potuerit,l.dare:& non ante,an vero etiam ante & certè dies cedit,& ab ipso petit siue peti potest, scilicet cum primum potuerit hæres dare,scilicet commodè, & non ante:& ita punctua secundum meam literā. vtique decem hæres debebit.sed quādo,dubitari pōt, vtrum cum primum potuerit ? & subaudi postea respon.& dic,respondeo dies cedit,& ab ipso petitur,s. hærede per legatarium, scilicet cum primū potuerit commode hæres dare,sed intelexi, quod est vtriq; cū primum &c vbi ego habeo,utrum cum primum &c. & tunc est planior litera,& punctura post dictionē, potest.& responsio incipit ibi, Vtique cum primū.&c. Viuianus.

r Quandoque Id est, aliquando.

s Potuerit Cōmodè, vt §.de cōdit.& demō.l.hęc condi-

conditio si in Capitalium.& §.de ver.sig.l.nepos. sed an est conditionale?quidā ꝙ sic.Tu dic nō, quia hæc cōdō gratia hērdis apponitur:vt sup. e.l. quod purè.& facit §.de verb.obl.l. si decem cum petiero.Acc.

t Vod pupillæ. CASVS. Ponamus,ꝙ Titius legauit cētū Seię pupillæ , quando, siue quandocunque nupserit, & decessit dictus Titius . certè si ea pupilla minor, quam viripotens nupserit , non debebitur ei ante legatum,quam ipsa cœperit esse viripotēs , & est ratio , quia nō potest videri nupta, quæ virum non potest pati.Vi.

u Viripotēs esse cœperit. Id est, maior 12.ann.vt §.de adulte.l.si vxor.§.pen. & Instita quibus mod. test.infir. circa prin. Alij dicunt eam viripotentem cum potest cognosci,& esse matrimoniū statim arg.§.de verb.oblig. l.continuus. §.cum ita. & de hoc est §. de ritu nupt. l.4. & facit ad hanc l. sup. de condit. & demō. l.hæc conditio.& de libe.& posthum.l.filius à patre.§.si quis eo tempore.& §.de priuil.cred.l.2.§.fi.& supra, de iure dot.l.si sponsa.Item no. quod non videtur factum quod non legitime fit.sic supra,qui satisda.cog.l.quotes.cum suis concor.Acc.

Multa præclare in hāc sētia Aristo. li.7. pol.c. 6.

v Xori. CASVS. Ponamus,ꝙ Titius instituit sibi hæredē vxorem suam Seiam in duabus vncijs hæreditatis suæ,& Caium instituit in aliis decem vncijs eiusdem suæ hæreditatis, & dictum Caium substituit dictæ suæ vxori,& eiusdem Caii hæredis fidei commisit,vt si vxor nō esset hæres,restitueret ei vxori dotem suam,& etiam alia quædam,& postea decessit dictus maritus,idemque testator,& postea decessit vxor ante conditionem,i.antequam hæreditatē mariti adiret.nunquid dies fideicōmissi prædicti de dote,& de alijs quibusdam videatur cessisse cum moritur ipsa vxor , & ideo hæredib. eius vxoris debeatur dictum fideicommissum? & dicitur,si vxor prius decesserit,quam hæreditatem adiret,videri diem fideicommissi cessisse:& ita hæredibus eius debebitur fideicommissum . nam impletur ipsa conditio in ipsa exhalatione spiritus,iam enim adire non poterit, & sic cum existat condō,ea vxore viua,cedit dies legati siue fideicommissi,& transmittit ad hæredem suum vxoris:vt argum.supra eod.l.si vsusfructus. 2. & 3. respon. Viuia.

Illegitimè factū, fieri non uidetur.

w Sextante.Id est,duabus vncijs:vt Instit.de hære.instit.§.hæreditas.Acc.

x Substituit.Scilicet maritus.

y Hęredis.Scilicet substituti.

z Dotem.Quid valet,vt C.de fal.cau.adie.leg.l.3.

a Alia.A cohærede.

b Condōnem.Sub.qua erat legatum,s.si vxor hæres nō erit,q̄ impletur,si ipsa repudiasset: qa post non posset esse hæres,vt C.de repu.hær.l.3. item impletur in ipsa exhaltatione.spiritus, iam enim adire non pōt,

& sic cum extat conditio ea uiua,cedit dies legati,& trāsmittit.nec ob.§.de cond.inst.l.fi.quia vltimo mōēto vitæ videretꝝ posse impleri,si hæres erit, vel nō erit:quia nuda voluntate hoc fit:ut Insti.de hęre.qualli.& diffe.§.fi.sed certè imo nō pōt adesse volūtas,vel nolūtas dū moritur. & ſm hoc dic, & ꝓ .i.prius quam , &c. hoc autem indubitāter esset verum,si cōditio esset talis,quæ non posset impleri nisi dudum ante, vt si non ascenderis Capitolium:hęc.n.extitit ante mortem: vt d. l. de condi. institut.& sic transmittitur cū iā dies cessisset. potest ēt plus dici,ꝙ hæc conditio, si hæres non erit, similis est ei, si substitutus erit hæres, quæ non facit legatum conditionale.vt §.eod. l.si Titio.§.quædam.potest & aliter pōni casus, ꝙ fuit instituta sub aliqua conditione, & ante conditio nē illam, & antequā adeat dicessit: & hoc non nocet legatis à substituto relictis,vt §.eod.l. hæredis.sed hoc non videtur bene fiare per literam istam,si vxor &c.

Conditio nuptiarū non impletur ex nuptijs inualidis.

Labeo lib.vij.polte.a Iabole.epi.

XXX.

Vod pupillæ legatū est, quandocunque nupserit : si ea minor , quàm viripotens , nupserit:non antè ei legatū debebitur,quàm viripotens esse cœperit: quia nō pōt videri nupta, quæ virum non potest pati.

Conditio , si hæres non erit , morienti instituto purificatur. Bar.

Cod. li. xiiij. Dig. XXXI.

Xori ex parte sextante hæredi instrutæ substituit, & hæredis fideicommisit, si vxor hæres non erit,dotē ei , & alia quædam dari. post mortem mariti vxor ante cōditionem, & prius quàm adiret hæreditatem, decessit. Quæsitum est,an dies fideicōmissi,cum moritur,cessisse videatur,ideoque hęredibus eius debeat? Respōdi si vxor prius decessit, quàm hæreditatem adiret: videri diem fideicommissi cessisse.

TITVLVS III.

VT LEGATORVM seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

Vlpianus lib.lxxix.ad Edictum. I. Egatorū nomine satisdari oportere prætor vxor ante cōditionem, & prius quàm adiret hæreditatem, decessit. Quæsitum est,an dies fideicōmissi,cum moritur,cessisse videatur,ideoque hęredibus eius debeat? Respōdi si vxor prius decessit, quàm hæreditatem adiret: videri diem fideicommissi cessisse.

VT LEGATORVM SEV &c.

Hic titulus in C.cumulatur cum illo , vt in possessionem legatorum.

Legatorum. CASVS. Ponamus,quod Titius instituit sibi hæredem Seium: & pluribus legata reliquit,& decessit: petunt legatarij ab hærede , vt ipse satisdet de legatis eis̄oluendis,certè bene tenetur.satisdare , nam prætor putauit oportere satisdare nomine legatorum, vt detur, vel fiat eisdē,q̄bus testator voluit dari.fierive, & stipulentur legatarij ab hærede dolū malū abfuturū.& semper cogitur hæres satisdare legatarijs cuiuscunq; sit dignitatis ipse hæres, vel quantecunq; facultatū.nec sine rōne prætori visum est,q̄ hīs debeat legatarijs satisdare,imo bene cū rōne : qa sicuti hæres incūbit possessioni bonorum : ita legatarios nō debere carere bonis defuncti,sed aut satisdabitur eis ꝓ hērdē aut si non satisdatur,voluit prætor eos venire in possessionem bon.defuncti:& ēt successoribus legatorum, s.quib.legatum fuit purè, vel in diem certam , debet hīs satisdare, q̄uis illi successores legatariorum non admittantur ex iudicio defuncti, quia defunctus nil eis reliquit:sed admittuntur necessitate successionis eo quod succedunt legatarijs,admittūtur dico, quasi ad æs alienum.s.hērdis.nam legata sunt quasi æs alienum hērdis,quia hæres ea debet, & ēt debet satisdare. hæres procuratoribus legatariorum : Quid si legatarius est in potestate alterius?certè dēt cauere hæres ꝓ satisdationem ei, cuius iuri subiectus est legatarius. non solum autem cauere cum satisdatione hæredis, sed ēt successores hæredum debent satisdare legatarijs,& etiam ad cautionem compellitur fideicōmissarius vnius salis,cui est per hæredem restituta hæredi

tas ex senatusconsulto Trebelliano. Item compelluntur ad satisdationem etiam illi, qui exitum hæredes testatori, qui legauit per alios à testatore institutos, puta per seruos eorum, vel filios: & etiã successores honorarij compelluntur, i. qui succedunt de iure prætorio. Quid si legatarius est litem contestatus de legato contra hæredem omissa stipulatione de legato sibi soluendo per hæredem, & nõ petita satisdatione de qua dictum est ab hærede? certè nõ debebit cessare stipulatio, imò debebit hæres nihilo minus promittere, & satisdare legatario de legato. & idem probandum est in fideicommissis, quod dictum est in legatis. & hæc videtur esse intentio huius legis vsq; ad §. si cui. Vi.

a Putauit. In edicto. cuius verba non habemus.

Dic quòd in l. operis. loquitur in nuntiatione, quæ fit rei: non perſonę. hic verò in nũtiatione, quę requirit moram: quæ mora in caſibus huius §. legitimè contrahi non poteſt: vt l. ſi ex legati cã. ſ. de verb. oblig. Ad l. fin. ſ. alle. reſponde & dic, quòd ibi loquitur in pœna, quæ ex cõtractu defuncti deſcendit: & ideo ia cente hæreditate cõmittitur: vt infra de verb. oblig. l. ad diẽ. hic autem ex reſcripto non fit miſſio in bonis hęreditarijs, niſi ex mora ipſius non ſoluentis: quæ non poteſt cõmitti iacente hęreditate, cum per additionem incipiat deberi: vt ſ. eo. l. 1. §. fi. & l. ſi nemo. de re iudi. ſecundum Bar. & Oldra.

Hi fructus. Qui percipiuntur ex rebus hæredis.

Quæ. Scilicet vſuræ.

Debentur. Poſt moram: vt ſupra de le. 2. l. ſi quis ſeruo.

Pignorum. Conuentionalium. nam hic & eſt pignus ꝓ torium. Accur.

Imputari. Sic enim fit in conuentionali. vt C. de pigno. act. l. 1. & 2. & hoc ſi dies ceſſit: aliàs ſeruatur ex edicto: j. eo. l. qui legatorum. Acc.

Actio. Scilicet pignoratitia. Sic enim eſt in cõuentionali: vt ſupra de pigno. actio. lege, quamuis. & lege ſequenti.

Sed pignora. Scilicet conuentionalia.

Tantum ei. Vt ſ. de leg. 1. l. filius fami. §. ijdem principes.

Feſtinet. Hæres. vel dic legatarius. aliàs feſtinetur.

Ad ſententiam. Scilicet dandam de ſoluendo legato. Vel dic ſententiam conſtitutionis, quæ eſt, vt ſatisfiat: vt j. ea. l. §. ſatisfieri.

¶ Qui legatorum. Nunc reuertitur ad edictũ prætoris. nã ſupra prox. §. dixit cum fit miſſio ex cõſtitutione principis poſt ſex mẽſes in bonis hæredis. dicas ergo hic, quod ille, q mittitur in poſſ. rerũ hæreditariarum, ex eo quod hæres non ſatisfdat ei, debebit cuſtodire fructus &c. ſcilicet, qui ſunt in hæreditate

Auguſtus reſcripſit, certis ex cauſis enim in propria bona hæredis legatarios, & fideicommiſſarios eſſe mittendos, ſi poſt ſex menſes, quam aditi pro tribunali fuerint ij, quorum de ea re notio eſt, in ſatisfactione ceſſatum eſt: indeque fructus percepturos, quoad voluntati defuncto rum ſatisfiat. Quod remedium ſeruatur etiam aduerſus eos, qui ex aliqua cauſa fideicommiſſo moram faciunt. Satisfactionis verbum licet latius patet: tamen ad exoluendum legatum refertur. proinde & ſi remiſſa ſit ſatisdatio: reſcriptum locum habebit, quia mora fit ſolutioni. Sex autem menſium puto continuum tempus, nõ poſſeſſionum computandum.

Non poteſt dici ceſſatum, ſi non eſt perſona, quæ interpelletur. Bart.

Ceſſatum non accipimus, ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus, vel adoleſcens. Nam fruſtratio non debet huiuſmodi perſonis nocere, quæ ſunt indefenſæ. Certè ſi iacuerit hæreditas aliquo tempore: hoc tempus de medio detrahendum eſt.

Pignoratia habet locum pro pignore prętorio ſicut pro conuentionali. Bart.

Quæri poterit, an inuicem vſurarum hi fructus cedant, quæ in fideicommiſſis debẽtur? Et cum exemplum pignorum ſequimur: id, quod ex fructibus percipitur, primum in vſuras, mox ſi quid ſuperfluum eſt, in ſortem debet imputari. Quinimo & ſi amplius, quam ſibi debetur, perceperit legatarius: exẽplo pignoratitiæ actionis etiam vtilis actio ad id refundendum dari debebit. Sed pignora quidem quis & diſtrahere poteſt: hic autem fruitantum ei conſtitutio permiſit, vt feſtinet ad ſententiam. Qui legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionẽ mittitur, & fructus cuſtodire, & cætera debebit, & ratio quidem eſt, hæredem colere agros, ac fructus redigere, ſed cuſtodire legatarium fructus oportebit, ne ab hærede conſumantur. Quòd ſi hæres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario, cogere fructus, & coactos ſeruare. Quinimo, & ſi tales ſint fructus, quos primo quoque tempore venire expediat: vendere quoq; legatario permittendum eſt, & pretium ſeruare. In cæteris quoque rebus hæreditarijs miſſi in poſſeſſionem, hoc erit officium, vt vniuerſas res hæreditarias colligat: & ibi cuſtodiat, vbi domicilium defunctus habuit. & ſi nulla domus ſit: habitationem conducat, vel horreum quoddam in quo res collectæ

P. F. vt feſtinet. Cõcorcũ hoc. §. capit, quoniam frequenter. §. Italijs verò. cũ gl. ſuper ver. effect. ante fi. cũ vt lite nõ cõreſt. & gl. 1. in c. veritatis. in me. ibi. & ita vtergi. exẽ de dolo & contuma.

ditate, & in quibus eſt miſſus. & ratio quidem eſt hęredem colere agros, & redigere fructus ex illis agris, ſed oportebit legatariũ cuſtodire fructus, ne ab hærede cõſumãtur. ꝙ ſi hæres nolit fructus colligere: cerè permittendum erit legatario miſſo in poſſeſſionẽ colligere fructꝰ, & collectos ſeruare: veluti, ſi tales ſint fructus, quos expediat vendi etiã primo tẽpore, quo ſint collecti: puta quia non poſſunt ſeruari erit ẽt hoc officium legatarij in poſſeſſ. miſſi, etiam in cæteris rebus hæreditarijs, nedum in fructibus, ſcilicet vt colligat vniuerſas res hæreditarias, & cuſtodiat ibi, vbi defunctus habuit domiciliũ, ſi & nulla domus ſit ſua, ſ. legatarij, vel teſtatoris, vbi defunctꝰ teſtator habuit domicilium, cõducahabitationem, vel horreum, in quo cuſtodiantur res hæreditariæ collectæ: & ita debebit idem legatarius cuſtodire res hæreditarias ſcilicet in quibus miſſus eſt, vt hæredi non auferantur, neque pereãt, deterioresve fiant. ſi autem mittatur qui. ſ. legatarius in poſſ. rerũ hæredis ex conſtitutiones. ſ. Imperatoris Antonini poſt ſex menſes, de qua dictũ eſt ſ. ea. l. §. Impe. tor Antoninus. cauẽdũ, ſiue curandũ eſt, ne fiat uis eidẽ legatario vtẽti. & fruẽti ſubaudi: & ſi hæres velit colere legatario inuito, nõ audiret. nã ſecus eſt cũ mittit in poſſ. ex edicto ꝓtoris: vt ſ. videre potuiſti & hoc caſu cũ mittitur in bonis hæreditarijs ex cõſtitutione. vnde ſiue ex bonis hæredis, ſiue donec volũtati defuncti ſatisfiat: vt d. §. Imperator Antoninus 2 reſp. ſatisfiat voluntati defuncti quod ſic accipitur quoad voluntatẽ defuncti, vel ex fructibus rerum hæredis, vel aliũde ſatisfiat: & pertinet dicta cõſtitutio diui Antonini ad omnes illos à quibus vtiliter fide i cõmiſſum relictũ eſt, quãuis nõ ſint hæredes illi, à q bus fideicõmiſſum vtiliter eſt relictũ. par. n. vtilitas eſt in hæredibus à quibus relictũ eſt fideicõmiſſũ ex vna parte, & in eis nõ hęredib⁹: à q bus vtiliter fideicõmiſſũ relictũ eſt ex alia parte. vnde nõ eſt mirũ, ſi dicta cõſtitutio hẽt ita locũ in eis ſicut in hæredib⁹.

¶ In poſſeſſionem miſſus. Si legatarius eſt miſſus in poſſeſſionẽ cauſa legatorũ ſeruãdorum, & lltẽ eo, no mine conteſtatus ſit cũ aliquo. qui cõuenit eũ ſuper aliqua re de illis, in quibus eſt in poſſ. miſſus, nõ debet ante decedere de poſſ. quàm ei per hæredem fuerit cautum pro lite prædicta.

¶ Miſſus in poſſeſſionem. Si legatarius eſt iuſs⁹ mitti in poſſeſſionẽ rerũ hæreitariarum ex eo, ꝙ hæres ei nõ ſatisdat de legato ſoluendo, de quo dictum eſt ſ. ti. 2. l. 1. 3. reſpo. & ſ. ea. l. §. q in poſ. vel eſt miſſus

In P. F. & pati qdem hæredem colere agros, &c.

in poſſeſſionẽ rerum hæredis ex conſtitutione Antonini, ex eo, ꝙ hæres non ſatisfecit ei intra ſex mẽſes de quo habuiſti ſ. ea. l. §. Imperator. & hæres non admittit eũ volentem intrare poſſeſſio. habet idem legatarius edictum, ne vis fiat, propoſitum. ſi autem nõ vult proponere interdictum. ſed magis vult introduci in poſſeſſ. ipſo facto introducendus eſt in poſſeſſionem aut per viatorẽ, aut per officialem præfecti, aut per magiſtratus. miſſio autẽ locum habet, ſcilicet ex dicta conſtitutione Imperatoris Antonini, non tantum ſi quis legatarius ſit rogatus reſtituere alij totum id, quod legatũ eſt ſibi: verumetiam ſi rogatus fuerit reſtituere alij, vel id, vel aliquid ex eo, quod ſibi legatum eſt, id eſt, dicere, ſiue rogatus ſit reſtituere alij totum id, quod eſt legatum ſibi, ſiue partẽ ex eo, ſiue aliud pro eo. Viu.

Mittitur. Et edicto prætoris, ſed ſuperiori §. loquitur, cum fit miſſio ex cõſtitutione, ſiue reſcripto principis ſecũdũ Hug. idem tamen dicam fieri de his fructibus, quod de illis dictum eſt.

Nolit cogere. Aliàs eſt in tex. colore: aliàs cogere, & tunc dici, id eſt nolit colore agros, & ſic nec fructus coget, i. congregabit.

Cogere fructus. Id eſt colore, & ſic cogere.

Primo quoque tempore. Statim ꝙ ſint collecti: ꝙa non poſſunt ſeruari, ad quod eſt j. de vẽ. in poſſ. mit. l. j §. itẽ periculum, & de Carb. edict. l. ſed ſi is. §. quoties, & ſ. de min. l. & ſine. §. 1. & C. de admin. tut. l. 1. lex quæ. in fi. & l. ſeq. in fi.

Domicilium. Quod eſt, vbi maiorem partem fortunarum habuit, vt C. de incol. l. ciues.

Nulla domus. Siue vel teſtatoris.

Ex conſtitutione. Poſita ſ. ea. l. §. Imperator, quæ eſt de rebus hæredis poſt ſex menſes.

Ne uis. Vt j. ne uis fi. ei. l. fi quis. §. conſtitutum. & ſic ſi hæres vellet colore, nõ audiẽ iſto inuito. quod eſt ſecus in ſuperiori caſu. Item in alio differt cõſtitutio ab edicto: vt no. ſ. §. ceſſatum, in fi. §.

Fructibus. Vt & ſ. §. quæri.

Satisfiat. Hic exponitur verbum poſitum in conſtitutione ſ. eo. §. Imperator. Hug.

Conſtitutio. Quæ eſt in §. Imperator.

Vtilitas eſt. Ergo idem ius: vt j. de verb. oblig. l. a Titio.

Si. Id eſt quamuis.

Eo nomine, Id eſt pro legato petendo ab hærede. Hugo.

Pro lite, Id eſt, ꝙ expenſis litis, vel pro aliis factis occaſione.

occasionē rerum in quas missus est vt ſ. ea le. §. ſi alius. & §. qui legatorum vel pro lite, i. pro eo, quod est in lite, scilicet pro legato, & dices cautum, id est ſatisdatum: vt j. eo. l. ſi pecuniæ. §. 1.

a Missus. Id est mitti iussus.

b Propositum. Ne vis fiat ei, aut &c. scilicet: ſi magis voluerit & hoc habet locum, siue ex hoc edicto, siue per constitutionem Imperatoris fiat missio. & est hoc interdictū prohibitoriū. & restitutorium. vt j. ne vis fi. ei l. ſi quis missum in princi. & §. 1. & 2. & facit j. de dam. infec. l. ſi finitas. §. penul. & l. damni. §. non solū. & de nou. ope nuntia. l. prætor. §. deinde. Hug.

c Missio. Ex constitutione ſua. nam aliud est per edictū prætoris, vt j. ea. l. §. ſi Titio & dixi ſ. e. §. qui legatorum. Accur.

d Legatum. Sibi.

e Fuerit rogatus. Scilicet restituere.

¶Si Titio. CAIVS. Ponamus q̄ Martinus instituit ſibi hæredem, Petrū, & Titio purè legauit decem, & eius Titij fideicōmisit sub conditione, vt Sempronio restitueret dicta decē, decesſit dictus Martinus nunc Sempronius fidec. cōditionalis decem petit à Titio cui dicta decem legata sūt purè antequam dictum legatū de decem cōsequatur: vt ſatisdet idem Titius eidē Sempronio nomine dicti fideicommiſſi cōuentionalis, & Titius nō ſatisdat ei: certè nō iniquè ſtatuet prætor, vt magis det ipſe prætor perſecutionem dicti legati Sēpronio fideicomiſſario conditionali, scilicet contra hæredē. magis dico quā contrarium: vel quàm Titio legatario, cui erāt legata purè dicta decē, ita scilicet vt hic Sēpronius fideicō. ſatisdet dicto Titio legatario reddi ei Titio decem deficiente conditione fideicōmiſſi ipſi Sempronio relicti. Sed quid ſi Titius legatari[a] acceperit iam ab hærede dicta decē ſibi purè legata? certè æquū est cogi eum Titium inuicem ſatisdare Sempronio fideicō scilicet q̄ dabit eidē Sempronio fideicommiſſum aduenientē cōditione fideicōmiſſi: vel ſi nolit hoc casu Titius ſatisdare Sempronio, dēt dicta decem dare eidem Sempronio: & tunc Sempronius debet cauere, siue ſatisdare Titio de restituēdis ei decem ſi defecerit conditio fideicōmiſſi ipſius Sēpronij. Habuimus ergo ſup. quādo legatū Titij fuit purū, & fideicōmiſſum Sempronij relictum ſibi à Titio fuit conditionale. Sed quid ſi legatum de decem prædictis ſit relictū Titio ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, & fuit per fideicōmiſſum rogatus Titi[us] de restituendis dictis decē Sempronio ſub conditione, ſi Titius Cōſul factus fuerit, nec̄ nomine fideic. ſatisdetur, ſ. Sempronio per Titiū legatarium? certè ſi ei Sempronio Titius legatarius non caueat per ſatisdationem: æquiſſimum erit Sempronium fideicō-

*Vt, non est in P. F. sed infra vt magis Sempronio &c.

missum a ceipere, siue ſatisdationē ab hærede nomine legati, ſ. vt & ipſe legatarius Titius caueat fideicōmiſſario hoc, scilicet q̄ cauit hæres. nā licet caueritt hæres fideicommiſſario, nihilo minus eidē fideicōmiſſario debet cauere legatarius, & hoc est in litera, vt & ipſa legatarius hoc cauet. dicam fortè, vt & ipſe fideicōmiſſarius caueat legatario] hoc, ſ. quòd reddet legatario dicta decē, ſi quenerint ali quo mo ad fideicōmiſſarium & postea deficit cōditio fideicōmiſſi, & exiſtat cōditio legati. Sed quid ſi Titius cui legata fuerunt decem ſub cōditione, ſi nauis ex Aſia venerit: acceperit iā ab hærede ſatis, siue ſatisdationem de legato ſibi ſoluēdo, ſi nauis ex Aſia venerit ſubaudi: nec vult idem legatarius cauere, siue ſatisdare Sēpronio fideicommiſſario: cui p̄ teſtōrem fuit relictū ab eodem legatario fideicōmiſſum ſub conditione, ſi Titius Conſul factus fuetit? certè decernendum erit magis dādam actionem, ſcilicet ex ſtipulatu contra hæredem Sempronio fideicom. quā Titio legatario ex ea ſatisdatione, quā accipit idem Titius legatarius ab hærede in eo ſcilicet caſu, quo exiſtet conditio fideicommiſſi eius Sempronij. & hoc eodē caſu, ſcilicet cum non est ſolutum Titio per hæredem legatū ſed tantū ei est ſatisdatū: & ſi ipſe Titius legatarius non vult ſatisdare Sempronio fideicōmiſſario: danda erit fideicommiſſario perſecutio, ſcilicet p actionem vtilem ex teſtamento, etiam ipſius legati Titio ſub cōditione relicti, ſi cōditio eius legati extitit, ſcilicet ſi fideicōmiſſarius fuerit paratus cauere legatario deficiente, ſ. conditione fideicommiſſi reddi legatario per fideicōmiſſum decē legata ſub conditione eidem legatario, cuius conditio legati iam extitit, vt dixi. Viu.

c Fuerit. Puta decem.

d Legatarius. Titius.

e Non det. Scilicet Sempronio.

f Vt magis. Scilicet quam contrarium.

g Perſecutionem. Contra hæredem.

h Vt is. Scilicet Sempronius ſatisdet Titio &c.

i Titius. Legatarius.

k Eum. Titium.

l Inuicem ſatisdare. Id est Sempronio: vel tradere decem, & recipere ſatisdationē à Sempronio de reddēdo, ſi ſua conditio deficiat, vt in ſuperiori. §. & facit ſ. tit. 1. l. poſtquam. §. 2 Sed arg, contra. j. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi quis quia, & ſ. de eden. l. ſi qs ex argentarijs. §. prohibet.

m Neque fideicommiſſi. Scilicet nomine.

n Satisdetur. A legatario.

o Vt & ipſe. fideicommiſſarius legatario caueat, ſ. quod

quòd reddet in defectum ſuæ cōditionis, ſ. exiſteret cōditio legatarij, & ſic est in litera, vt & ipſe caueat. ſed quomodo reddet, q̄d non habet? habeas ergo in litera: ut etiam ipſe legatarius: nam licet caueriti hæres nihilominus & legatarius.

a Dandā actionē. Ex ſtipulatu.

b Perſecutio. Per actionē vtilem ex teſtamento.

c Solum. Scilicet legatario.

d Eius. Scilicet legati, non fideicommiſſi.

e Legatario. De reddendo, cum legatarius non caueat. & facit ſ. tit. 1. l 1. §. & decē, cū ſeq. & ſ. ad exhib. l. Iulianus. §. ſi tibi decem.

f I pecuniæ. Ponamus, q̄ Titius inſtituit ſibi hēdem Seium, & legauit Sempronio vſumfructū pecuniæ numeratæ, puta centum libras, & in eodē teſtamento cauit idē Titius, ne eo nomine ſatisdaretur, indefinitè loquendo, & non ex primēdo ſuper quo nolebat interponi ſatisdationem. duobus enim modis potuiſſet interuenire ſatisdatio, ſi teſtator non dixiſſet, ne eo nomine ſatisdaretur, vno modo delegato præſtādo ab hærede legatario, quā præſtaret hæres legatario, alio modo de reſtituēda tāta pecunia hæredi p̄ legatariū finito dicto quaſi vſufructu pecuniæ numeratę: qua præſtaret legatarius hęredi nunquid dicta ſatisdatio, quā dēt legatarius facere hęredi, videtur ei taliter remiſſa, q̄ non teneatur ſatisdare hēdi, & ſic ſit ei ꝓprietas pecuniæ legatæ? nam cautio conſueuit esſe apud hēdem loco proprietatis: vt ſ. de vſufr. ear. rerū, quę vſu conſu. l. 2. in fi. & dic q̄ non est remittendum legatario ſatisdare prędicto modo hęredi, & vſumfr. pecunię habere: & propterea in hanc propoſitionē nullę erūt partes prętoris, scilicet ad cogendū hæredem dare pecuniam legatario, antequam ipſe legatarius hæredi ſatisdet: quia niſi ſatisdetur hēdi per legatarium, agi cum hærede non poterit, & ſecundū hoc nihil reſpōdetur hic de ſatisdatione, quam ſolet præſtare hæres legatario de ſoluendo ei legato, de quo dic, vt no. ſ. tit. 1. l 2. & l. fin.

Quòd ſi iam accepit legatarius ab hęrede ſatis: decernendum erit, ex ea ſatisdatione magis fideicommiſſario, quam legatario dandam actionem, in eum, ſcilicet caſum quo fideicommiſſi eius conditio extitit. Ipſius ēt legati perſecutio dāda erit fideicōmmiſſario, ſi nondum ſolutū est, & conditio eius extitit ſcilicet, ſi fuerit fideicommiſſarius paratus cauere legatario.

Legato vſufructu pecuniæ numeratæ, legatarius tenetur ſatisdare hæredi, licet teſtator ſatisdationē exigi prohibuerit.

Iulianus libro xxxviii. digeſtorum. VI.

I pecunię numeratæ vſusfructus legat⁹ eſſet, & in teſtamento cautum, ne eo nomine ſatisdaretur proprietas legata non est: ſed legatario permittēdum est ſatisdare, & vſumfructum pecuniæ habere: & propterea in hac propoſitione nullæ prætoris erunt partes: quia niſi ſatisdetur, agi cum hęrede non poterit. Qui fideicōmiſi ſeruandi cauſa in poſſeſſionem miſſus est: non prius de poſſeſſione decedere debet q̄ ei fideicommiſſum ſolutum, aut eo nomine ſatisdatum fuerit. Nam q̄ ſi integra re fieret: in poſſeſſionem non mitteretur: id cum offeretur, diſcedere à poſſeſſione debet:

Modeſtinus libro xii. reſpōſarum. VII.

Vm venter in poſſeſſione est: nullus legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionē eſſe poteſt.

Paulus libro vii. quæſtionum. VIII.

Mortuo teſtatore, q̄ legata quibuſdam reliquit, & qui reliquit vxorē prægnantem, miſſo ventre in poſſeſſionem, id est, vxore nomine ventris, nullus poteſt eſſe in poſſeſſ. cauſa legatorum ſeruandorum. Viu.

Cum venter. Id est mulier nomine ventris.

Eſſe poteſt. Et est ratio, q̄a nato poſthumo ſ. ſipitur teſtamentum, & ſic legatū nullum. hoc nō valet quia & hēde deliberāte fit miſſio: & tamen poterit eſſe nullū. vt ſ. eo. l 1 §. fi. vel est ratio fauor vētris, cui faueſ, & aliās: vt ſ. de ſtatu homi. l. qui in utero. Vel tertio, q̄a miſſo ventre in poſſeſſio. curator datur bonis: & ſic est conſultū legatarijs & creditorib⁹. vt j. de ventre in poſſ. mitten. l. 1. §. quoties. & §. mulier. & §. eligere. ſecundū Hug. ſed hoc nil valet: q̄a & per hęredem eſt conſultum, & tamen ſatisdat. Itē quid dices ſi eſt facta miſſio ex Carboniano edicto? Reſpon. idē quod hic. maximè quia ſperatur cō troueſia de hęreditate vniuerſali: cui non dēt fieri

† Alias & procedendū est in hac ꝓpoſitione ſed nullæ prętoris, &c.

† Paulus.

* Dū, in P. F.

prę-iu-

pr ẽ iudicium: quæ ratio tamen hodie cessat: vt C. de pet. hær. l. fi. in prin. §. 1.

Legatorum. CASVS. Ponamus, q̃ Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit Caio centũ, & vnum equum: & rogauit Seium hæredẽ, quod restitueret hæreditatem Sempronio, & decessit dictus testator: & Seius hæres restituit hæreditatem Sempronio petit nunc Caius legatarius à Sempronio, cui est restituta hæreditas. vt satisdet noie legatorũ, & Sẽpronius nõ satisfdat ei, certè Caius legatarius mittendus est in possessionem etiam earum rerum, quæ desierunt esse in causa hereditaria dolo malo eius Sẽpronij cui restituta est hereditas: subaudi nedum earum, quæ sunt in hæreditate. Viu.

Si legatorum. Scilicet nomine.

Nõ detur. A Trebell. successore, & facit ſ. eo. l. is cui. §. qui in possessionẽ, & §. fi hæres, & ſ. tit. 1. l. etiam. §. 1. & l. fi ex causa.

In P. Fl. incipit, Si nullæ sint res hæreditariæ &c.

Hæreditate. Per Trebellianum.

Tiam.

Si legatarius petit legatum ab hærede, puta centũ ei legata: & hæres condemnatus est ei in ea pecunia, & post condemnationẽ non soluat hæres legatario dictã pecuniam, nec ei satisdet de ea soluẽda subaudi: põt legatarius desiderare mitti in possessionem rerũ hæreditariarum ex hoc edicto. nam &, pro præsenti legato satisdatur. vt ſ. tit. 1. in prin.

¶ Cum sub cõditionibus. Legauit Titius Seio domũ Titianam ponamus sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad mensem: & eandẽ domũ legauit Caio sub conditione, si nauis ex Asia nõ venerit vsque ad mẽsem. cetrè si nõ caueatur eis per hẽdẽ vterque mittitur in poſſ. l. ex hoc edicto. & hoc põt dici extra casum: q̃ si caueat eis, sit eis cauendum sub cõditione, vt si teneatur vni, non teneatur alteri: vt no. ſ. ti. 1. l. sed & ipſis. 2. resp. Viu.

Etiam. Facit ſ. tit. 1. l. 1. §. plane. & l. etiam.

Cum sub conditionibus. Et facit ſ. ti. 2. l. sed & ipſis cum concordantijs.

Inutiles. Si hęres nõ satisfdat legatarijs, vel fideicõmissarijs, & ꝓpter hoc debet mitti in possessionẽ rerũ hẽditariarum, vt ſ. e. l. is cui. §. qui in poſſ. & res hæreditariæ sint inutiles, in quas legatarij, vel fideicõmissarij mittant, siue mitti debeãt: ita scilicet sint inutiles ut legatarij, vel fideicommiſ. in earum poſſ. venire non possint. vt quia sunt incorporales, quæ non possidentur: vt ĵ. de acqui. rer. do. l. seruus. §. incorporales. puta quia sunt in hęreditate nomina, siue actiones non tantum in rẽ, siue in res q dem hæredis mitti non possunt ante sex menses; sed per prætorẽ denegantur hẽdi hæreditariæ actiones & legatarij eas possunt persequi: dicas: tamen extra casum, q̃ post sex mẽses bene possunt legatarij mitti in poſſ. rerum hẽdis. & ſ. eo. l. is cui. §. Imperator. alij habent principium huius legis, si nullæ sint tres &c. & tunc dic nullæ, scilicet corporales. sed incorporales sic: & erit similiter plana Viu.

Si inutiles. Aliàs si nullæ, aliàs si inutiles, quod tantundẽ valet: vt ſ. quod cuiusque vniuerſi. nom. l. 1. §. pen. cum concordan.

Res. Corporales.

Hæredis. Nisi post sex menses ex cõstitutione Antonini: vt ſ. eo. l. is cui. §. Imperator.

Ipſi legatarij, & est sic ĵ. de re iud. l. à diuo Pio. §. 1 & §. sic quoque, & supra quod cuiusque vniuer. l. ciuitates.

XI.

I fideicommiſſorum, vel legatorum seruandorũ causa missus in possessionem, eam rem teneas, quæ mihi per fideicommiſſum relicta est, æquius est, a me eam habere, cui ea ipsa relicta est, quàm te, qui alterius fideicõmiſsi nomine ingressus in eam es. Nam & si mihi sub conditione legatum sit, & tu medio tempore in possessionem eius factus fueris legatorum seruandorum causa, deinde conditio impleta sit: non denegabitur mihi eius rei integra persecutio. Sic enim & si statuliberum ex eadem causa possi dere cœpisses, impleta conditione iustam tamen tibi non satisdaret, fuisti missus in possessionẽ rerũ hęreditariarũ causa seruandorum legatorum, vel fideicõmiſſorum: inter quas res hæreditarias tenes eã rem, quæ erat mihi relicta per fideicommiſſum, id est, dictum equum. certè verius est me, cui ea ipsa res relicta est, eã habere debere potius, quam te, qui es ingressus in eam nomine alterius fideicõmiſſi. & probat hoc per duo similia, quæ sunt satis plana vſq; ad §. si rei seruandæ &c. ibi autẽ dicas, q̃ si proprius creditor hẽdis missus esset in possessionem omnium bonorum causa rei seruandæ, siue debiti sui seruãdi, & fuisset adeptus possessionem rei p fideicõmiſsum mihi per testatorem relictę, puta dicti equi: ea occasione quia missus erat in possessionem causa rei seruandæ: conuenit me nihil lędi oportere ex hoc, qđ fuit adeptus poſ. dicti equi, non magis, quam si idem creditor hęredis accepisset pignori eam rem mihi per fideicommiſsum relictã. accepisset pignori dico ab ipso hęrede: quo casu sine dubio nõ deberem lædi: vt C. commu. de leg. l. fi. § sed quia noſtra maiestas. Viuianus,

Æquius est. Sic C. de pig, l. fi. & auth. ibi posita, & ſ. de pec. l. ex facto. § planè si ex republi. & de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedit. H.

Persecutio. Id est, actio in rẽ, quæ contra quẽlibet tenentẽ datur: vt ſ. de rei vend. l. officium. sed an actio ex testamẽto deſ. & vt qđ sic: vt C. cõmu. de leg. l. 1. & 2. & ſ. ti. 1. l. 1. §. planè & l. is cui. §. fi H.

Ex eadem causa. Scilicet legatorum.

Non

a Non potes. Aliàs non potest, scilicet talis missio: vt C. commun. de leg. l. fiuali. §. finautem, & in auh. ibi posita.

b Missus. In omnia bona: vt ĵ. ea. l quamuis.

c Hæredis. Secus in hæreditario: quia p̃fertur mihi vt C. de iure. deliberan. l. fi. §. sed & si legatarij. & facit ad §. principium huiꝰ legis. Acc.

MVnicipio. CASVS. Municipio bene potest relinqui fideicõmiſsum. & si municipibus nõ caueatur p hæredẽ nomine fideicommiſſi non asequuntur municipes, vt mittantur in possessionem rerũ hæreditariarum ex hoc edicto, sed erit opus extraordinario auxilio, videlicet, vt decreto p̃toris actor eorum in poſſ. mittat: sed si municipes sint instituti hẽdes: & ab eis sint legata vel fideicõmiſſa relicta, & nõ caueat à municipibꝰ legatarijs, vel fideicommiſſarijs. aduersus municipes quidẽ nõ dubitan. posse iri in possessionẽ ex hoc edicto. Vi.

In P. Fl. nihil me pedem læ di &c. quę dictio qđ significet, planè nõ video atq; hinc conijcere licet mul ta illic corruptè legi: quẽad modũ & supra ple riſque in locis annotauimus.

P. Fl. ex hoc edicto.

In P. Fl. nõ videã ad secutos in ve. exe. non videri eos assecuturos.

d Fideicõmiſſum. Vniuersale: vt ſ. ad Trebel. l. omnibus. & singulare, vt supra de leg. 1. l. fi hęres, §. 1. & l. ciuitatibus Acc.

e Si non caueatur. A municipio instituto hærede vel ſucceſſore per Trebell. alicui singulari legatario.

f Municipes. Si ipſi debeant legatum.

g Ipſos. Cum eis est legatum, vel ipſi municipio.

h Assecuturos. Scilicet possessionẽ: quia vniuersitas facilè consentire non potest: vt ĵ. de liber. vniuer. l. 1. cum concord.

i Actor. Vel seruus: vt ĵ. de acqu. poſſ. l. 2 & ſ. quod cuiusque vniuer. nom. l. fi. & ad Treb. l. ita tamen. in principio.

QVamuis. CASVS. Si hæres non soluat legatum, vel fidei commiſſum legatario vel fideicommiſſario, vel eo nomine non caucat cum satisfdatione legatario, vel fideicommiſsario, cũ scilicet caueri oporteat: prætor mittit legatarium, siue fideicommiſsarium in poſſ. omniũ bonorum, quæ sunt ex ea hæreditate causa legatorum seruandorũ, & hoc est verum: quãuis minima sit res legata vel per fideicommiſſum relicta quã nõ vult hæres soluere, vel eo nomine cauere cum satisfdat. cum scilicet est cauendum, cũ satisfdatione. nam quandoque non est satisfdandum, & not. ſ. ti. 1. l. 2. resp.

k Omniũ bonorũ. Vt ĵ. quib. ex cau. in poſſ. ea l. 1. libertatem eius impedire non potes. l Si rei seruandę causa in possessionẽ missus b sit proprius creditor hæredis, c & rem per fideicommiſſum mihi relictã adeptus fuerit: d nihil me proinde lædi oportere conuenit. non magis, quàm si ab ipso hærede eam rem pignori accepisset.

Marcianus libro vij. fideicommiſſorum. XII.

MVnicipio fideicommiſſum e relinqui posse, dubium non est. Sed si nõ caueatur, f aduersus municipes g quidem non dubitamus ex edicto iri in possessionem posse. ipsos h verò municipes, si eis non caueatur, i non idem assecuturos: k sed extraordinario remedio opus erit, videlicet, ut decreto prætoris actor l eorum in possessionẽ mittatur.

Etiam pro re minima legatarius mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum hæredis.

Alibi, emiſsum.

Vniuersitas nõ ẽ facile cõsentit: nec facile cõgregaſ. l. 2. §. deſ. de qa def ficile, §. d orig. iu. & alibi opus est, q̃ sint duæ partes ad minus antequã faciant actum. viđ per gl. in l. nulli. qđ cuiuſq; vniuer. no. alleg. in l. fun. §. hodie. de pac.

Valens libro vij. actionum. XV.

Nter- is Item quid dices, si sit alia fœmina de liberis videtur idem, cum eadem sit ratio: ergo idem ius, vt ſ. eodẽ l. is cui. §. constitutio: & arg. ĵ. de Carb. edict. l. sed & is. in princi. &. §. an autem. & de ven. in poſſ. mit l. vbicunque. §. 1. vel fortè aliud in remotioribꝰ, arg. C. de quæſtionib. l. diuo. extranei autẽ omnia debent seruare ex edicto. & nihil dimiuere etiã causa vescendi, vt ſ. eo. l. is cui. §. qui legatorum, vel in legatis & vſuris cõputare ex constitutione, vt supra e. l. is cui. §. quęri. & ad hoc ĵ. de Carb. edict. l. de bonis. §. qui pupillis, & §. non solum. Itẽ est hic arg. quòd vxor intra annum a tempore mortis viri sit alenda: quod dic vt no. C. de rei vxo. actio. l. cum autẽ. hic autem alio casu loquitur, quando scilicet est vxor in poſſeſſ. causa legati. Item facit ad l. ſ. de inoffic. testa. l. si instituta. §. deinoffic. & C. de ord. cogni. l. fin. Ac curſius.

Nterdum. CASVS. Si legatario non satisfdet hæres de legato soluẽdo debet mitti legatarius ſ. poſſessionem rerum hæreditariarum, hoc est earũ rerũ, quæ in causa hæreditaria manent: earum autẽ rerũ, quæ in causa hæreditaria non erunt, non aliter mittitur

& facit ſ. si quis omiſ. cau. testa. l. & si nõ totã. & l. seq. Sed ar. cõtra ſ. de dolo. l. fi. oleũ. in fi. & l. seq. Et not. q̃ de alia missione in rẽ loquitur C. com. de leg. l. 1.

Si in ipsam rem legatam, quam hic dicatur.

Vt legatorum. CASVS. Ponamus quòd Titius legauit filiæ suę nõ nuptę centũ, & cũ nõ caueretur, missa est in poſſeſ. bonorum hęreditariorũ. nunquid poterit diminuere de bonis ſ causa vescendi? & dicas quòd sic, si nõ habet quicquã suũ, vnde ali possit. & idem dico in nepte eiusdem Titij, & ꝓ nepte, & vxore. Viu.

Si filia. Scilicet defuncti legatarij esset missa, & sic de alijs sequẽtibꝰ. Accurſius.

Neptis. Ex filio vel filia. idẽ si ꝓnepote, siue sit ex nepte siue ex nepote.

Vxorve. Scilicet defuncti, sed quidã dicunt de vxore hęredis, dum dicit filia neptis &c. & sic de alijs. quod non placet: q̃ dicit nec nupta sit: qđ ad vxorem hęredis nõ potest referri. Sed quid dices de maribus decendentibꝰ? Respon. non idem, quia non sunt vitę senioris vel debilis vt fœminæ. ar. ſ. de transact. l. cũ hi. §. sed & pſonarũ & patet. q̃ in multis sunt alterius cõditionis quàm mares: vt sup. destatu homin. l. in mul-

Liber fil. posterior à Fabolapio. XIIII.

QVæ legatorum seruandorum causa bonis est: in causa vescendi diminuet, si filia, neptis, m proneptis, vxorve sit, nec nupta sit, nec suum quicquam habeat.

In tribus casibus contentis in litera non mittitur legatarius in poſſeſſionem rerum, quę dolo hęredis in causa hęreditaria non manserũt.

titur in possquã si dolo malo ſ. hæredis, vel alterius qui debet in ea causa, ſ. hæreditaria esse desierint: vt ſ. eo. l. ſi is cui §. qui ĩ possess. & ita debet mitti legatarius in possess. rerum hæreditariarum, q̃ desierunt esse in hæreditate dolo hæredis. hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus est: si hæres fecerit locum hæreditarium religiosum, puta in eum mortuum interendo. & ita fit nullius: & sic desinit esse in causa hæreditaria, vt arg. Instit. de rer. diui. §. nullius, & §. religiosum. Secũdus est, si hæres consecrauit quid, i. aliquid hæreditarium publicè p̃missu, ſ. Imperatoris. nam & illud desinit esse in causa hæreditaria. Tertius est, si manumiserit hæres aliquem seuum hæreditariũ in fraudem creditorum, id est legatoriorum, qui debent mitti in possessionem rerũ hæreditariarum: nã ille seruus desinit esse in causa hæreditaria: & hoc si habes in litera, aut si aliquẽ ĩ fraudẽ creditorũ manumiserit: vel habeas, aut si aliquẽ nõ ĩ fraudẽ creditorũ manumiserit &c. tũc suabaudi. sed manumiserit in fraudẽ legatarij vel legatariorũ. nã si in fraudẽ creditorũ hæreditariorũ, vel creditorũ ipsius hæredis manumisisset seruũ hæreditarium, nulla esset manumissio: vt Inſt. q. ma. nõ poſſ. in prin. & §. in fraudẽ. & ita non desinet esse in causa hæreditaria. Viu.

a Interdum. Regulariter enim est contra: vt supra eodem. lege, is cui. §. qui in possessionem, & §. sed nõ omnem.

b Locum religosũ. Inferendo moruũ in suum locũ, & tunc fit nullius: vt Inſt. de rer. diui. §. nullius. & definit possideri: vt de acqu. poſſ. l. qui vniuersas §. 1. & sic definit esse in causa hæreditaria.

c Permissu. Exponi publicè: sed certè imò videt p Pontifices etiã sine principe: Inſt. de rer. diui. §. fiunt. nisi sit locus publicus: vt ſ. de rer. diui. ſi. l. fiunt. in pr. sed dices hic speciale, cum alij prætudicet, vel illas intellige secundum istam.

d Non in fraudem. Statutẽ in fraudẽ, ipso iure non valet. vt Inſt. qui manu. nõ poſſ. in princ. fuit ergo dolus quo ad legatarios. prout in prin. l. patet, nõ ergo quo ad creditores: & est speciale his casibus. Alij dicũt factã manumissionẽ in fraudẽ vnius legatarii, alterius nõ: vt ille mittatur in possessionẽ in cuius fraudẽ fit, alter nõ. vt arg. ĵ. ex quib. cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. q̃ si aduersus. q̃ nõ placet: quia libertas tenet, vt hæc lex dicit. Item no. hic arg. q̃ legatarius nõ est creditor: vt ĵ. de act. & obli. is cuius, & ĵ. eo. l. is cui. §. fit plures. Item ad totum ĩ. est cõtra ĵ. q̃b. ſto. l. creditorib⁹. ĵ. de fcep. Bar. l. is cui. §. postquã. ſ. vti poſ. leg. & ĩ l. 1. §. ſ. & le. 2.

Habet in tacitã hypothecã pro legato etiã iure Digesto. l. creditorib⁹. ĵ. de fcepar. Bar. l. is cui. §. postquã. ſ. vti poſ. leg. & ĩ l. 1. §. ſ. & le. 2.

dum licet dolo malo fecerit hæres, quò minus res in causa hæreditaria maneant: non poterit in possesionem earum legatarius mitti: veluti, si locum religiosum fecerit, aut quid publicè consecrauerit permissu, scilicet Imperatoris: aut aliquem non in fraudem creditoris manu miserit.

DE BONORVM POSſeſſionibus.

¶ Dictum est de successionibus ex testamento de iure ciuili, vniuersalib⁹, & singularibus: sequitur de ijs q̃ iure prætorio succedunt. sic ĩ. de bon. poſſ. hæred. pet. l. 1. & quia hoc fit per bon. poſſ. ideo de his primo dicit in genere: postea per species.

TITVLVS I.

In hac lege cũ sequẽti Iuriſc. ponit effectũ bonorũ poſſeſſionis agnitę: quem effectũ pbat duab. rationibus. Bart.

BONORũ possessio

Vlpianus li. lxxxvi. ad edictum.

Onorum. Adeuidentiam no. quod ius bonorum possessionis, id est bonorum possessionis quæ est ius, scilicet persequendi. retinendique patrimoni, siue rei, quæ cuiusq; cum is moritur, fuerit: vt ĵ. eo. l. 3. §. bonorum, ergo &c. introductum est à prętore emẽdandi gratia veteris, id est, ciuilis iuris, id ẽ, supplendi, quia minus planè dixetat ius ciuile non cognoscẽs emancipatos: vt Instit. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati. vel dic emendandi propriè, vt in agnatis fœminis, vbi ius prætoriũ cõtra ciuile dixit: vt Inſt. de legi. agna. succ. §. sed q̃a, ne quæ solũ in jure testatorum hæreditatibus vetus ius eo modo prætor emẽdauit, sicut supra dictũ est: sed ĩ eorũ quoque, qui testõ facto decesserũt. nã si alienus posthumus hæres fuerit institut⁹, quãuis hæreditatẽ iure ciuili adire nõ poterat: cũ institutio nõ valebat, honorario tamẽ iure bonorũ possessor efficiebatur, videlicet cũ a prętore adiuuabatur: vt Institu. eo. in principio, est autẽ posthumus alienus, qui natus inter suos hęres testatori futurus nõ erit; ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneꝰ erat post humus auo, vt inſt. de ſ. §. posthumo. aliqñ tñ neq; emendandi, neq; impugnandi veteris iuris. sed confirmandi gratia po'licetur bonorum poſſ. nam illis quoq; qui rectè facto testo hæredes instituti sunt, dat fm tabu. bonorũ possessi. Item ab intestato suos hæredes agnatos ad bon. poſſeſſ vocat, sed & remota quoque bonorum poſſ. ad eos hæreditas pertinet iure ciuili: vt Inſtit. de ſ. §. quando. Item no. q̃ bonorum poſſeſſ. habet fimilitudinem cum hæditate, quia vt hæreditas commoda, & incommoda habet, vt ĵ. de verb. sig. l. hæditatis appellatio. ita & bono. poſſ. vt hic. imo & si non sint soluendo bona, dr hæreditas, vel bon. poſſeſſ. vtrisque idẽ est effectus, solũ differunt in eo, q̃ hæreditas authoritate iuris ciuilis nititur: vt d. §. aliquando. ibi, sed & remota &c. nec deliberat aditio hęreditatis authoritatem iudicis viuentis, nam extraneus hæres testamento institutus aut ab intestato ad legitimã hęreditatem aliquis vocatus potest, aut pro hęrede gerendo, vel etiã nuda voluntate suscipiendæ hęreditatis hęres fieri: vt Inſt. de hæred. qual. & diffe. §. fin. & dic vt ibi. at bonorum poſſeſſio nititur authoritate iuris prætorij, vt arg. in d. §. aliquando, & exigit agnitio eius p̃sentiam iudicis. prætor enim non potuit facere hæredem: quia hoc fit lege & senatusconsulto, sed bonorum possessorem loco hæredis constituit. vt Institu. eo. §. quos autẽ. Est ergo possessio alia ex dialis, vt quæ ex edicto prætoris mortui decernitur. alia decre talis quæ à viuo prætore decernitur vel hostie, quia non est necessariam eã decerni, vel dari, dicitur iudicialis à iudicis præsentis, qa in eius agnitione exigitur: vt ĵ. eo. l. 3. §. à municipib. & si tab test. nullę extabl. l. 1. §. 1. & C. e. l. fi. & Inſt. eo. §. fi. & C. de cu. fur. l. fi. §. 1. Item no. qđ plures sunt bonorum poſſ. vt no. hic sup litera. Ponamus ergo hic, quod Titio delata est bonorum poſſ.

Bonorum poſſeſſio quid est.

& ipse admisit eam. certè hæc bon. poſſ. per eum admissa tribuit ei commoda, & incommoda hęreditaria, ſ. quæ sunt iuris. Item tribuit ei dominiũ rerum, q̃ in bonis sunt, in quib. ſ. bonis est delata ei bon. poſſ. & per eũ admissa. nam hæc omnia sunt cõiuncta bonis. & bũ dico, q̃ bon. poſſ. ad missa tribuit prædicta. nam bonorum possessores habent in omnib. vice hæredem, ſ. ferè hæredi autem bene tribuuntur prædicta. bona aũt hic accipiẽda sunt, sicut plerunq; solemus dicere successionẽ vniuersitatis cuiusq; qua, siue per quàm succedit in ius mortui, & ſuſcipitur eius rei cõmodum, & incõmodũ: nam siue bona sunt soluendo, siue non: siue dãnum habent bona, siue lucrũ, siue sunt in corporib. bona, siue in actionibus: ꝓpriè appellabũtur bona in hoc loco. subaudi, quãuis alias bona proprie dicant ea, quæ nullum incommodum habent, sed solũ commodum, vt ĵ. de verb. sig. l. bonorũ appellatio. i. & l. proprie, & l. subſignatum, §. bona. Scias autẽ, quòd hæreditas bonorũve possessio non vtique est accipiẽda, ſ. taliter, q̃ sit, siue dicaꝫ possessio rerum, quę sunt in hęreditate mortui: bonorum enim possessio est magis possessio iuris q̃ corporis. i. iuris, & nõ corporis. denique & si nihil corporale sit in hęditate, attamen Labeo ait rectè agnitã bon. poſſ. eius, ſ. mortui. Quomodo ergo diffiniemus bon. poſſ. certè sic Bonorum possessio est ius persequendi. retinendiq; patrimonij siue rei, q̃ cuiusq; cum moritur fuerit, & dicas qđ est ius. ſ. prętorium. & non ciuile. & est ius propter qđ persequimur: non autẽ quo persequimur. vt sup litera not nemini autem acquirit bon. poſſeſſ. hoc dicit cum duabus legi. seq. vſque ad §. municipibus. Vlpianus.

2 Admissa. Quę olim etiã cum solennitate, & dicebaꝫ decretalis. quod die, vt ĵ. l. 3. §. sed & si nemo, hodie non, vt C. eo. l. pen. & vlt.

Bon. poſſ. q̃ ius tribuũt, sũt septem.

b Incõmoda. Quæ iuris sunt, ut actiones: vt & C. de iure delib. l. si sorori, & non facti, vt ĵ. de acq. poſſ. l. cũ hędes. sic ſ. ad Treb. l. facta, & C. vnde leg. l. non hoc. Item hæc sunt vera in bon. poſſ. q̃ tribuunt ius, q̃ sunt 7. duę est testamento fm tab. & contra tab. quatuor. ſ. ab intestato, vnde liberi, legitimi, vel agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor. Item 7. extraordinaria, vt institu. eod. §. sunt autem, & §. septimi. at tres sunt, quę non tribuunt ius: vt Carboniana. Itẽ ventris. Item quæ dãtur filio emancipato gfa agnoscendæ litis: de quibus hic nõ dicit. Nam primę cum causæ cognitione dantur, istę non: vt dices. ĵ. eod. l. 3. §. si causa.

c Itemq; dominium. Vtile. nã directum solus hęres habet: vt ĩ. de mi. l. ſi fine. §. sed qđed Papinianus ibi, & quod ait &c. hic autẽ non hæres, sed loco hędis est: vt Inſt. eo. §. quos autẽ. & l. prox. quæ huic continuatur, & ĵ. de reg. iur. l. prætor. Ac.

3 Sic in P. F. Val. aũt scripsit, tribuitur. &, ĩ prin. c. bonorũ possione, sed nõ rectè. Vide An. Aug. li. 3. emẽ. ca. 9.

Coniũcta. Vt ĵ. l. 3. in prin. arg. cõtra ĩ. de iur. do. l. mulier. Hug. sed ibi in contractu.

II.

Nomnibus enim vice hęredum bonorũ possessores habentur.

III.

Ona autẽ hic (vt plerunq; solemus dicere) ita accipiẽda sũt, vniuersitatis cuiusq; succesionem, qua succeditur in ius mortui, suſcipiturq; eius rei cõmodum, & incommodum. Nam siue soluendo sunt bona, siue non sunt, siue dãnũ habent, siue lucrum, siue in corporib. sunt, siue in actionibus: hoc in loco ꝓpriè bona appellabũtur. Hæreditatis autem, bonorumve possessio (vt Labeo rescribit) non vti rerum possessio accipienda est. est enim iuris magis, quàm corporis possesio. Denique & si nihil corporale sit in hæreditate: attamen rectè eius bonorũ possessionẽ agnitam, Labeo ait.

Bonorũ igitur possessionẽ ita rectè definiemus, ius persequẽdi, reti-

4 Omnibus. Fore subaudi: vt ĵ. l. 3. §. initio. & §. acquirere. Azo.

Vice hæredum. Non aũt verè sunt hæredes: vnde non habent peti. hæred. directam, sed vtilẽ: vel bonorum poſſ. Itẽ vtiles actiones hęreditarias: ciuiles tamẽ remanent, vt not. ĩ. de bonorum poſſeſſ. hæred. pe. l. j. & 2.

5 Ona autem. Iuriſconſ. volens definire quid sit bonorum possesio. ante omnia vult ostendere significationẽ huius verbi bonorum, & huius verbi possesio, quæ sunt simul compoſita. Primo ponit expoſitionem vſque ad §. inuito. & sic habet tres partes: vt in eo patet. Secũda ibi. hęreditas autem. Tertia ibi, Bonorum. Barto.

Hãc bonorũ poſſeſſionis definitionẽ elegan ter explicat & tuetur Alc. l. par. 4 cap. 1.

6 Bona autem. Quæ dictio includit in hoc verbo, bonorum posſesio.

7 Plerunq; Sic ĩ. ad Treb. l. nam quod, in fi. & l. ſi legatus. §. ſi quis. & ĵ. quo. bon. l. 1. §. 1. & ĵ. de verb. sig. l. bonorũ. i. & ĩ. de pet. hęred. l. itẽ veniunt. §. ait Senatus. his enim legibus bona & hæreditas idem est quantum ad effectum. Acc.

8 In hoc loco. Aliàs non, sed ea tantũ, q̃ sunt sine incommodo, ut ĵ. de verb. sig. l. bonorũ, 1. & l. ꝓprie, & l. subſignatum. §. bona.

9 Bonorũve posſesſio. Pro vna dictione ponit bonorum poſ. nec idem est posſesſio bonorum, & bono. poſſeſ. Accur.

10 Magis. Electiuè, non cõparatiuè, sic ĩ. cõmu. diui, l. ſi conuenerit. Idem in alijs, q̃ in iure consistunt, vt inſt. de reb. corpo. vel in corpora. §. 1.

11 Labeo ait. Vt ĩ. de pet hęr. l. hęreditas.

12 Ius persequendi. Dic ꝓtorium: non ciuile: vt differat ab hęditate & sic non obſt. ĵ. de verbo. sig. l. nihil aliud. Itẽ dic ius, ꝓpter quod persequimur, non quo ꝓsequimur, ad differentiã bonorũ poſs. per. hęr. sic enim non est instrumentũ agẽdi. nec enim dicit, ago bonorum poſs. vnde liberi, vel alia: sed ago peti. hęd. vtili, vel alia actione hęditaria propter bonorũ poſs. vnde liberi, quam agnoui, & hoc etiã patet: qa cõpetit possidenti: vt ſubijcit, retinendi &c. & ĵ. de contra tab. l. ſi prætenitus. & ĵ. de ſecund. tab. l. ſi ſub. & argu. ĩ. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. ſi filius. quod non esset si esset instrumentum agẽdi: qa nulla actio daꝫ possidẽti: vt ĵ. vti possid. l. 1. §. interdictum. Sed si agnoui bonorũ poſs. vnde liberi. probando me filiũ: & alius ueniat, ut agnoscat, & probet me nõ filium, an audiatur? Et videtur qđ nõ, postquam habui decretalẽ, vt ĵ. de acquir. poſſ. iuſte. & ĩ. de relig. l. at si quis. §. j. in princip. Sed dic contra: quia ſub hac cõditione videt prętor dediſſe, ſi filius est: arg.

arg. C. de diuer. reser. l. vniuersa. & de inst. & substit. l. generaliter. §. 1. Itē quæres inter alios acta nō iudicat. & facit ad hoc, no. C. quo. bon. l. 1. Item expressum est j. de leg. pstand. l. filium. §. si quis. Item an sit aliquis vocandus. dic vt j eo. l. 1. §. pen.

Res pro hæreditate, & alijs modis, Mādo. in Gl. Facul. §. Actā, i ver. reb^s.

¶ Rei. Id est patrimonij. pro eodem autem ponitur, nā rei appellatio etiā hæreditatem continet. vt Inst. de rebus corpo. vel ſcorpo. §. 1. Vel dic rei etiam singularis. nā & petit. hæreditat. pro re minima tota datur, quia in totum hæres est, vt supra de petitione hæredit. l. regulariter. & l. licet. & idē in interdicto quorum bonorum: vt infra de fur. l. hoc ampli^s. & l. seq. nec obstat j. quo. bon. l. 1. §. 1. qa subaudi: ibi tantum, vel dic rei, quando vna sola res est in hereditate, vt supra de hær. institut. l. ex facto. §. dicebam. Accur.

Hic bonorū possessionis definitionem elegāter explicat, & tuetur Alcia. li. para. 4. ca. 1.

In P. Fl. & decuriis.

¶ Inuito. Secus in hēditate quandoque, vt Instit. de hær. qual. & differ. in prin. & § sui. Item hoc verū, nisi sit rogatus restituere alij: vt ſ. ad Treb. l. 1. §. bonorū. item hoc verū de decretali. Sed qā de edictali? Secus: vt infra prox. §. sed & si nemo &c. & Io. cōtra. dicit enim edictalē non acquiri ignoranti, sed veluti pomum offerri. Azo. Item hoc verū directo. nec per obliquum: vt per filiū vel seruum: vt ſ. ad Treb. l. si legatus. §. si filio, & l. seruo. in princ. & §. 1. sed alia lucra per obliquum inuito acquiruntur, nō directo: vt supra de neg. gest. l. soluendo. & facit C. de iure de libe. l. nec emere, & C. vnde legi l. fi. & j. de reg. iur. l. inuito. Accur.

¶ A municipibus. CASVS. Ponamus qđ Titus instituit sibi hæredem aliquod municipiū, & decessit, nunquid bonorum pos^s potest agnosci a municipib^s? Et certè sic: proinde siue actor municipiū admittit bo. pos^s nomine eorū, siue quis alius, puta Syndicus eorū, vel cui ex lege permittitur, siue administrator municipij: rectè competit bonorum pos^s. sed & si nemo peter, vel agnouerit bo. pos^s nomine municipij: habebit municipiū bonorū pos^s edicto siue p edictū prætoris, ſ. mortui, i. habet edictalem bo. pos^s. & quod dixi in municipio, idē dicendum est in societatibus, & curijs, & corporibus. Vi.

¶ Municipibus. Et corporibus decurionū & est differentia, quia societas est, qñ non simul cohabitant: collegium quando sic, corpus est genus.

¶ Quis alius. Vt Syndicus, vel is cui ex lege pmittitur, siue administrator municipij: vt ſ. quod cuiusq; vni. l. 1. §. quibus, & l. nulli. & l. ciuitates, vel ēt in defectum extraneus, idoneus tamē: vt ſ. quod cuiusque vni. l. 1. §. pen. & j. de noui ope. nū. l. in quinciali. §. fi. & l. seq. & dic qp municipio, & ciuitati tantum secūdum tab. potest quęri. fisco autē & societatibus. & corporibus & curijs ēt ab intestato: vt ſ. ad Treb. l. recusare. §. si fisco. & §. item. & l. omnibus. & C. de hęr. decu. per totum.

¶ Prætoris. Scilicet mortui. & hęc dicit edictalis, vt hic alia est decretalis, q̄ à viuo prętore decernitur, de qua habes infra, de succes. edict. l. j. §. decretalis. vel dic quod vna est edictalis, sed non habet effectum: nisi decernat iudex dicēdo. decerno ei bonorum possessio. sicut dicitur in rescriptoria: vt C. quibus ex causis maiores, lege finali. sed hodie iudicialis potest dici, quæ olim dicebatur decretalis: vt not. ſ. l. 1. in principio.

¶ Dari autem.

Titius filiusfam. ponamus, instituit me hæredem de peculio suo castrensi, vel quasi castrensi. certè dabitur mihi bonorum possessio in dictis suis bonis. nam dari bonorum possessio potest tam patrisfamilias, quā filiusfam. si modo filiusfam. habuit ius testandi de peculio castrensi, vel quasi castrensi. sed & si aliquis apud hostes decedat: nulla dubitatio est posse admitti eius bonor. possess. quamuis decedat in seruitute.

¶ Si modo. Restringitur in filio ad testamentariam tantū: quia si institutus decederet pater, iure peculij, occupat etiam castrense: vt j. de castr. pecu. l. 2.

¶ Vel quasi. De vtroque potest testari vt C. de inof. test. l. fin.

¶ Dubitatio est. Quia fingitur mortuus ante captiui tatem: vt sup. de vulg. substit. l. lex Cornelia.

¶ Acquirere. CASVS. Per semetipsum, & p alium pōt quis acqrere bon. pos^s. Quid si me non mandante sit mihi petita bonorum possessio per alium? certe tunc mihi competit, cum habuere ratū id, quod actū est per eum. ſ. qui mihi petit bon. possess. Quid si ante decedam, quām ratum habeā? certe neque mihi competit: neq; hæredi meo potest cōpetere, si velit habere ratum tanquam meus hæres: cū ad eum non transeat bonorum pos^s. Et ad euidentiam §. si causa, not. qđ qñ datur bonorum possessio causa cognita, vt in illis bonorum possessio quæ tribuit ius: & quādoq; sine causa cognitione, vt his, quę nō tribuunt ius: vt j. quis ordo in bon. pos^s. ferunt. l. 2. §. dies. & § in bonorum. & de Carb. edict. l. 2. § causæ. De quibus tribuentibus & non tribuentibus ius, notatum est supra, eod. l.

¶ Dic ergo hic § q̄ si bon. possess. detur causa cognita: non dabitur al bi, quā pro tribunali. ſ. iudice sedēte. & est ratio: quia neque de plano, & sine causę cognitione pōt interponi decretum iudicis, qui decernit & dat alicui bo. possess. imo debet interponi ēt causæ cognitione, neq; potest dari, vel decerni bon. pos^s. causa cognita alibi quam pro tribunali. Vi.

¶ Acquirere quis. Liberho, paterfamilias, & maior 25. ann. vt dices j. eo. l. seruus.

¶ Per aliū. Scilicet procuratorē, qui habebat ēt generale mandatū: vt j. de sol. l. verò & arg. ſ. de admin. tut. l. fi. dueſ. sed hic exigit speciale, arg. ſ. de acq. hęr. l. si quis mihi bona. §. iussum. sed illud in hēditate ei utiliter acquirenda. vbi etiam iussus hēt procedere, vt ibi. quòd hic nō est necesse: vt ſ. ad Treb. lege seruo i princ. Item contra. supra de acquirenda hēditate, lege Paulus. Sed in hæreditate, quę nuda voluntate acquiritur. & sic stat̄m ex quo constituo procuratorē sum hæres, & ita nil habet facere: sed hic opus est cā peti.

Qui

¶ Quin non competat. Id est, non competat, vt pbat statim. & ſ. de acq. hær. l. si quis alicui. & inf. rem ratam habe. l. si is. & l. bonorum.

¶ Non trāseat. Not. non agnitam non transmitti: vt C. eo. l. emancipata. Sed contra infra. de contra tab. l. illud. §. si quis. & §. quod maximè. cum l. seq. sed ibi duo sūt speciales casus. & patet ibi ratio, & eadē ratione est speciale infra, d. Carb. edi. l. scriptus. & supra, de acqui. hær. l. ventre. quæ sunt contra. Item non ob. supra, de acquir. hæred. l. Pantonius. Sed ibi iure in integrum reſti. petit hæres: non communi iure, vt & ibi dicit. Item cōtra inf. de suc. edic. l. j. §. quib. Sed ibi defertur sequenti gradui non vt hæredi primi gradus. Item sic est in hæreditate de iure ciuili, vt non adita non trasmittatur, nisi in casibus: vt C. de cadu. toll. §. in nouissimo.

In P. F. non transeat ius bo. poſſ.

¶ Dabitur. Quæ ius tribuit.

dictus filius emancipatus, vel in poteſtate manẽs deportatus eſt, & ſic amiſit ciuitatem. & nõ libertatẽ, quæritur, an nepoti noceat, ſi dictus filius deportatus, ita quòd admittatur ad bonorum poſſ. contra tabulas ante nepotem, cum ambo ſint præteriti à dicto Titio? & verius eſt nepotem admittendum, ſcilicet ad bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas in vtroque caſu id eſt: ſiue erat in poteſtate, ſiue emancipatus filius qui fuit deportatus ſubaudi. & not. filiũ deportatũ non admittendum deportatos enim mortuorum loco habẽdos. Si et pater, & filius deportati ſint, & ambo reſtituti: dicemus, ad bonorũ poſſeſſionem admitti filiũ. Sed & filius in metallum damnatus, vel alia pœna. quæ ſeruum efficit, & reſtituturus ſit: nihilominus admittetur.

De hac, & ſimilibus reſtitutionib. et ezũ effectu Mãſup. ſigna. Gratiani. de Abſol. & rehabi. In P. Fl. addẽ Aliter non.

Hermogenianus lib. [illegible]

II.

Demq; eſt, & ſi pater pœnæ ſeruus efficiatur, & poſtea reſtituatur.

III.

NOn tantum autem ipſi emancipati admittuntur ad bonorum poſſeſſionem, verum etiam ij, quoque, qui ex his nati ſunt.

Si aliquis ex liberis adoptetur: durante adoptione ſuccedit prout adoptatus eſt: ea finita ſuccedit prout naturaliter vocatus eſt. Bartolus.

Si duos habens nepotes, alterum emancipatum loco filij adoptauerit: videndum, an ſolus ille quaſi filius admittatur. Quod ita ſcilicet procedit, quaſi patrem eius nepotis, quẽ retinuerat, ſic adoptauerit. Melius eſt autẽ dicere, poſſe eum ſolum ad bonorum poſſeſſionem peruenire. Sed ſi ſit hic nepos emancipatus: verum eſt dicere, non admitti eum quaſi filium. hic enim quaſi filius non eſt ex liberis cum iura adoptionis emancipatione finita ſint. Si filium habens, & eo nepotem, in locum filij nepotem adoptauero: ambo admittentur. planè ſi fuerit emancipatus nepos: non admittetur. quia pater eum præcedit. Si quis poſt emancipationem quæſitum ſibi filium, patri ſuo in adoptionem dederit in locũ filij: æquiſſimum eſt, ei præſtari, quod cui vis arrogato filio: idcircoque patri ſuo adiungendus eſt. Sed ſi emãcipatus hic nepos poſt adoptionẽ ponatur: æquiſſimum erit, eum abſtinere, recipit enim locum ſuum: nec debet patri ſuo iungi.

Sicut ille qui non adit hereditatem perdit ius ſucceſſionis, ita ſi efficiatur non capax ante petitam bonorum poſſeſſionem. Bar.

* Si emancipatus filius, vxore non ex voluntate patris ducta, filiũ fuerit ſortitus: deinde nepos patre iam mortuo ad bonorum poſſeſſionem aui velit venire: admittendus eſt ad eam. Non enim per reſciſſionem is, qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius: cum reſciſſio, quo magis admittatur, nõ quo minus, adhibeatur. Nam & ſi tam ignominioſam duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quàm patri, mulierẽ talem habere: dicemus & ex ea natum ad bonorum poſſeſſionem aui admitti: cum poſſit auus iure ſuo vti, eumque exhæredare. Nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioſo cognituruſ eſt, merita nepotis, quam patris eius delicta perpendet.

Non poteſt venire contra teſtamentum aui non obſtante quòd filius fuerit iuſtè exheredatus: vel iuſtè potuerit exheredari. Bar.

Si emancipatus filius præteritus ante petitam bonorum poſſeſſionem, arrogandum ſe dederit: amittit contra tabulas bonorum poſſeſſionem.

Datus in adoptionem alicui de familia non repellitur a contra tab ſi cum alius non præcedebat. Bart.

Si quis filio ſuo emãcipato nepotem, quem ex eo retinuerat, dederit in adoptionem, nepos iſte ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem aui ſui admittitur, patre eius ante defuncto: quia in eius eſt familia, qui & ipſe admitti potuit ad bonorum poſſeſſionem contra tabu. Idemque eſt, & ſi emancipatus filium, quem poſt emancipationem quæſierat patri ſuo in adoptionem dederit, & deceſſerit. nam & hic nepos iſte ad bonorũ poſſeſſionem patris ſui admitti debet, quaſi non

Cic. tſi in li. epi. ad Brutũ, acerbũ eſſe cenſet parentum ſcelera filiorũ pœnis lui.

*P.F.ga.

a Vide ad huius. §. Interpretationem q̃ ſcripſit Vigli. in cõmẽ. ad tit. de inoffi. teſt. circa prin. Inſt. li. 2

b Vide in hunc locũ Al. lib. 4. patet. c. 22.

a Admittẽdum. Et nihil ſeruatur filio. Sed cur ſecus in capto: vt §. ea. l. §. ſi ex tribus? Reſp propter ſpẽ poſt liminii: vt ff. de bo. lib l. ſi necem. §. ſi deportatus. & ff. de aſſig. lib. l. ſi. §. pen. Io.

b Habendos. Vt §. pro ſocio, l. actione. §. publicationẽ, arg. contra ff. de ver. obl l. ex ea patre. §. in inſulã. & §. de le. 2 l. cũ pater. §. hæreditatẽ. & §. ad Treb. l. ex facto. §. ex facto.

c Si et pone in duabus perſonis, ſcilicet patre: & filio & tũc dic patrem feciſſe teſtamentũ, & prærerito nem poſt reſtitut onem in integrum aliàs aũt teſtamentum faciũm eſſet irritum cap tis diminutionẽ te ſtantis. vt Inſti. quib. mod. teſt. infir. §. alio. Sed nonne cõuale ſceret: vt §. de iniuſto teſt. ſi quis ex, § pen. & ſecundum hoc loquitur ſequens. §. & lex. Vel mehus pone in tribus perſonis, ſcilicet auo, & patre nepotis, & ipſe nepote. & pater ſemper ſtetit in ciuitate: & tũc dic admiſit filium, ſcilicet ſolum. & ſic ſequẽtia intel liges, & continuantur cum ſuperioribus.

d Efficit Sed deportio tantum ciuitatem aufert, vt Inſt. quibus modis ius patriæ po. ſol §. cum autem. & §. ſerui. ſed hoc e nemo bene natus ex ſupplicio fit ſeruus: vt in auth. de nup §. quod autem pr us.

e Admittetur. Simpliciter accipe. ſi ponas in duabus perſonis. ſi aũt i tribus, ſubaudi ſolũ: vt §. prox dixi.

f Demq; eſt. Vel pone in duabus perſonis, & dic poſt reſtitutionem factum teſtamẽtũ: vel pone in tribus: vt ſupra l. prox. no. §. pen Sed huic legi, & fini ſuperioris legis eſt contra Inſtitu. de capi. di. §. quod autem. & inf. vnde cognati. is qui. vbi non reſtituitur cognatio per ſeruitutem amiſſa. Solu. ibi manumiſſio, hic fuit in integ. reſtit. per quã omnia priſtina iura teſtituuntur: vt C. de ſenten. pal l. 1. & l. fin. arg. contra Inſti. de ſeruit. ogna. vbi etiam manumiſſio, deſt ad ius cognationis. Sed ibi de nouo acquirtur, non vetus reſtauratur. Itẽ arg. cõtra ff. de pœ. l. aut damna. §. fi. Sed ibi fuit indulgentia, non reſtitutio in integrum.

g On tãtum. Verum etiã ii. Ordine ſeruato: vt §. l. 1. §. vocãtur. Azo.

h Nati. No. ex his, quia ſecus, ſi ex filiabus, vel neptibus etiam ex filio natus & eſt ratio: quia exhæredatis habentur: vt dices ff. e. l. illud. §. ad teſtamenta.

Procedit. Vt quaſi ſolus filius admittatur.

Melius eſt aũt. Autẽ pro quia alias pro ſed, vt corrigatur diſtinctio ſuperior. ſ. adoptauerit in patrẽ huius nepotis aut ſimpliciter, ſed ſm hoc nõ ita vocãtur vt de iure ciuili: q̃ a eo iure cũ filio vocatur alterius fratris filius vt Inſt. de hæ. quæ ab inteſt. defe. § cũ filius. & in auth. vt frat. filij. §. 1. & ſic eſt cõtra §. e. l. 1. §. vocant. Sed põt dici quòd ibi in contrario loquitur de liberis. qui ſunt in poteſtate, & qui veniunt ad contra tabulas & illis idẽ dẽt ſeruari, ac ſi ſ d iure ciuili ſuccederẽt. vt ff. i. j. l. is q. ſi pri. & ſic ſi remanet ibi aliqd ſpeciũ.

Quaſi filius. Sed quaſi nepos. Azo. & dic vt ſup. l. 1. §. qui filium.

Finita ſint. Vt C. de adop. l. pen. §. ſed hoc.

Filium habens. Scilicet ego.

Admitteretur. Tanquam filij.

Non admittitur. Nam per emancipationem diſſoluitur adoptio: vt §. prox.

Quæſitũ. Sed ſuperiori caſu ante fuit q̃ſitus, & facit

eſt ſupra, eo. l. 1. §. qui filium. & infra, de coniun. lib. l. 1. §. ſi pater ita.

Ducta. Quod fieri potuit. vt §. de ritu nup. l. ſi filius. ſed non impune, vt quando ignominioſam: quia poterit exhæredari ſm hæc iura: vt ſtatim dicet. Acc.

Mortuo. Secus ſi viueret: quia præcederet: vt ſupra, ea l. §. ſi filium.

Per reſciſſionem. Auiti teſtamenti & dic quòd reſpondẽtia obiectioni hoc modo. Filius emancipatus teſtamentũ aui reſcindit per cõtra tabu ac ſi pater eius in aui manſiſſet poteſtate. vt ſupra, in prin. huius legis. ſed ſi manſiſſet in poteſtate hic nepos, iuſtus nõ eſſet, vt pote vxore ducta ſine patris conſenſu vt §. de ſtat. hom. l. Paulus. ergo & nũc nõ eſt iuſtus, cũ perinde ſit ac ſi manſiſſet: ſed non eſt ita. nã reſciſſio non dẽt facere vt qui iuſtus eſt filius, deſinat eſſe filius, vel nepos: quia ſic repelleret, & reſciſſio non fit p prætorem. vt hic excludatur, ſed magis ut admittatur. alioq; quod fauore eius introducitur, ad læſionem eius retorqueretur, qđ eſſe non debet, & ex cõtrario, contrariũ in vera hypotheca ſequitur. ſimilis eſt lectio C. de ſec. nup. l. generaliter. §. in his, ſm Ioan. aliter alii formant tacitã obiectionem, hoc modo. Si filius emancipatus non admittitur propter reſciſſionẽ patriæ poteſtatis, ergo nec nepos. Sed prima falſa, & reſciſſio patriæ poteſtatis non facit, vt nepos nõ ſit iuſtus. imo magis vt ſit iuſtus. Vel ſic ſm H lege, non. n. is nepos qui nepos qui iuſtus eſt, per reſciſſionẽ patriæ p tãtis (nã alias nõ eſſet nepos iuſtus) nõ dẽt dico fieri iniuſtus.

Cum reſciſſio. Accipe adhibeatur, quòd eſt ff. quo magis &c. non quo minus admittatur.

Nam & ſi tam. Opponitur ſecundo, quia ignominioſam duxit vxorem, & contra velle patris, ſed non nocet. nam & ſi tam. &c. vel non mirum nã ſi ita eſt quãdo duxit honeſtam, idem ſi inhoneſtam.

Exhæredare. Scilicet filium. ſed iſta hodie non eſt de cauſis ingratitudinis, q̃ ſunt in auth. vt cum de appel. cog. §. cauſas cum ſequen. §. Alii dicunt nepotem quaſi contrahat originem ex delicto patris, quod non placet: vt C. de inof. teſt. l. ſi quis in ſuo. §. ſi & ff. de bo. dam. l. ſi. in prin. & §. de in ius voc. l. adoptiuum. §. ſi. ſed argu. contra C. de quæſtion. l. diuo. ſed dic vt ibi. Accur.

Merita. Nepos enim meretur inſtitui eo ipſo, quod nõ demeretur: vt §. de leg 2. l. cum quidam. ſed pater deliquit accipiendo talem vxorẽ: vnde põt exhæredari. admittet ergo nepotem ad contra tab. ſed non admittet filiũ ad q̃relam, cum extraneus ſit inſtitutus. & facit in auth. vt cum de ap cog. §. ſi alicui.

Ante petitam. Secus ſi poſt: vt infra, vnde li. l. ſi. Itẽ ſecus ſi eſt inſtitutus, & cõmiſſo edicto petat contra ta. vt ff. eo. l. ſi poſt mortẽ. ia princ. quæ eſt cõtra. & eſt rõ: quia iura teſtãdi non tolluntur mini ma capitis diminutione: vt §. de capitis dimin in lege, tutelas. in princ. vel melius quia peruenit in eũ caſum a quo incipere non poteſt. nam præterito adoptiuo non datur contra tab. ſui patris, niſi ſit adoptatus ab auo paterno, vel ſimilibus, vt ff. ea. l. §. idẽque eſt, & l. fina. §. idemque in iuris. ſed inſtituto adoptiuo datur: vt ff. eo. l. non putauit. §. ſi adoptio ne. Item adhuc contra ff. ad Tert l. 1. §. proinde ſiue quis. & ſup. de ca. di. l. tutelas. vbi dicit non tolli per emancipationem alia iura, niſi q̃ per l. 12. ta. defecturn tur. ſed dico, quod contra ta. hic defertur nõ ſimpliciter filio, ſed emancipato. cum ergo non remaneat emancipatus, amittit contra tab.

i Si quis filio ſuo. Datiui caſus.

k Potuit. Et quia in aliena familia non fuit: ut ff. e. l. ſi. §. pen. & facit ff. eo l. ſi emancipatus. & ff §. prox.

l Idemque eſt Eccneuerio.

m Nam & hic. Id eſt, hoc caſu.

n Patris ſui Naturalis. & facit §. prox & ff. e. l. ſi retentus. Sed huic & ſuperiori reſpondetur contra ff. eo. l. ſi emancipatus. §. ſi. ibi tamdiu, &c & inſtitu de hæ. ab inteſta. §. eadem & § at hi. & ff vnde lib. l. 1. vbi dicitur, quod dum eſt in adoptiua familia, non ſuccedit patri naturali. Solu. dixit Guil. & Io quod hoc non tenuit adoptio: vnde non tranſit in poteſtatem adoptantis, ſeu remanſit in poteſtate, cuius erat ante

Vel

Vel distingue, sit datus extraneo, vel non extraneo: vt ff.eo.l.fi.§.pen. sed secundum hoc si est datus non extraneo, corrigitur: quia tantum adoptiuum tunc respicit: vt C.de adop.l.pen.§.fi vero pater.

Filius non. Quia ante erat emancipatus: ut infra, eo. l.fi pater se.

In P. F. in alia familia.

Bonorum possessionem. Contra tab. de qua loquimur. Accur.

Admittatur. Sed quomodo, cum non potuit testari, vtpote in potestate arrogatoris: vt supra, de adoptio. l. fi pater? Resp. adoptiuus pater erat mortuus, & tamē dicitur adhuc in eius familia: vt ff. eod.l. vtrum. Vel dic quod dicit in quasi castrensi in quo licet quibuldam permissum erat testari, non tamen ceffabat quærela, vel contra tab. licet hodie semper cesset: vt C.de inoff.test l. fin. Vel dic qđ hic non tenuit adoptio, & temperdices adoptiua familia, scilicet putatiua. nam pro uero plerūque ponitur quod est in opinione, vt ff. de petit.hære. l. pro hærede. in castrensi vero non potest dicere, quia tunc cessaret contra tab. vt ff. de mil.testa.l.a milite.§.fi.& l. seq.

Opinio plerumq; ponitur, p vero.

Non possunt. Vt deportati: vt C. de hær.inst.l.1.& ff.eo.l. 1.§.deportatos. itē multo magis dānati in metallum vt ff. de pœ.l.quidam. Item hæretici: vt C.de hær.l.4. Itē mulier nubens intra tpa luctus: vt C. de sec.nup.l.1.& facit ff. de bon.poss.l.non est.§.fi.

Mortis. Si dicas de tuis planum est puta vnum tempus tantum inspicitur, s. mortis: vt Inst. de hær.qual.& diff.§.sui. fi de emancipatis, tunc tria tempora debent inspici: vt Inst. de hær.qual.& diff.§.in extraneis. sed ibi instituti, hic præterīti. & facit infra, de leg.præstan. l.interuenit.

Quod bonum. Id est, dicere, satis est si habet secundum tab. non autem intelligas simplicit r nam utilitas esset, quod non teneretur præstare legata nisi certis personis vt ff. de leg.præstan.l.1. Item & alia posset esse utilitas. ut ff.eo l.ex duobus §.sed illud. sed intelligē quod hic dicit cum ipse solus est institutus, quādo nihil ei prodesset petere contra tabulas: vt ff. tit.1.l.is qui.§.sed si solus, no. simile verbum hic supra, ad Vell. l.aliquando.§.fi.

Committat edictum. Id est, aperiat edictum de contra tab. instituto, quod facit petendo præteritus licet non profequatur: vt ff.eo.l.fi post mortem.§.fi. sic,& stipulatio conditionalis committitur, id est, incipit ex ea agi posse cum conditio exitit.

Et ipse. Scilicet institutus, & sic habet per aliū. quod per se non potest.& plenè dic vt supra, quæres

sit iu aliena familia.

Licet mutetur familia facto patris: nihilo minus filius habet contra tab. secus si per adoptionem ipsius filij mutetur familia Bar.

Si pater alicuius perue nerit in adoptiuam familiam, filius non: an patris sui in adoptiua familia mortui bonorum possessionē accipere possit? Et arbitror humaniorē esse hāc sniam, vt filius hic (quamuis non sit in ea dē familia in qua pater) ad bonorum possessionē tamen eius admittatur.

Liberi, qui instituti hæredes iure non possunt, nec contra tabulas bonorum possessionem petere possunt. Hęc aūt verba (instituti non possunt) ad mortis tempus referūtur. Si quis ex liberis hæres scriptus sit, ad contra tabulas bonorum possessionem vocari non debet. cum enim possit secundū tabulas habere bonorum possessionem: quod bonum est, ei contra tabulas dari? Planè si alius committat edictum: & ipse ad contra tabulas bonorum possessionē admittetur. Sed si sub conditione scriptus sit: bonorum possessionem contra tabulas accipere non potest: & ita Iulianus quoq; lib xxiij. Digestorū scripsit. Quid ergo si defecerit cōditio? Verum est, eum contra tabulas accipere bonorum possessionem Si sub ea cōditione filius emancipatus hæres sit institutus: quæ in ipsius potestate non est: quia scriptus hęres est, bonorum possessionem secundum tabulas accipere potest, & debet: nec contra tabulas potest. Et si fortè defecerit conditio: tuendus erit à prætore in tantum: quantum ferret, si contra tabulas bonorum possessionem accepisset,

In P.F. quo bonū est &c. in ver. ad qđ bonū est.

secundum Dy. & Bar.

Potest. Quid si institutus filius repudiet ex testamēto an quam præteritus petet contra tab. videtur, q̄ sic possit eligere: vt ff. ti.1.l.filium.§.omnibus. sed H. contra per l.s.eo.l.1.in prin.ibi, si neque insti. &c. & C. de posthu.hær.inst.l.fi.in fi. Item, quod dicit non posse peti contra tab. verum est, nisi ab alio commisso edicto: vt ff.eo.l.fi in adoptionem. & ff. de leg.3.l.fi.§.fi. Itē hic sub condōne institutus non potest adire de iure ciuili ea pendente: vt ff. de acq.hær.l.is qui.in prin. ergo nec secundum tab. debet dari: vt ff. de bonor poss.l. non est.§ fi. sed ibi de alio impedimento ratione suæ personæ: vel alio: non de impedimento conditionis. Item contra supra, de acquirenda hæreditate. l. Clodius: solu. ibi.

Dic quòd ibi nihil dicitur de hac l. & iō dic, quod hic petitio bonorum possessionis secundum tab. fuit vt illis: vt l 2 §. fi sub conditione. infra, de bonorum possessio. secundum tabulas. & sic potest in aliam conuerti, vt hic. ibi autem prima conditio fuit vtilis: vnde non conuertitur in aliam vtilem secundum Bar. hic.

Nec contra tabulas potest. Sed secundum tab. fic: vt ff. de sec. tab. l 2. §. fi sub conditione.

Accepisset. Vt ff. de secun. tab. l 3 §. fi sub conditione & l.

Sed si sub conditione Loquitur hic §. in filio in potestate constituto, & instituto sub potestatiua conditione, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu, & sic valet testamentum: vt ff. de hær. inst. l. suus. § 1. qualiter ergo potest deficere conditio? dic in illo §. quid ergo. loqui in emancipato, vel totus loquitur in emancipato institutio sub conditione casuali, & dic qđ habebat cohæredem: alioqui deficiente condōne rediret ad caulam intestati. & facit bene ad hunc. §. & seq infra eod. l. sub conditione. 1 respon & l filium. H.

Non potest. An huic potest alius cō mittere edictum? Resp potest: vt ff. eo. l fi in adoptionem.

Accipere posse. Scilicet si pendente conditione non accepit secundum tabulas: vt infra ea. l. §. & si forte.

Emancipatus. Secus in suo: quia non valeret testamentū: vt ff. de hæred. instituī. l. suus. § j. & C. de insti. & substitut. l. fi pater.

Potestate nō est. Idē si in potestate: vt ff. de sec. tab. l. 1. §. fi sub conditione & ideo subaudi hic maximè. argu. contra infra, de cura. bon. dan. l. 1.

Adde ēt sub impossibili conditione instituū possē testamētū approbare Bart. in l. 1. vlt. col. 3 ff. eo. inst. & in si quis testamenti, eo. tit.

DIVISIO. Dic in alio casu loquitur.

Sed & si nepos. Siue suus, siue emācipatus: vt ff. de hære. insti. l. suus. & l. sed & si in conditione. §. nepotes. H.

Iusserit. Idem si nō iusserit: quia nō videtur sibi posse cō mittere edictum: vt infra eo. l. non puta uit. §. sed si ipse. & facit supra, de inoff. test. l. nihil. & infra eod. l. si post. §. fi in adoptionē. & infra, de bo. li. l. si vero. §. si seruo. Acc.

Nam & hic. Vt infra, tit. 1. l. filium. §. omnibus.

Illud notandum. CASVS. In principio huius legis notatur differentia inter bon. possess. contra tab quæ datur liberis præteritis, & patronis præteritis, si parens me præterijt, & aliū instituit siue institutus adnit, siue nō, ego præteritus potero petere contra tab. sed patronus præteritus à liberto poterit petere contra tabul. nisi ex illo testamēto adita sit hæreditas. h. d. contra ett. &c. vt infra, de bonis libe. l etiam si. §. vt patronus. ratio est illa quia successio parētum magis debetur liberis infra, vnde liberi. l. scripto, Item nota aliam differen

Sed & si nepos sub hac iusmodi conditione scriptus sit hæres: idem erit dicendum. Si quis ex liberis non sit scriptus hæres, sed seruus eius scriptus sit, eūq; iusserit adire hæreditatem: denegari debet ei bonorum possessio contra tabulas. Idemq; est & si legatum relictum sibi, vel seruo suo elegerit. nam & hic dicimus contra tabulas bonorū possessionem debere denegari.

Paul. lib. xj ad Edi. IIII.

Illud notandum est: quod bonorum possessiō contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet, siue quis hæres extiterit, siue nō, & hoc est quod dicimus contra ipsum testamentum liberis competere bonorum possessionem. quod in patrono contra est. Siquis filiū, quem in potestate habuit instituerit hæredem, vel exhæredauerit, & ex eo ne potem omiserit: bonorum possessioni locus nō est: quia non esset nepos suus hæres futurus. Eadem sunt & in sequentibus gradibus. Ad testamenta fœminarum edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet: quia suos hæredes non habent.

Institutus filius beneficio prætoris nati, vel nascituri, potest petere contra tabulas, & eo casu decedens ante eam petitam transmittit. Bartolus.

Si quis eum, qui in vtero est, prætermiserit: etiā nondū nato eo alius, qui hæres institutus est, bonorum possessionē cōtra tabulas admittere potest: (quia iniquum est, neque quasi scriptum posse petere bonorū possessionem, quamdiu contra tabulas peti potest: nec cōtra tabulas, quamdiu non nascitur præteritus) vt & si ante moriatur bonorum possessionis beneficium ad hæredem transmittat, quod facit ipso iure non valere testamētum. si autem post, valet de iure ciuili, sed de æquitate prætoria rūpitur: vt no. C. de col. l. vt liberis. item dic, siue non, dum tamen possit existere, vt infra eod. l. quod vulgo, sed cū instituti expectant præteritos, vt infra, de secun. tab. l. 2. §. expectandi. ergo semper ante aditā hæreditatem. sed dic quod expectāt, vt non petant secundum tab. adire tamē possunt de iure ciuili, & sūt hæredes, arg. contra. ff. eo. l. 1. in fi. vbi etiam iure ciuili prohibentur.

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd ibi erat duplex impedimentū, qa expectatur cōtra tab. & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnū tantū.

Contra ipsum testamentū. Sic supra. vt in post. leg. l. 1. §. non exigit. in fi.

Contra est. Quia oportet esse aditam. vt ff. de bon. liber. l. etiā fi. §. vt patron.

Nō est. Nunquid ergo erit locus edicto successorio in hac bon. poss. cōtra tab. si filius repudiauit? Resp. est arg. cōtra: supra, de inoffic. test. l. fi is qui. Azo. & facit ff. eo. l. 1. §. vocantur.

Non habent. Id est, habere non possunt: vt Instit. de hær. quali. & diff. §. cæteri. in fi. Vel dic suos large. s. tales q̄ bus datur: hæc bonor. poss. quos dic vt ff. eod. l. 1. in prin. & sic tollitur oppositio de emancipatis. Est & alia ratio, quia præteritio fœminarum habetur pro exhæredatione: vt Inst. de exhær. lib. §. fi mater. sed exhære datis non datur hęc contra tab. vt infra e. l. non putauit in prin. & supra l. 2. in prin. ibi, sed neq; &c.

Neq; quasi scriptum, Quod videbatur: vt in ff. de secun. tab. l. 2. §. expectandi. & dic bon. pos. secundū tab. sed cur hic non datur secundum tabu. vt inf. de secun. ta. l. 2. §. fi sub conditione? Resp quia in dubio benignius præsumitur, vt infra, de reg. iu. l. semper. id est, qđ nascit posthumus. & ideo quasi eo nato datur contra tab. sic ergo aperitur edictum instituto patri natum, & nasciturum. sic non est cōtra supra e. ti. l. 1. in prin. vbi non datur instituto Item & secūdū tab. videtur dari, quæ dari consueuit pendente condit. q̄ creditur extitura: vt d. §. fi sub conditione secundum Azo. Item non obstat infra, de bon. lib. l. si filius. §. cū filius. vbi expectat patronus alios. sed verū est priores: hic autem erant eodē gradu natus, & nascturus, vnde non est ibi iniquitas; hic esset iniqtas, expectare tantum.

Meretur. Quàm petat bonorum. poss. contra tabu. vel secundum tab. & facit ff. l. prox. apparet ergo, qđ potest

Pro hac expositione Mand. in glo. Facult. §. Et proprium in ver. habeat.

Sed quære dicitur potius in fœmina ex hæredatio quàm in masculo? dic, qa nō dicitur cō tinuari dominium ī bonis matris, vt in bonis patris. Bar. ī l. pater filiū. 1. col. vers. sic ut dicim. ff. de inof. testa. & l. in suis. ff. de liberis. & post hum.

potest petere de æquitate. & si differt volēs iuri communi deseruire, transmittit.

a Quod maxime. Electiuè ponitur. nam aliud est in suo: vt supra. de acq. hære. l. venire H.

b Adire. Propter posthumum præteritum, vt dicit. sed certè hoc nō impedit: quia in pari gradu est cum post humo: vt ẽ de acqu. hær. l. eum qui. §. ri. imo quia aditio est de iure ciuili, cui emancipatus erat in cognitus. Azo.

*In P. Fl. q nec hæreditatē &c.

c Ed & si decesserit. Iniquū. Imo videt iniquū: cum poterat petere contra tabu. sed nō est, quia iuri communi voluit deseruire.

d Vel contra tabulas. Hæc disiunctiua pro altera parte vera est, scilicet qa habet contra tabul. non autem secundum tabul. vt supra l. proxim. §. fina. Sed Azo dicit ibi etiam secundum tabu. dari. Et not. quòd regulariter bon. pos. vel hæreditas non adita, vel non agnita non transmittitur: vt supra, de bo. possess. titul. generali. l. 3. §. acquirere. sed fallit hic, si dissulit deseruiendo iuri cō muni. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis: vt C. de cadu. tollend. §. in nouissimo. & in alio: vt sup. ad Syl. l. si qs in q aui. §. eleganter. Item C. de inoffi. testam. l. si quis filiū. Item supra, de acq. rend. hære. l. Pantoninus. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit infra, de Carbo. edict. l. scriptus, in fine.

Iuliani lib. xxxiii. Digestorum. V.

Ed & si decesserit ante, quàm peteret bonorum possessionē: non est iniquum, e prætorē decernere, hæredibus eorum saluum fore cōmodum bonorum possessionis secundū tabulas, vel contra tabulas.

Paulus libro xi. ad Edictum. VI.

SI emancipatus filius nepotem procrauerit, f & ita decesserit, deinde auus eius g nepos ad aui bonorum possessionem venire potest. h Quòd si & filium, & nepotem i emancipauerit: viuente quidem filio, nepos non veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui veniet. Nepote quoque solo emancipato, & auo mortuo deinde patre eius: nepos præteritus accipiet patris bonorum possessionem: maximè k necessarium est in filio emācipato scripto hærede: * quia nec hæreditatem interim adire b potest.

c Ed & si decesserit. Iniquū. Imo videt iniquū: cum poterat petere contra tabu. sed nō est, quia iuri communi voluit deseruire.

SI emancipatus. CASVS In principio huius legis dicit, Filius emancipatus post emancipationem procreauit nepotē; tandē decessit filius, decessit auus, nepos inuenitur præteritus, nūquid vocabitur ad cōtra tabu. in bonis aui? Respon. quòd sic. Sed qd erit? filiū, & nepotē emancipauit, viuo filio decessit auus, nepote præterito. nunquid nepos vocabitur ad cōtra tabu. viuo filio? non. Sed quid erit? mortuus est filius, bonorū possess. contra tab. nō petit, nunquid nepos poterit petere contra tab. certè sic. sed si solus nepos emancipatus est, & præteritus, & ipse vocabitur, quid erit? filiū emancipauit: nepotem in potestate retinuit: nunquid filius vocabitur ad contra tab. sic: & nepos similiter ex alterius pſona. Sed quid? filius est datus alteri in adop. nūqd venit ad contra tab.? sic si definit esse in alterius familia. similiter & nepos admittet: quia suus l hæres futurus m patri n esset, si de potestate aui non existet.

* Filio emancipato, si nepos retētus sit, & vtrique o præteriti: vtri que accipient bonorum possessionem. Si filius p emācipatus in adoptiua familia nepotem sustulerit, ne nepos quidem ad bonorum possessionem aui naturalis veniet. q Sed & si emancipatus r filius procreatis nepotibus in adoptionem se dederit, vt eum filij sequantur: idem erit.

Planè si is, qui apud adoptiuum auum procreatus est, emancipatus sit: veniet ad bonorum possessionem aui naturalis. Adoptio enim tamdiu s nocet, quamdiu qs in aliena familia est. Cæterum emancipatus ad bonorum possessionem parentum naturaliū venit: sed emancipatus viuis t eis, non etiam post mortē eorum. Hoc enim verius est, post mortem eorum emancipatum non admitti.

Planè. In §. isto dicitur, Filius emancipatus dedit se alicui in arro. nepos ex eo natus est apud patrē adoptiuum. nunquid ille nepos vocabitur ad contra tabu. naturalis? sic: & si est præteritus ab eo non durāte adoptiua familia, quod intelligendum est, si ille nepos est natus viuo auo, sec⁹ si post mortem eius.

c Procreauerit. Secus si adoptauerit. vt Instit. de hær. ab intesta. §. cum quæritur. in fi. & supra, de in ius vocand. l. sed si hac. §. si filij. Azo. & supra, de in ius voc. l. quæstum.

* P. Flo. si potestate aui non existet.

f Auus eius. Scilicet decesserit.

g Potest. Ex lege Velleia nō: quia neque filius, neque nepos erant in potestate, quod est opus vt illa lex locum habeat: vt Inst. de exhæred. lib. §. posthumorum.

h Nepotē. Sed quæ erat hic dubitatio? Respond. quòd hoc edictum maximè propter emancipatos est inductum: sed certè idem & si alio modo sint sui iuris. vt supra leg. t. §. & sui iuris. in fine.

i Quia suus. Respō det tacitæ obiectioni, quæ fieri potest ex eo quod est supra eo. l. illud. §. ad testamenta.

k Futurus. Sic sup. eodem, l. illud. §. si quis.

l Patri. Nunquid auo? Respon. vt C. vnde liber. l. qui se. Azo.

m Vtrique. Vt inf. de cōiungen. lib. l. i. in princ. & supra, de inoffic. testamen. l. si proponas, & infra, de collatio. bonorum. l. filius emancipatus.

n Si filius. Extranei.

o Veniet. Vt ẽ. l. 3. §. si quis filio. sed hic extraneo fuit datus.

p Sed & si emancipatus. A patre naturali.

q Sequantur. Vere sequuntur: vt supra, de adop. l. si pater. sed contra huic resp. s. e. l. 3. §. idemque. sed hic extraneo se dedit.

r Tamdiu. Vt institutio. de exhæreda. libe. §. qua ratione, & j. de ventre in possessi. mitten. l. i. §. si filius. & infra eodem. l. si ex duobus. §. filius. & C. de adoption. l. penulti. §. si verò pater. & §. sed hęc. & ex hoc collige idem esse in proximo superiori casu. Accursius.

s Viuis. Facit Instit. de hær. ab intest. §. at hi. & §. e. & §. admonendi.

t Emancipatum. Nepotem ab auo adoptiuo.

§ I retentus. CASVS Si pater habens filium, & ex eo nepotem, filium emancipauit, nepotē in ptāte retinuit, & filius emancipatus præterijt suum filium: & viuo auo nepos vocatur ad contra tabu patris sui. Ex lege ista colligetis arg. pro ſnia Accu. & Azo. qui dixerunt, si habeo filiū, & ex eo nepotē: eo ipso ꝙ emancipaui filium, nō videor nepotem emancipasse vt hic, & supra, de ado. l. liberum. licet quidam cōtra dixit arg. eius, quod legitur supra, de adop. l. si pater. sed illud debet intelligi, si pater emancipauit filium cum nepotibus.

Ulpianus libro xl. ad Edictum. VII.

I retentus u fuerit in potestate nepos, filio emācipato: admittitur nepos uiuo auo ad patris bonorum possessionem.

Ulpianus libro xl. ad Edictum. VIII.

NOn putauit x prætor exhæredatione notatos, & remotos, ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos: sicut nec iure ciuili testamēta parentū turbāt. y Sanè si velint inofficiosi querelā instituere: in ipsorū est arbitrio. Aliqua tabularum parte exhæredē z scribi non sufficit: a sed eo gradu cōtra quē petitur bonorū possess. Vnde si à primo gradu ex hæredatus sit filius, à secundo præteritus, & primo gradu scripti non petierint bonorum possessionem: poterit b contra tabulas accipere bonorū possessionem.

Non quæuis exhæredatio submouet filium à cō tra tabulas bonorum possessione, sed quæ ritè c facta est. Si ab vno ex hæredibus sit filius exhęredatus. Marcellus libro nono Digestorū scribit, filium non videri exhæredatum: d idcirco cō tra tabulas bonorum possessionem peti posse contra vtrumque hæredem. Si & exhæredatus sit e filius, & institutus: obtinente eo gradu, in quo institutus f est, puto cōmisso edicto ab alio filio contra tabulas bonorum possessionem eum petere posse. g A primo gradu præteritus est filius, à secundo exhæredatus, si patum præterierit. si ego non peterem contra tab. tu haberes vnam vnciam, si peto contra ta. rescindo testm, & res reducetur ad causam intestati: tu institutus habebis partē virilem. si alius institutus hæres erat de li beris, habebis quatuor vncias, & ita profuit tibi, qđ petii contra tab. sed si alius institutus esset extraneus: tu haberes semissem, & ego semissem. & sicut expedit instituto, petere contra tabulas, ita contra dānosum est. nam si filius in potestate est institutus insolidū ego filius emancipatus sum præteritus si peto contra tabu. vel econtra, hic deterior causa est suae quia si non petijt, institutus peteret secūdum tabulas, & haberet totum. sed qa petijt contra tabulas ipse habebit semissem, & ego semissem. Viu.

u Retentus. CASVS Si pater, vel auus paternus, vel proauus liberos suos exhæredauit, liberi exhæredati non veniunt ad cōtra ta. sed possunt dicere testamentum inofficiosum. Sed vnum sciatis: quia ad hoc ut filius repellatur à cōtra tab. non sufficit aliā partē testamenti scribi, sed debet exhæredari ab eo gradu, quo petitur bono. possess.

x Non putauit. Vt l. i. in prin.

y Turbant. Scilicet alio modo quā quisequitur: vel nō turbant ipso iure, vt nō contradicat sibijpsi. & facit ẽ. de liber. & posthumis. l. filio.

z Exhæredem. Scilicet filium suum.

a Non sufficit. Vt hæc bonorum possessio esset. Ac.

¶ Non quis. Habuisti supra, quod exhęredatio habet repellere liberos à contra tabulis. quod est intelligendum de rite facta, non de ritè non facta, non. n. quæuis exhæredatio repellit filium a cōtra tab. Si ab vno ex hæredibus est facta, non ritè facta est, ideo nec repellit à contra tab. Si ab omni gradu ritè facta est repellit à contra tab. Sed quid? filius est exhæredatus à primo gradu: est institutus in secundo gradu: nunqd poterit petere contra tabulas? Resp. sic ex persona fratris committentis edictum potest quis à primo gradu præteriri, à secundo exhæredari & econtra. & vbi præteritur, contra illum gradum petit cōtra tabulas: vbi exhæredatur, non potest contra illum gradum bonorum possess. petere.

¶ Si qs Paterfamilias filium emancipatū exhīdauit, eundem arrogauit: nunquid repellitur à contra tab. sic. qa iura naturalia in eo præualent, secus in extraneo Quid erit? filium dedi in adoptio. deinde eum ex hæredauī, postea emancipatus est. nūquid nocebit ei exhæredatio? sic. Vnum sciatis. Si dedi filium in adoptionē, tenet; si eum exhæredo, quādiu est in adoptiua familia: quia non vt esse filius. aliās sic. Sed quid si institutus est is, per quem quæritur hereditas: nunquid admittitur ad contra tab. sic, si sit præteritus.

¶ Vt autem. Præteriti qui volunt admitti ad cōtra tabu. debent esse de liberis. si dati sunt in adoptio non admittuntur ad contra tabu. patris naturalis nisi sint scripti, & alius committat edictum. ¶ Nō est nouum. in §. isto ponitur casus in quo aliquando expedit instituto petere bo. pos. cōtra tab. & est talis. Ponam⁹, testator te filiū suū instituit ex vna vncia. me filiū emāci-

b Bonorum possessio. Secundum tabulas.

c Poterit. Scilicet filius. Sed qd econtra si filius à primo gradu præteritus, a secundo exhęredatus, institutis tpe mortis existentibus, & postea repudiantib. nunquid sufficit peti contra tab. vt ꝛc. substitutio rumpatur? quod videtur, vt supra, de liber. & posthu. l. si posthumus, & supra, de iniusto testam. l. nam & si sub conditione. item certum est dari contra tabu. vt ẽ. eo. l. illud. in prin. & infra e. l. filium. ergo contra substitutos non potest dari querela, si adijsient ex substitutione, quia illa datur deficiente alio auxilio, vt Instit. de inoffi. test. §. cum autem. Sed videtur contra, ſ ꝙ substitutio teneat etiam pupillaris, licet vitietur institutio per contra tab. vt infra, de leg. præ. l. 2. certè p parte instituti ibi tenere uidetur testamentum, licet ipse pupillus institutus accepit contra tab. quia habet ibi contra tab. iure bon. possess. secundum tab. vt infra, de leg. præstan. l. nonnunquam. secundum Azo. & facit C. de libe. præt. l. i.

d Ritè. Id est solenniter, licet non rectè, quia nō meruit exhæredari: quandoq; tamen vnum pro altero ponitur, vt ẽ. de inof. test. l. ij. & sup. de lib. & posthu. l. & si pepercerit, secundum Azo. sed in solennitate refert, deficiat iuris testatoris, vt j. eo. l. sub conditione. an heredis, ut j. ea. l. §. si quis sua. Hu.

e Exhæredatus. Vt ẽ. de lib. & posthu. l. & si pepercerit. §. filiūs.

f Si exhæredatus sit. A secundo gradu. Azo.

g Institutus. Scilicet in primo. Azo.

h Posse. Contra videbat pp duo. & quia institutus, & quia exhæredatus erat, & facit j. e. l. si post. §. penul.

Peti

a Peti potest. Facit ǰ. de ven. in pos. mit. l. 1. §. si vēter. & §. seq. & ǰ. de Carb. edi. l. si impubes. §. interdum.

b Conditio, Nunquid & si nullus alius sit institutus? quod videtur: vt ǰ. eo. l. filium. Azo. & facit ǰ. eo. l. qđ vulgo. & ǰ. ti. l. 1. sed & si. §. non omnia. & ǰ. de iniusto test. l. nam. & si.

c Competere. Sed nūquid admittetur vt præteritus, vel vt exhæredatus? Resp. vt præteritus. Item contra quos? Respō. contra institutos in secundo gradu: nec tamen repellent eū, quia dicant exhæredatum. vel potest dici contra ipsum testamentum: vt supra eodem. l. illud. in fi.

d Nocere. Quia ritè facta, est, nec obstat Senatusc. Libonianū qđ dicit non valere, quando aliqs sibi adscribit aliquid: quia hic contra se, non pro se. ad quod supra. de interroga. actio. l. de ętate. §. 1. & infra. de fal. l. vxori. Sed an possit agere de inofficioso? dic quod nō. vt infra. de bon. lib. l. quæritur. & infra. de interd. & releg. l. relegatorum. in fin. & C. de dec. l. ne qs. & C. de hær. l. curiales. Sed argu. contra ǰ. de iis quib. ut ind. l. 1. & not. de hoc C. de inof. test. l. si quando. in fi.

e Iura naturalia. Quia filius erat, nec rumpitur testamentum per arrogationem quo ad hoc, licet secus sit in extraneo alio, ut subiicit, quia rumpitur testamentum per arrogationem puta fratris: qui potest exhęredari, & agere quærela, turpi persona iffituta: vt C. de inof. testam. l. fratre. vel dic, quòd prorsus extraneus fuerit & fuit adoptatus & exhæredatus, & tandem emācipatus, & iterum adoptatus, & secundum hoc non ob. infra. de verbor. obli. l. quidam cum filium. vbi dicit, qꝑ exhæredatio res est inepta in extraneis: quia prædicti non sunt extranei prorsus. sed cum hoc secūdo casu sit ruptum, vt dicis, quomodo petitur iterum rumpi per contratabu. Respon. ruptum est de iure ciuili, non prætorio: vt C. e. l. 2. sic ergo hoc casu petitur contra tab. sed superiori querela inoff. testa.

In P. F. non est, adoptato.

in primo gradu scripti non sint in reb. humanis mortis testatoris tempore: dicendum est, contra tabulas bonorum possessionem præteritum petere non posse. Hæreditas enim in secūdo gradu vertatur, nō in primo: ex quo neque adiri hæreditas, neque bonorum possessio peti potest. f Sed si post mortem testatoris de cesserunt hæredes scripti: Idem Marcellus putat cō tra tabulas bonorum possessionem semel natam competere. Sed & si defecerit conditio g institutionis: adhuc tantundem dicit ꝑteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum possessionē petiturum. Idem scribit & si posthumus, qui institutus fuit, non fuerit natus, nam adhuc contra tabulas bonorum possessionem cōpetere h filio, Marcellus ait. Si quis sua manu exhęredem sc scripserit, an cō tra tabulas bon. possessiō nē possit accipere, videamus? Et Marcellus libro nono Digestorū, nocere i ei hanc exhæredationē ait: quia seruatus hoc pro nonscripto non facit, qđ contra eum est. Si quis emancipatum filium exhæredauerit, eūq; postea arrogauerit, Papinianus libro duodecimo quæstionum ait, iura naturalia k in eo prævalere: idcirco exhæredationem nocere: l sed in extraneo ado ptato Marcelli sentētiam probat, vt exhæredatio ei arrogato postea nō noceat. Postliminio m autē reuerso filio, dicendū est, exhæredationem antea factam nocere. Si filium in adoptiua familia constitutum pater naturalis exhæredauerit, deinde sit filius emancipatus, n nocebit o ei exhęredatio. In adoptionem datos filios nō submoueri voluit prætor, si modò hæredes instituti sint: & hoc iustissimè eum fecisse, Labeo ait: nec enim in totum extranei p sunt. ergo si fuerint hæredes scripti, accipiens q contra tabulas bonorum possessionem. sed ipsi soli non committent edictum, nisi fuerit alius præteritus ex liberis qui solēt committere edictum. Sed si ipse r scriptus non sit, sed alius, qui ei acquirere hæreditatē potest: non est in ea causa, vt eum ad bonorum possessionem contra tabulas s admittamus. Vt autem admittantur t ad bonorum possessionem: ex liberis eos esse oportet. Cęterum si adoptiuum filium dedi in adoptionē, & hæredem scripsi: commisso per alios edicto, bonorū possessio u contra tabulas ei non dabitur. Datur autem ei, qui x in adoptiua familia est, contra tabulas bonorum possessio: y si eo gradu hæres scriptus sit, contra quem peti potest bonorum possessio. Non est nouum,

In P. F. nocebit & exhæredatio.

f Extranei. Extraneis ergo hęredibus institutis non committitur edictum: vt infra ea. l. §. vt autē. & facit ǰ. de vent. in possess. mit. l. 1. §. si filius. ij. Sed certè & non instituti videntur habere cōtra tabu. vt infra, de coll. bo. l. 1. §. is quoque. Solu. ibi erat institutus vt & hic. nec dicas, ergo non conferat ǰ. eo. l. filium. §. & hoc sit consequens. quia illud de rigore, secus de æquitate: vt ǰ. de col. do. l. si filia, secundum Io. Vel ibi erat adoptatus ab auo-mater no, hic ab extraneo: vt dixi ǰ. eod. l. 3. §. si quis filio.

g Accipient. Alio cō mittente edictū, sed ipsi non cōmittēt vt subijcit.

h Sed si ipse. Scilicet datus in adoptionem.

i Contra tabulas. Tur ergo adoptiuus filius scriptus hęres patri suo adoptiuo committit edictum, quod videtur: vt infra eod. l. si post. §. si in adoptione? Respon. in filio secus est: quia licet stricto iure committat edictum patri, tamen quantum ad effectū non patri, sed filio quæritur.

k Vt autem admittantur. Dati in adoptionem alij. Azo.

l Bonorum possessio. Alio committente edictum.

m Qui datus à patre naturali.

n Bonorum poss. Alio cōmittente edictum. & facit ǰ. ea. l.

ea. l. §. si ab vno. Sed contra ǰ. eo. l. eū emancipatus. §. qui duos. Sed hic in filijs, ibi in neporibus: quia est q eos antecedebat.

o Hæres scribatur. Et ex 11. vncijs alius.

p Non habere. Scilicet ifue testator, alias frater: & tunc melior.

In P. Fl. hęredib' fratribus suis tribuat.

Sed amplius. Facit ǰ. eo. l. cum emācipatus. & supra de inof. test. l. mater. in fi. & ǰ. de leg. 3. l. fi. & ǰ. eo. l. filium. §. & hoc sit consequens. Sed contra ǰ. eo. l. ex duobus. §. sed illud. & ǰ. tit. 1. l. filium. §. ad eum. vbi non potest habere, plꝰ, quā habebat ex institutione. Solu. ibi iam adiuerat ex institutione, quo casu non potest petere cōtra tabu. & sic nec maiorem partem consequi, quam ex institutione: vt inf. eod. l. ex duobus. §. quod si is.

Alias, Sed & si.

q Trum. Familia. Potest poni habito respectu ad patrem naturalem, id est, quādo de eius hæreditate agitur. nam non habet filius contra tabu. contra testamentum patris naturalis, si est in familia adoptiua tempore mortis naturalis patris: siue viuat post eum petitur contra tabu. siue non viuat pater adoptiuus: vt Inst. de har. q ab intesta. def. §. eadē. H.

r I post mortem. Pater familias filium suū instituit, iste se dedit alteri in adop. nunquid poterit vocari ad contra tabu. Et respō. quod adoptio non nocet ei, quin vocetur ad cōtra tab. Sed & si filius. Pater filium suum dedit in adoptio. auo materno, eum instituit, alium præterijt. nunquid ex persona fratris committentis edictum poterit accipere bonorum possessionem cōtra tabulas? sic: vt post habeat, quàm pater adoptiuus, cuius iussu adiuit hæreditatem.

s Vt autem admittantur. Dati in adoptionem alij. Azo.

t Bonorum possessio. Alio committente edictum.

¶ Aliàs autem si quis legatum. Si filius ꝑteritus legatum sibi relictum agnouit, repellitur a contra tab. vnum sciatis, illi liberi vocantur ad contra ta. q pro liberis habentur. vnde exhæredati liberi non vocanū ad contra tab. cum habeant querelam, etiam si alius committat edictum.

u Hi qui. Si sum institutus hęres, & frater meus emācipatus est ꝑteritus, possum petere cotra tab. ex ꝑsona fratris cōmittētis edictum, siue velit bon. poss. petere vt præteritus, siue non: quia ex quo sū admissus, debeo petere bonorū possessionem eo inuito.

x Filius. Altero ꝑterito.

y Potest. Præterito committente edictum. aliàs contra ǰ. eodem. l. 3. §. si emācipatus filius præteritus.

Auo materno. Idē & si extraneo. & multo magis. Sed hic contra videbatur quasi oīno ad hunc patrem adoptiuum respiceret, nec in aliquo respiceret patrem naturalem.

Magis. Electiuè ponitur.

Exigimus ut adeat. Aliàs habeat, id est, adeat ex testamento, imò econtra exigimus, vt nō adeat. aliàs contra tabul. ei non daretur; vt ǰ. eo. l. ex duobus. in prin. Azo.

Possit. Alias non datur eis contra tabul. vt ǰ. eo. l. si in adoptionem.

Hæreditatem. Patris naturalis, quē eum instituit, alio præterito qui commisit edictum.

Illud. repetit quod dixerat, vnde notet illdd esse speciale.

Hæreditatem. Patris naturalis, qui eum instituit. & dic iussu patris adoptiui. alias. n. non potest: vt ǰ. de acquir. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum.

Ei detur. Commisso edicto ab alio præterito: & sic excusat eum iustus patus, arg. contra ǰ. de fal. l. filius. ǰ. reipon.

Dic tā remanere filium adoptiuū ī potestate patris naturalis nisi adoptetur ab auo. Bal. in l. cum in adoptiuis. col. r. C. de adoption.

I.

I post mortem testatoris hæres institutus filius z in adoptionē se dederit: bonorum possessionem contra tabulas accipere potest: qa scriptis hæredibus institutis non solet nocere adoptio. Si filius in adoptionem a datus auo materno, hæres institutus sit à patre naturali: commisso per alium edicto, magis est b vt bonorum possessionem accipere possit. Nec enim exigimus, c vt adeat hæreditatem: sed sufficit, vt ei delata sit, acquirique possit. d Si in adoptionē datus, postea quàm iussu patris adoptiui hæreditatem adijt, emācipatus fuerit: potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: hæreditatēq; ipse potius habebit, quam pater adoptiuus. Illud e notandum est, quòd & si adierit hæreditatem in adoptionem datus, contra tabulas ei datur: f Aliàs aut si quis g legatum, siue portionem sibi datam agnouerit: à contra tabulas bonorum possessio.

ADDITIO. Dic fm Bar. quod ibi nō debuit parere patri, cum esset illicitum: hic debuit, cum esset licitum.

z Si quis. Sui iuris, scilicet.

a Legatum. Accipe. agnouerit.

a Repellendus. Sic ſ. eo. l. 3. §. fi. & ſ. eo. l. ex duobus, in prin. & ſ. de bo. liber. l. & ſi ex modica. §. fi. & ſ. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. fi conditioni.

b Non poſſunt. Vt exhęredati. vt ſ. eod. l. proxi. & ſ. eo. l. 1. in princ.

c Habituri. Vt ſ. de inoffi teſta. l. qui repudiantis. in princ. quãdoque qui non admittitur. alij nocet. vt C. de natu. li. in authen. licet. vt no. ſ. de le. 1. l. huiuſ modi. §. ſi Titio.

d Non cõmittunt. Scilicet per ſe, vt ſupra de lib. & poſthu. l. fi.

In P.F. Quo cũ.

In P.F. habituro. ſed nõ re ctè.

e Poſſeſſionem. Vt & ſ. proxi. & ſ. de libe. & poſthu. l. fi.

Hi qui propter alios. Vt inſtituti propter præteritos. nã inſtituti eo ipſo quòd alij ſunt præteriti, habent bonorum poſſ. cõtra tab. Azo.

f Iam non curant. Imò curãt quia nullo alio petente contra tab. tenẽtur ſcripti ad integra legata, ac ſi adiuiſſent. vt ſ. ti. 1. l. nõnũquã. & l. is q. §. ſed ſi ſolus. dic ergo non curant quantum ad hoc, quin eam poſſint petere. & facit ſ. de ſepara. l. 1. §. ſed & ſi quis. & C. de nõ numer. pecun. l. penul.

Si in adoptionẽ. CASVS. Filius datus in adopt. ſcriptus eſt hæres ſub condit. à patre naturali alius committit delictum: nũquid veniet ad contra tab. fic. veruntamẽ ſi deficeret cõditio, non veniet. Exemplo. Sicut ſi habeo filiũ in poteſtate, & ex alio filio nepotem, nepos ex alio uocatur ad ſuc. ab inteſt. ita & eſt in contra. ſi habeo duos filios, & ambos præteritos ambo vocantur. ſed ſi habeo duos filios. & ex altero p̃mortuo habeo nepotes, indubitãter ſicut duo filij vocanẽ cum nepotibus ad ſuc. ab inteſta ita erit in contra tab. nã quo iure liberi veniunt ad ſuc. ab inteſta. eodẽ iure debent venire ad contra tabu. ſi ſunt p̃teriti. h. d. cũ prin. l. ſeq. Vi.

h Veniet. Ante conditionẽ: ſecus ſi alius non cõmittat edictum: vt ſ. e. l. 3. §. quia ergo. quæ eſt contra.

i Idem. Scilicet vt nõ admittat ad cõtra ta. & ſic ad poſſeſſione repellẽdus eſt. Liberi, qui contra tabulas habere non poſſunt: nec partẽ faciũt. ſi per alios committatur edictum. Quod enim bonum eſt eis fauere, vt partẽ faciant nihil habituri? Exhæredati liberi quemadmodũ edictũ non committunt, ita nec cõmiſſo per alios edicto, cum illis venient ad bonorũ poſſeſſionẽ: vnaq; eis q̃rela ſupere ſt, ſi de inofficioſo dicant.

Beneficio mihi competenti ex iure alterius, poſſum vti contra alium. h. d. & eſt no. & menti tenendus. Bar.

Hi, qui propter alios contra tabulas bonorum poſſeſſionem petunt, non expectant, vt præteriti bonorum poſſeſſionem accipiant: verum ipſi quoque bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere poſſunt. Cum enim ſemel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admiſſi, iam non curant, petãt illi necne bonorum poſſeſſionem.

Paulus libro xij. ad edictum. XI.

Si in adoptionẽ datus, ſub conditionem ſcriptus ſit hæres à naturali patre: alio committente contra tabulas edictum, & ipſe veniet. ſed ſi defecerit conditio: repellit ab ea poſſeſſione. Idẽ puto & in eo, qui purè quidẽ, ſed non iure ſcriptus ſit hæres. Exemplo iuris legitimi, & bonorum poſſeſſio contra tabulas diſtribuitur. Igitur nepotes ex vno filio, vnã partem habebunt.

Ius accreſcendi habet locũ inter bonorum poſſeſſores.

Caius libro xiij. ad edict. prouin. XII.

Si duobus filijs, & ex altero filio duobus nepotibus bonorum poſſeſſio competat, & alter ex nepotibus non petat: pars eius fratri accreſcit. Si verò ex filijs alter non petat: tam fratri quã nepotibus, id prodeſt. nanque tunc duo ſemiſſes fiunt quibus alterũ filius, alterũ nepotes conſequuntur.

Per ſecundum teſtamentum in quo filius eſt præteritus, ſi in eo ſunt ſcripti venientes ab inteſtato, rumpitur primum. Bar.

Si prius teſtamentum extet iure factum, quo filius exhæredatus eſt, ſe quẽs imperfectũ, in quo præteritus ſit filius: poſteriore teſtamento præteritos * rectè petet bonorũ poſſeſſionem, ſi remoto quoque filio, potiores ſint in ea hæreditate poſteriore teſtamento ſcripti hæredes, & ita ius habet, vt cùm is, contra quẽ filius petit bonorum proximũ, vel dic vt admittitur. & ſic ad primum. & pone eũ mancipatũ, & non in adoptionẽ datũ. H.

Legitimi. i. ciuilis. & facit ſ. eo. l. 1. §. vocantur. & in Auth. de hęr. ab. inteſt. §. ſi enim. §. ſi verò neq; fratres. Sed ar. contra Inſt. de legi. agna. ſuc. §. nos vero.

I duobus. Ex altero, id eſt, alio. tres enim erãt. Acc.

m Eius. Quia cum vnius perſonæ vice funguntur, coniuncti ſunt: vt ſ. de leg. 1. l. planè. 1. reſpon. Azo.

n Quã nepotibus. Hoc tã variè, quia frater cum fratre; cum vterque ſuam portionem & ſuo iure habeat vice vni⁹ vt coniuncti nõ funguntur. Azo.

o Semiſſes. Partis accreſcentis. & facit ſ. de coniũgen. libe. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus.

c Soli nepoti. In poteſtate aui conſtituto, cui ſoli fit iniuria, cum hæc neptis contra ius ciuile cũ eo admittatur: non autem patruis fit iniuria, & ideo eis nõ confertur: ut ſ. tit. 1. l. prætor. §. fi.

d Ex alio. Patruo.

e Inuicẽ. Quod vni eorum datum eſt à patre communi. nã bona paterna quaſi omnes vnus eſſent: conferunt: vt ſ. ti. 1. l. ſi nepotes.

f Ex eodem patre. Eodem q̃ filio. nam ſupra, poſuit in nepotibus ex diuerſis filijs.

g Tantum inuicem. Vt ſ. 1. & 2. reſp. huius. §. pe.

h Neceſſariatum. Idem in vtilibus, quę neceſſariæ quandoque dicuntur ſecundum Azo. ſed ſecundum Hug. contra.

i Cæterarum. Scilicet voluntariarum. computabit ergo in ſuam portionem dotem tanto minus, quanto eſt hæc expenſa: vt hic, & C. eo. l. dotis.

k Poteſt. Sed hodie confert actionem licet in nanem & integrã portionẽ percipit: vt C. e. ti. auth. qđ locũ.

l Extraneus. Contemplatione patris, aliàs non: vt ſ. de iure do. l. pfectitia. §. j. & hoc ſi quæratur de collatione facienda emancipatis, vel ijs, qui nõ fuerunt in poteſtate, ſuis aũt ẽt aduentitiã dotẽ confert: vt C. eo. L. ſiliæ dotem. §. nec dum. Azo.

m Inteſtato. Alias non, niſi pater hoc cauit: vt C. eo. l. filiam. hodie contra, vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. illud. colla. 3.

n Oportet. Hoc: ſiue ipſa mulier dotem a viro ſtipulata ſit, ſiue alius eius nomine: vt ſupra ea. l. §. 1.

o Ex pollicitatione. facta a patre mulieris.

p Fratrem. Qui tenetur ex pollicitatione patris: vt ſupra, de iure dot. l. ſi pater ita. & facit ſ. ea. l. §. in fi. §.

q Conferre. Hoc ſi cõſtat matrimoniũ. Sed qui ſi eſt ſolutum? Reſp. vt ſ. tit. 1. l. dedit.

r Eius. ſcilicet patris: vt ſ. tit. 1. l. filiũ. & de euic. l. pater. & ad legem Falc. l. pater. & j. eo. l. ſi.

s Ilia. CASVS. Si filia fuit data in adoptionem, & hæres inſtituta: nunquid debet alia bona conferre? ſic. ſi pater adoptiuus uiuit adhuc. Viu.

† Quid ſi eo qđ dedit pater pro filia q̃ ingreſſa eſt monaſteriũ? dic idẽ, quia ẽt dr dos. Bart. in l. Titio cen. tuni. §. Titio genero. in fi. ſ. de condi. & dem.

t Inſtituta. Dicunt quidam in duobus caſibus fieri collationem iure veteri ex teſtamento: vnus, quando pater cauit, vt C. e. l. ſi filiam teſtamento. aliusi hæc filia data in adoptionem. Sed tu dic, q̃ hic fuit inſtituta ab extraneo: ſed patri naturali ſucceſſit ab inteſtato, ſecundum Io. vel ſecundũ Azo. à patre naturali, & legitimo: & eſt ei cõmiſſum edictum p prꝫteritum: & eſt aucta ſua portio, & iõ confert, vt ſ. de contra tabu. l. non putauit. §. in adoptionẽ. & ſ. ti. 1. l. 1. §. pater. & l. prox. Acc.

* In eſt, dotẽ non conferet. Dua. 1. De ſpu. c. 14.

u Adhuc pater adoptiuus. Vt ſ. ti. 1. l. 1. §. his quoq; ſuperiori ergo caſu erat mortuus. Acc.

SI filia. CASVS. Eſt, q̃ filia dotata hæres inſtituta non tenetur conferre. vnde ſi petit cõtra ta. ex pſona fratris, non confert: quia ex iudicio defuncti habet quicquid per bon. poſ. contra tab. conſequitur. q̃ ſi plus ex bo poſ. quam ex inſtitutione habeat ad collationem compellitur.

x Non fungetur. Niſi vt ſtatim diſtinguitur.

y Neceſſe. Imò poteſt adire de iure ciuili ſi vult. vt ſ. de contra tab. l. ſi ex duobus. §. ſed illum? Reſp. neceſſe, id eſt utile: ſic ſ. de offi. præfec. præt. l. vnica. in prin. vel die neceſſe, id eſt, ſi voluerit eo iure ſuccedere quo prætor. ius.

a Ex iudicio. Scilicet testatoris. sic ſ. de leg. præſtan. l. nonnunquam.

b Eam fungi. Contra ſupra, de contra tab. l. filium. §. & hoc ſit conſequens. vbi dicit, q̃ ceſſat collatio. Sol. aliud eſt cũ petit inſtitutus collationẽ, cui per aliũ eſt commiſſum edictũ, quod non poteſt, vt ibi: niſi diminuatur portio inſtituti: vt ſupra tit. 1. l. 1. ſi filius. aliud eſt ſi petat præteritus ab inſtituto collationem fieri vbi diſtinguitur vt hic Azo. & ſupra titu. 1. l. 1. §. pater filium.

In P.F. aucta portio eius.

S I pater. CASVS. Si pater pro filia promiſit dotem, & exheredauit eam, & legatum dedit: filia habebit dotem, & legatum: quia hæc filia vbicunque emãcipatur dotem præcipuam habere debet. C. de rei vxor. act. §. videamus.

c Dotem. Quaſi relictum: & hoc repudiata bon. poſſ. H. ad quod eſt C eo. l. à patre. & l. filiam. & de rei vxor. act. §. videamus.

d Et legatum. Niſi ab inteſtato, vel per contra tabu. vel per querelam velit ſuccedere. Azo.

F Ilius. Si filius emancipatus poteſt petere contra tab. quia præteritus, & non petijt ſed quia reducitur ad cauſam inteſtati accipit bon. poſſ. vnde libe. ſi filia quæ remanſit in poteſtate, & fuit inſtituta, ſit ſecuta errorem fratris emancipati, & petijt bonorum poſſeſſionem ab inteſtato: dotem non cogitur conferre, quare? quia ex teſtamento poterat ſuccedere, & error fratris non debet ſibi obeſſe. vnde cum res reducitur ad cauſam inteſtati, viriles habent partes. ¶ Filia. Si filia p̃terita fuit in mora cõferẽdi dotem, ad vſuras dotis tenetur: quia frater eius patris ad cuius ſucceſſionem vocatur, tenetur præſtare fructus. Viu.

e Patris poſſeſſionem. Vnde liberi. Azo. & dic quod pater emancipatum præterijt, & filium alium, & filiã in poteſtate conſtitutos inſtituit, & ſic quemlibet in ſex vncijs.

f Poſſeſſionem. Bonorum vnde liberi.

IIII.

I pater pro filia dotem promiſerit: deinde exhæredatæ, vel, etiam emãcipatæ, & præteritæ, legatum dederit: habebit filia etiam dotem præcipuam, & legatum.

Erronea ſucceſſio non induit collationem. Bar.

V.

Ilius emancipatus, qui poſſeſſionem contra tabulas accipere potuis, inteſtati patris poſſeſſionem accepit: atque ita filia, quæ manſit in poteſtate, cum eiuſdẽ familiæ fratre hęres inſtituta, poſſeſſionem inteſtati patris errorem fratris emancipati ſecuta, accepit. Dotem ſcripto fratri conferre non cogetur: cum ea poſſeſſio fruſtra petita ſit: & filia patris voluntatem fini virilis partis reti neat: id eſt, vt omnes trientes habeant: & bonorum poſſeſio vnde liberi fingatur pro contra tabulas eſſe petita. Filia, quæ ſoluto matrimonio dotem conferre debuit, moram collationi fecit. Viri boni arbitratu cogetur vſuras quoque dotis conferre: cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis ſuæ fructus percipiat.

Si teſtamentum sumpsitur per querelam pro parte, & pro parte non, ceſſat collatio. & ſimiliter inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt. Bartolus.

VI.

Ater filium emancipatum hæredem inſtituit, & filiam exhæredauit: quæ inofficioſi lite perlata partem dimidiam hæreditatis abſtulit. Non eſſe fratrem bona propria conferre cogẽdum reſpondi. nam & libertates competere placuit.

VII.

g Errorem. Errauit enim emancipatus, cum deberet petere bon. poſſ. contra tab. & ipſe petijt, vnde liberi: & ſic fecit ſororem errare.

h Non cogetur. Vtpote inſtituta; vt ſ. eo. l. ſi filia, in principio.

In P.F. & filia fratris voluntatẽ finẽ virili. &c. vide Dua re. li. j. Diſpu. c. 12.

Petita. Sic j. tit. 1. l. 1. §. 1. in princ. & ſ. de tut. & cur. da. ab his. l. Sciæ.

Patris. Habeas patris. alias fratris. & no. videm, ſcilicet quatuor vncias cum ſint tres. ſic ergo portio filiæ minuitur in quarta. merito ergo non confert, vt iup. eod. l. ſi filia. §. 1.

Fructus. Quod de fructibus hic dicit, planum eſt ut ſupra, de uſur. l. videamus. §. ſi actio. ſed quod dicit de vſuris, eſt mirabile. nam dotis collatio aut petitur officio iudicis, quod poteſt: vt ſup. e. l. 1. 1. reſpon. aut ſtipulatione de conferendo interpoſita: & tunc cum actio ſit ſtricti iuris, non recipit uſuram: vt C. de cond. indeb. l. 1. Azo. & facit C. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & argu. C. de pet. hær. l. ſi. ibi, quod ſi non obtinuerit. &c.

Sic ſ P. Fl. Holoã. autẽ ſcribẽdum ſit, & filia patris ſui fruct. &c.

i Ater. CASVS. Si pater inſtituit filium hæredem emancipatum, filiam dotatam exhęredat. ſi ea monet querelã, & habet dimidiam hæreditatis, frater non cogitur bona conferre ab inteſtato, quia hoc caſu bonor. poſſ. contra tab. petita competunt libertates: ipſa dotem non tenetur conferre: quia diuerſo iure veniunt ad ſucceſſionem.

k Abſtulit. Nec in plus debuit obtinere: vt ſupra, de inof. teſt. l. circa.

l Propria. Quia pro parte tenet teſtamentum, Azo. & ex teſtamento hic frater ſuccedit.

m Nam & libertates. Bene dico valere teſtamentum p̃ parte, nam &c. & dic libertates valere in totum, vt C. de inof. teſt. l. cũ duobus. & j. de exce. rei iud. l. iudicatæ. 2. reſp. Item no. ceſſare collationem, cum agitur querela, vt hic, & ſ. de contra tab. l. filiũ. §. multo magis. hodie contra: vt C. eo. l. vt liberis.

ADDITIO. Dic ſm Bar. q̃ ibi loquit, qũ teſtm per querelam

querelam in totum reſcinditur: vnde omnes ab inteſtato eodem iure ſuccedunt. hoc autem teſtamentũ pro parte reſcinditur.

n Ec ipſa. Cum. Bona ratio: vt ſ. de cõtra tab. l. filium. §. & hoc ſit conſequens. Item melior, quia p̃ parte tenet teſtamentum, vt ſ. d. prox. diximus.

o Diuerſo. Hic ab inteſtato: frater ex teſtamẽto: & ſubaudi nec eodem iure poſſunt eſſe hędes: alioqui cõtra eſſet: ut ſupra tit. 1. l. ſi filius & facit ſup. de bo. poſſ. l. ſed cum patrono.

VIII.

P Ater. CASVS. Pater pro filio dedit dotẽ: & etiam quaſdam res pro illa filia dedit vltra dotẽ. inſtituit eam ſub cõditione, ſi dotẽ, & alias res conſecutam. modo quæriſ, ſi abſtinet ab hæred. vtrum dotem tenetur, cõferre? Reſp. q̃ non: imò ſi frater ageret contra eam, repelletur doli mali excep. Viu.

p Præter dotem. Id eſt, & dotẽ, & alias res dedit. ſed ſi hæc conditio vel alia de conferrendo appoſita nõ eſſet, tunc dic: vt C. eo. l. ſi donatione.

q Non in dotem. Idem & in dote: vt j. l. prox. Azo. & facit C. eo. l. filiam. & l. à patre. & ſ. l. 1. in princ. & ſ. de rei uendica. l. emptor. §. ſi.

r Ec ipſa dotem fratribus ſuis cõferet: cum diuerſo iure fratres hæredes ſint.

Verba enunciatiua per modum conditionis prolata exceptionem inducunt. Bar.

VIIII.

S Ater nubenti filiæ quaſdam res præter dotem dedit, eamque in familia retinuit. ac fratribus ſub conditione, ſi dotẽ, & cætera, quæ nubenti tradidit, contuliſſet, cohæredem adſcripſit. cum filia ſe bonis abſtinuiſſet, fratribus res non in dotem datas vindicantibus exceptionem doli placuit obſtare: quoniã pater filiam alterutrum habere voluit.

Qui non vult hæreditatem non cogitur de collationem. Bar.

IX.

Vit quæſtionis: Pater p̃ filia dedit dotẽ filia iſta abſtinet a bonis paternis, & vult cõtenta eſſe dote. nũquid dotẽ tenet cõferre? nõ: quia dos nõ intelligit patris ſed filię ius, & as alienũ cẽſetur. Vi.

s Nõ cõpelli. Scilicet cõferre ſ. l. prox. cum. cõcor.

t A fratribus. Mulieris, qui ut patris hędes tenẽtur: vt ſ. e. l. 1. §. filiam. & facit ſ. e. l. 1. §. fi. cum concor.

¶ Hoc eſt facti non iuris. Sed quare poſt tit. de cõtra tab. non poſuit de ſecund. tab. quæ eſt iuris? Reſp. q̃ hoc datur etiam præteritis, qui præcedũt inſtitutos: vt j. de ſecun. tab. l. 2. §. expectandum.

Icuti. CASVS. Sicut prætor habet curã liberorũ iã natorũ dum eis ab inteſtato dat bon. poſſeſ. vnde liberi, ita habet curam poſthumorum. & ideo ex iſta parte ſcripti petitur bon. poſſ. & ſicut præteritus datur cõtra tab. ita vice cõtra ta. mulieri dat bo. poſ. ſignãtis vẽtris noſe, qũ certũ eſt qđ naſcatur ſuus: ſed ſi eſſet incertũ, nõ dat. qd ſi dicit teſtator, ſi qs erit mihi natus, exhæres eſto? q̃ filia naſci põt vel plures naſci poſſunt, mittit vẽter in poſ. vt alatur ex bonis: q̃ ſi ſub cõditione venter eſt inſtitutus vel exhæredatus, nunquid in bo. poſ. dẽt mitti? certè vtile eſt: qd ſi venter eſt ab inſtitutis exhęredatus: a ſubſtitutis prætereritus? Certè ſi viuunt, inſtituti, non mittetur in poſ vẽter, quia exhæredatus eſt. & pone caſum per contrarium in ſequentibus, ſcilicet quando eſt uẽter præteritus ab inſtitutis, & exheredatus a ſubſtitutis. uſque ad §. ſi filius.

Si ſi ius. Filius captus ẽ ab hoſtibus. uxor domi prægnãs remanſit ſocer eius (qui, & captiui pater eſt) interim deceſſit. uxor captiui mittitur in poſſeſſionem bonorũ ſoceri. Sed ſi aliquis exhæredauit uentrẽ uxoris: nunquid ſi naſcatur, in illum caſum denegabitur bon. poſ. nõ. nec eſt neceſſe ut ſit vxor tempore mortis, ad hoc ut mittatur in poſſeſſionem. quid ſi emancipatus deceſſit? nũquid uenter mittitur in poſ. dicitur. q̃ ſic. quid ſi filius eſt datus in adoptio. & deceſſit uxore prægnante? venter mittetur in poſ. nõ ſolum in bonis aui adoptiui, ſed etiam in bonis aui naturalis, ſed ſi inſtitut? eſſet, poterit petere mitti in poſ. venter: cũ poſſet petere bon. poſ. ſecundum tab. h. d. vſque ad § ſi pater nuru.

u Si pater nuru prægnãte. Habuiſtis q̃ a mulier prægnãs poſtulat mitti in poſſ. vẽtris nomine: circa hoc ponitur caſus talis. Pater habebat filiũ, & nurũ prægnantem, filium emancipauit. venter non repellit in totum à bonorũ poſſeſſione, nã in quantũ admitteretur ſi eſſet natus, in tantundẽ debet admitti. nã eſt gũliter dicẽdũ, quo caſu filius iam natus admittitur ex eodẽ edicto cũ patre, eodẽ caſu admittetur vẽter cũ filio emãcipato. Vnũ ſciatis, ſi aliqua petit ſe mitti in poſ. & aliqs negat prægnantẽ eſſe. ſi in euidẽti eſt nõ eſſe prgnãtẽ, nõ admittit. ſi dubiũ eſt, mittẽ ad exemplum Carbonẽdic. ex quibus cauſis indulgẽt iam nato, & eã quia fauorabilior eſt cã naſcituri. quã iã nati. vnde partus antequã naſcat alẽdus eſt, q̃a parẽti naſcit & reipub. Vnũ ſciatis, ſi habuit vxorem prægnantẽ, & ſecundã, & decedit eis relictis prgnantibus, vterque venter põt petere mitti in poſſeſſionẽ, ſi euidẽs calũnia nõ apparet. h. d. vſq; ad §. quoties aũt. ¶ Quoties aũt. Si mulier prægnans petit mitti in poſ. ventris nomine, & mittit, põt poſtulare curatorẽ vẽtri dari: ſolet & bonis, ſed ſi perit dari vẽtri tũ, creditores mittent in poſ. cuſtodiæ cauſa, ſi petit dari vẽtri & bonis, creditores erũt ſecuri, & eſt dãd curator idoneus cũ inquiſitione. & idẽ põ dari & bonis & vẽtri, & põt dari vn?, & ſi vtile eſſet bonis, plu

TITVLVS VIII.

DE VENTRE in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius.

Vlpianus lib. xiij. ad Edictum.

I.

f Huius titulj, & proximè ſequẽtis ordinẽ eſſe inuerſum patet. Au. emẽ. li. j. c. j. & in P. Flo. huic tit. adſcripta eſſe hæc οὗτος ὁ τίτλος, μετὰ τὸ νίξης ἐστιν, itaq; hic titul? nonus eſt, ſequẽs aũt octauus,

Icuti liberorum eorum, qui iam in rebus humanis ſunt, cu-

res poterunt dati. si verò mittit in pos. mulier vētris nomine à curatore debet accipere ea, sine quibus se sustinere nō potest. vnde potum, & cibū debet præbere secundū facultatē defuncti, & dignitatē mulieris & sibi sumptus præstantur primo ex pecunia, quę est in hæreditate, postea ex fructib⁹, sed curator dat bonis, si dubiū est, ne res vsucapiātur, vel debitores liberentur: istud debent curare tutores, & curatores, & pōt dari curator ex affinibus, & amicis. Vnum sciatis, si de plonis quæstio moueatur, ideo melior eligēdus est. verum quia talis curator aliquādo non petitur, dicendū est, q̄ instituēd⁹, & subtilitutus potest pernumerare, & assignare bona, curator debet custodire bona, præsertim ea, q̄ sine custodia esse non possunt, curator facere inuentarium debet, in quo omnia bona scribantur. h.d. vsq; ad §. tandiu. Tādiu autem. Si venter mittitur in pos. ventris nomine dēt esse in pos. quādiu pariat, vel abortum faciat, vel certū sit nō esse prægnantem. si dicat se prægnantē, & appareat nō esse prægnantem: de suo videtur consumpsisse. si eū ediderit, q̄ repulsus est, discedere debet mulier de pos. sed si mulier fecit sumptus bona fide, illos restituere nō tenetur, sed si p̄gnans sit mulier, q̄ petit mitti in pos. & defunct⁹ nō habeat habitationē, est domus cōducenda, & serui sunt p̄standi, q̄ sint in eius ministerio secundum dignitatem mulieris. h.d. vsq; ad l. curator.

ram prætor [a] habuit: ita etiam eos, qui nondum nati sint, propter spem nascendi, non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tutius est, dum ventrem mittit in possessionem vice contra tabulas bonorum possessionis. Prægnantem esse mulierem oportet omnimodo, nec dicere [b] se prægnantem sufficit. quare nec tenet datio bonorum possessionis, nisi vere prægnans fuerit & mortis [c] tempore, & eo, quo mitti in possessionem petit. Toties autem mittitur in possessionem venter, si nō est exhæredatus: [d] & id, qđ in vtero erit, in ter suos [e] hęredes futurum erit. Sed & si incertum sit, aliquo tamen casu [f] possit existere, quo, qui editur, suus futurus sit: ventrem mittemus. ęquius [g] enim est, vel frustra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bonorū aliquo casu futur⁹ est. Quare & si ita exhæredatio facta sit. Si mihi filius vnus nascetur, exhæres esto. qa filia [h] nascī pōt, [i] vt plures [k] filij, vel filius, & filia: & venter in possessionem mittetur. [l] Satius est enim sub incerto eius qui edetur, alī etiam eum, qui exhæredatus sit, quam eum, qui non sit exhæredatus, fame necari: ratumque esse debet, quod diminutū est, [m] quamuis is nascat, qui repellitur. Idem erit dicendum, & si mulier, quæ in possessione fuit, abortum fecisset. Sed & si sub conditione [n] posthumus sit exhæredatus: pendente conditione Pedij sententiam admittimus, existimantis, posse ventrem in possessionem mitti: quia sub incerto vtilius sit ventrem alī. Si venter ab institutis exhæredatus sit, à substitutis præteritus: Marcellus negat, in possessionem eum mitti posse viuentibus [o] institutis: quia exhæredatus sit, quod verum est. Per contrarium autem, si ab institutis præteritus sit venter, à substitutis exhæredatus [p] viuis institutis, mittendus est in possessionem. Quod si non viuant, negat mittendum: quia ad eum gradum deuenit, qui habiturus bo. pos. vnde agnati, vel vñ cognati, vel alīā, nūqd admittet in pos. ex hoc edicto? Rñ. vt j. eo. l. fi q̄ est contra.

Sic ff. F. Hal. scti p̄tit, Sanctius est.

Casu. jVt in seq. exēplo, quęrit &c.

Æquius. l. minus inique: nā hoc non est aquitas, alī de alienis indebite, vt C de pact l. fi.

Facit ad hunc tex. gl. fi. post med. in c. cōtingit. ibi, simili ter cū vēter. extra de dol. & contu.

Aliqno casu. Imò omni casu est futurus suus, quādo sub conditione exhæredatur de qua subijcit, cum non valeat vt §. de lib. & posth. l. 3 §. purè. sed dico q̄ inferior nō est cōditio, cū nihil suspēdat. nā aut nascetur suus, & solus, & statim tenet exhēdatio, vt §. d iniu. te sta. l. si ita. aut filia & plures, & statim nō renet. Itē dū spera nasci nō differē propter conditionē quæ nēdum est, nullo ergo tēpore conditionalis est. Azo.

P. F. in hac parte. Et sic cō paratiuū pro positi uo, prout etiā & cō tra positiuum pro comparatiuo, p̄ q. bus Mandos. in gl. Facul. §. Cōsiderā tes, inver. nobiliora.

Filia. Non ergo masculinū concipit fœminū propter odium, vt aliās §. de libe. & posth. l. eum quidam, & propter hoc dicit plenūq; j. de verbo. sign. l. pro nuntiatione in princ.

Masculinū quo cōcipiat fœminū Mād. in 3. qst. Reg. de fir. nu. 3. & seq. ac nu. 9.

Plures. Sicut hic odium facit nō cōprehendi omnes, sic & aliās fauor facit cōprehendi oēs, vt C. de fideicō. li. l. 1.

Satius. Facit j. de pœn. l. absentem, & j. e. l. §. sed & si qs. & j. de regu. iu. l. 15.

P. F. vel plures.

a Prætor. Dando Carboniano, & contra tab. & cętera. sed certè & posthumis dat contra tab. vt §. de cōtra tab. l. 1. §. hoc autem. sed illud cū essent nati, hoc autem ante. Accur.

b Nec dicere. Sic C. quod met. cau. l. metum.

c Et mortis. Ad hoc j. eod. l. fi. Item hic verè, ibi quo ad opinionā, vt j. ea. l. §. si filius. & facit §. de acqui. hæred. l. cum quidam.

d Exhæredatus. Ritè, vt §. de contra tab. l. non putauit. non quæuis.

e Inter suos. Vt qa ex viro existēte sui iuris, & vxore conceptus sit, vt inst. de pat. po. §. qui igitur. Idem si est loco sui hēdis, qui cōtra tabu. habet, vt j. ead. l. §. apud. §. 1. & C de Carb edi. l. si in fi.

f Diminutū. est. Vt j. e. l. 3. nisi in casu, vt j. e. l. i fi.

g Sed & si sub cōditione. Facta in defunctū potestatiuæ cōditionis: alias enim nulla esset, vt §. de lib. & posthu. l. 3. §. purè. & de hær. insti. l. iā dubia, & j. ea. l. §. sed si quis. Azo.

h Viuentibus. Et deliberantibus, vel adeūtibus hēditatem. sed nōne aliquo casu pōt esse suus: puta si in stituti repudient hēditatem: ergo mittendus est, vt §. proxi. § Respon nō est illud sic extendendū: aliās ēt ritè & purè exhēdatus venter in possessionem mitteretur: quia aliquo casu pōt fieri suus, vt perlata querela contra scriptum hēdem, vt §. de inof. test. l. Papinianus. §. si ex cā. §. ergo fit suus ex defectu cōditionis vel dici exhēdationi appositę. hic vtraq; sīstitutio, vel exhæredatio purè facta est, & facit §. de contra tab. l. non putauit. §. 1. & §. à primo.

i Soceri. Hoc ita si viuente socero sit conceptus, vt supra de iniusto testamento leg. si quis exhæredatus. §. sed hoc ita. Azo.

k Exhæredasset. His verbis.

l Natus. Repete ex hæres esto. est enim alius casus.

m In possessionem. His. n. casibus, qui nascitur eo casu, qui omissus est, suus est: ut supra de liber. & posthu. l. commodissimè. aliud in institutione, ubi g nunūuidetur & aliud cō prehendere, ut C. de posthum. hæred. instit. l. fina. quę est contra.

n Benigniorem. Id est benignum 1 & facit supra eadem l. §. sed & si incertū. & §. sed & si sub cō ditione.

o Vxoris. Scilicet p̄ gnantis mulieris, vt §. ead. l. §. prægnantem. Azo.

p Nō fuerit. Ab eo fortè diuortio sęparata: tamen mittetur in posse sionē, & sic non obst. j. ea. l. §. si ea. quia ibi ne gabatur vxor aliquo tempore. Item contra §. de legat. 3. l. item legato. §. si vxori. & §. sed vt legatum. Sed illud cum legatur vxori, hic autem propter ventrem tantam dicitur.

q Etiam ex emancipato. Et post emācipationem concepto: vt differant à proxi. sequ. casu. & dic possessionē bonorum, scilicet aui. vt differat ab vltimo casu huius. §.

r Iam. Ante emancipationē, & sic remansit in potestate aui, vt institu. quibmod. ius patr. potesta. solui. §. fi.

s Bonorū possessionem. Scilicet cōtra tab. vt supra de

gnans sit: decreto tuendam esse, ne præiudicatū voluta sit hęreditas, à quo exhæredatus est.

Si filius ab hostibus captus sit: vxor eius prægnans in possessionem bonorum soceri [a] mittenda est. nam aliquo casu spes est, id, quod nascitur inter suos hæredes futurum: vt puta si pater eius apud hostes decedat. Sed & si quis ventrem ita exhæredasset, [b] Qui mihi intra menses tres mortis meę natus [c] erit, exhęres esto: vel, Qui post tres menses: uenter in possessionem [d] utique mittetur, quia aliquo casu suus hæres futurus est. Et sanè benigniorem [e] esse prętorem in hanc partem [*] oportebit, ne qui sperat, ante uitam necetur. Rectissimè autē prætor nusquam vxoris [f] mentionem fecit, quia fieri potest, vt mortis tempore vxor non fuerit, [g] quæ se ex eo prægnantem dicit. Etiam ex emancipato [h] venter ad possessionem admittitur. Vnde apud Iulianum libro xxvij. Digestorum quęritur: si emancipatus quis sit uxore iam [i] prægnante, deinde decesserit, & pater eius mortuus sit, an venter in possessionem emācipati patris mitti possit? & rectissimè scripsit, rationem non esse, cur venter, quem edictum admittit, repelli debeat. Est enim æquissimum partui consuli, qui natus bonorum possessionem [k] accepturus est. Sed & si auus viueret: similiter ventrem admitteremus.

Si quis in adoptionem datus decesserit prægnante uxore, tunc deinde adoptator defunctus fuerit: mittetur uenter in possessionem aui adoptiui. Sed an etiam in eius, qui in adoptionem dederat filium, mittetur, videamus. Etsi hic nepos post humus hæres ab auo naturali institutus sit, mittetur in possessionem: [l] quia & si nato eo nemo ex liberis sit alius: bonorum possessio secundum tabulas [m] dari potest: aut si sint liberi præteriti, etiam contra tabulas cum ipsis potest accipere.

Si pater nuru prægnante filium emancipauerit: non in totum repelli [n] uterus debet. namque natus solet patri ex nouo [o] edicto iungi. Et generaliter quibus casibus patri [p] iungitur natus, admittendus est venter in possessionem.

Si ea, quæ in possessionem uult ire, vxor [q] negetur, vel nurus, uel esse, vel fuisse, [r] vel ex eo prægnans non esse contendatur: decretum interponit prętor, ad exemplum Carboniani edicti. & ita diuus Adrianus Claudio Proculo prętori rescripsit, ut summatim de re cognosceret, & si manifesta calumnia videbitur eius, quæ ventris nomine in possessionem mitti desiderat, nihil noui [s] decerneret. si dubitari de re poterit, operam daret, ne quod præiudicium [t] fiat ei, quod in utero est: sed uentrem in possessionem mitti oportet.

Apparet itaque, nisi manifesta sit calumniatrix mulier, debere eam decretum eligere: & ubi omnino iustè dubitari poterit, [u] an ex eo prægnans sit: decreto tuendam esse, ne præiudicatū voluta sit hęreditas, à quo exhæredatus est.

a Soceri. Hoc ita si viuente socero sit conceptus, vt supra de iniusto testamento leg. si quis exhæredatus. §. sed hoc ita. Azo.

b Exhæredasset. His verbis.

c Natus. Repete ex hæres esto. est enim alius casus.

d In possessionem. His. n. casibus, qui nascitur eo casu, qui omissus est, suus est: ut supra de liber. & posthu. l. commodissimè. aliud in institutione, ubi g nunūuidetur & aliud cō prehendere, ut C. de posthum. hæred. instit. l. fina. quę est contra.

e Benigniorem. Id est benignum 1 & facit supra eadem l. §. sed & si incertū. & §. sed & si sub cō ditione.

f Vxoris. Scilicet p̄ gnantis mulieris, vt §. ead. l. §. prægnantem. Azo.

g Nō fuerit. Ab eo fortè diuortio sęparata: tamen mittetur in posse sionē, & sic non obst. j. ea. l. §. si ea. quia ibi ne gabatur vxor aliquo tempore. Item contra §. de legat. 3. l. item legato. §. si vxori. & §. sed vt legatum. Sed illud cum legatur vxori, hic autem propter ventrem tantam dicitur.

h Etiam ex emancipato. Et post emācipationem concepto: vt differant à proxi. sequ. casu. & dic possessionē bonorum, scilicet aui. vt differat ab vltimo casu huius. §.

i Iam. Ante emancipationē, & sic remansit in potestate aui, vt institu. quibmod. ius patr. potesta. solui. §. fi.

k Bonorū possessionem. Scilicet cōtra tab. vt supra de contra tab. l. si emācipatus. §. nepote.

Admitteremus. Quia & contra tab. darentur, vt supra de contra tabul. l. si retentus.

l Secundum tab. Facit §. de cōtra tabu. l. non putauit. §. in adoptionē, & §. datur. sed contra in eo. tit. l. cum emancipatus. §. qui duos. Sol. ibi.

m Repelli. A bonorū possessione aui. Hug.

n Ex nouo. Scilicet de coniungen. vt j. tit. l. 1. §. 1.

o Patri. Emancipato, vel quoconque modo à patria potestate liberato. Accursius.

p In possessio. Bonorum aui, scilicet pro parte, & facit §. titu. 2. l. filius.

q Vxor. Legitima, & super hoc summatim cognoscitur, vt subijcit. cæterum vxorem esse, probari plene oportet, sed certè idē de legitimatione videtur, q̄ talis debet esse, quę suū paritura sit. vt §. e. §. tories. 1 prin. sed illud dicit præsūptiue modico faciente pro hoc qđ sit legitima.

r Fuisse. Aliquo tēpore ne obstet §. ea. l. §. rectissimè.

Ad exemplum. Vbi summatim cognoscit, & si modicum est pro puero sit missio, vt j. de Carbo. edict. l. 3. §. cautæ, & infra ne uis fiat ei. l. finali. §. penultimo. Sed contra infra eodem l. vbicunque. §. inter dum. vbi dicit plene cognosci. Solutio, ibi, & nct. similia de summaria cognitione. §. ad exhibend. l. tertia. §. ibidem.

s Nihil noui. Quia non mittet eam in possessionem.

t Præiudicium. Qualequale: nā plenum non fit, vt §. de iureiuran. l. 3. §. penulti. Accur.

u Quibus casib. sūmariè p̄cedat, vid ad lōgum in gl. ordin. i. ver. sūmatim l. 3. §. sciē dum. §. ad exhibē. & per Quintil. Man. super. 3. commis. i ver. summariè.

a Ex quibus causis. Id est, cum de statu & bonis, vel de statu tantum, vel de bonis tantum quæritur, vt ſ. de Carbon. edic. l. 3. §. quãquis. Azo.

In lucem. Neq; ſperatur, ante vitam necetur. vt §. ſi filius. in fi. facit §. ea. l. in prin.

In familiam. Id eſt, agnationẽ, quæ ei negabatur.

Reipublicæ. Nouum naſci reipub. ſic §. de vẽtre inſpi. l. 1 §, quamquã. magis quam parentibus, vt ſ. de capti. & poſtlim. l. poſtliminium. §. filius, & tacit C. de ſacroſan. eccleſ. ſancimus. in fi. ibi, animæ hominũ, &c. & ſ. de mune & hon. l. 3. §. filius. Accurſius.

Mox. Diſſoluto. primo matrimonio diuortio. Azo. & ſic prima nõ eſt vxor tempore mortis. vt §. ead. l. §. rectiſſime.

Cum nemo. Maximè: vt ſupra proxi. §.

Quoties. Nunc trãſit ad ſecundam partem tituli.

Bonorũ eſſe. Scilicet quia cauſa rei ſeruandæ mittẽtur in poſſeſſionem.

Periculum. Vt ſ. ea. l. § item ſi periculum, & ideo ſatiſdat niſi ſit ex ingſtitione datus, vt §. de cu. fu l bonorum, & facit inuentariũ, vt infra. ea. l. §. curatore.

Creditores. Eorum enim conſenſu conſtituendis eſt, ſi adeſſe volunt, vt infra. de cu. bo dan. l. 2. in prin. & quod dicit oportet, non importat neceſſitatem, vt §. de inſtit. & iur. l. 3. in principio.

Vtimur. Frequẽtius.

partui fiat. Idemque eſt, & ſi mulieri ſtatus controuerſia fiat. Et generaliter ex quibus cauſis Carbonianam bonorum poſſeſſionem puero prætor dare ſolitus eſt, ex eiſdem cauſis ventri quoque ſubuenire prætorem debere non dubitamus: eo facilius, quòd fauorabilior eſt cauſa partus, quam pueri: partui enim in hoc fauetur, vt inlucẽ producatur: puero, vt in familiam inducatur. partus enim iſte alendus eſt, quia non tantùm parenti, cuius eſſe dicitur, verum etiam reipublicæ naſcitur. Si quis prima vxore prægnante facta, mox aliã duxer t, eamq; prægnantem fecerit, diemq; ſuum obierit: edictum ambobus ſufficiet videlicet cũ nemo contendit, nec calumniatricem dicit.

In P. F. qui & ſi nõ tm patenti &c.

Hinc Cice. Ver. §. Suſcepetas enim liberos non ſolũ tibi, ſed etiam patriæ, q nõ modo tibi voluptati, ſed etiam aliquãdo rei pub. vſui eẽ poſſet p ijs, & ĩ gratitudine, ac gratitudine ciuis i patriã, latè Mand. de Ingrati. c. 27.

Hac ratione Plato dialogo. 7. d legi. & Arito. lib. 5. polit. alẽdorũ puerorum cura nõ priuatã, ſed publicã eſſe cẽſet. quę q dili genter ſuſcipienda ſit, & retinẽda, graviter & copioſè ſupraſcriptis locis explicãt.

Quot modis ponat, vide gl. & doc. in l. 2. §. ſi cer. per. gl. in l. ſi pupilli. §. ideart. §. de negot. geſt. & in c. qa p de elc. & ic. ſi in quali. ber. 2. q. 2.

Quot ies autem vẽter in poſſeſſionem mittitur, ſolet mulier curatorem ventri petere: ſolet & bonis. Sed ſi quidem tantum ventri curator datus ſit: creditoribus permittendum in cuſtodia bonorum eſſe. Si verò non tantùm ventri, ſed etiam bonis curator datus eſt: poſſunt eſſe ſecuri creditores: cùm periculum ad curatorem pertineat idcirco curatorem bonis ex inquiſitione dandum, idoneum ſcilicet oportet creditores curare, vel ſi quis alius eſt, qui non edicto partu ſucceſſionem ſperet. Hoc autem iure vtimur, vt idem curator & bonis & ventri detur. Sed ſi creditores inſtent, vel qui ſperat ſe ſucceſſurum: diligentius, atque circunſpectius id fieri debebit: & plures (ſi deſiderentur) dandi ſunt. Mulier autem in poſſeſſionem miſſa, ea ſola ſine quibus ſe ſuſtinere, & ad partũ vſque perduci non poſſit, ſumere ex bonis debet: & in hanc rem curator conſtituendus eſt, qui cibum, potum, veſtitum, tectum mulieri præſtet pro facultatibus defuncti, & pro dignitate eius, atque mulieris. Deminutio autem ad hos ſumptus fieri debet primum ex pecunia numerata, ſi ea non fuerit: ex ijs rebus quæ patrimonia onerare magis impẽdio, quam augere fructibus conſueuerunt. Item ſi periculum eſt, ne interimantur, ne debitores temporis liberentur, idẽ curare debet. Ita igitur curã hoc quoque officio adminiſtrabit, quo ſolent curatores, atque tutores pupillorum. Eligitur autem curator aut ex ijs, qui tutores dati ſunt poſthumo, aut ex neceſſarijs, affinibusq; aut ex ſubſtitutis, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus: ſed is vtiq; quiidoneus videbitur, aut ſi de perſonis eorum quæſtio moueatur: vir bonus eligitur. Quòd ſi nondum curator conſtitutus ſit (quia plerunque

In P. F. ſine quibus fœt. ſuſtineri, & ad partũ uſque perduci nõ poſſit.

b Cõſtituendum. Id eſt, conſtitutus ventri, & bonis faciet hæc: vt ſ. eodẽ l. curator.

Dignitate. Sic ſ. eo. l. habitatio. §. ſeruis, & l. curator & §. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & ſ. de Car. edi. l. ſed & ſi is §. an autem, & ſ. de mu & hon. l. 2 §. ité ex Carboniano.

Conſueuerunt. Tertio de mobilibus, quarto de immobilibus, vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. ſin autem æs. alienum, & §. ſinautem non ſufficit. Azo & ſ. de relẽ. l. ſi quis ſepulchrum. §. fin. & l. ſequen.

Idem. Curator bonis datus, vt infra de mu. & hono. l. 2. §. ſed & in bonis, & de bonis auth. iud. poſſ. l. creditore.

Solent. Hoc quoad hæc q ex neceſſitate iunt geredæ: vt hic, & ſ. de cu. bo. dan. l. 1 in fi. cæterũ alia non vendet, & in hoc differt à tutore pupilli, & curatore adulti. vt §. de admi. tu. l. inter. Et no. quod quandã ex his facti vt curator bonorum, quædam vt curatoris ventris.

Curator. Volens demũ, non inuitus, niſi ex cauſa, vt ſ. de cura. bon. dan. l. 2. §. quæritur.

Dati ſunt. Hi tenẽtur vtili actione, neg. geſt. non nato poſthumo, vt §. de teſt. tut. l. ſi nemo. §. teſtamento.

Ex ſubſtitutis. Poſtponitur de ſubſtitutis propter ſpẽ ſucceſſionis, vt C. vbi pupil. edu. lege. fina.

Defuncti. Id eſt, ad defunctum.

z Idoneus. Rebus, & facilitate conueniẽdi, vt ſ. de verb. obligationibus. l. ſi quis ſtipulatus. in fine. pro qualitate etiam rerum, vt infra de verborum ſignificationes leg. quos nos. §. locuples. Azo.

a Virbonus. Præſidis arbitrio, vt §. de cura. bo. dan. l. 2. in prin. & §. de admi tut. l. 2 §. ſi non erit.

Tardius

a Tardius. Aliàs ſerius datur.

b Obſignare. Id eſt, ob hoc ſignare, ne quid inde minuatur.

Pernumerare. Id eſt, omnes numerare. per enim totum ſignificat, vt ſ. de verb. ſign. l. vrbana. §. fi. Az.

Per auget, & quot modis, ponatur, Mãd. in gl. Facul. §. Acẽt, in ver. ger.

c Facta ſit. Subaumetti, & vindemiæ cuſtodem apponet.

d Diminui. Propter ventrem, vel pecora vel meſſem, vel vindemiam: imò in ventre contra, vt §. proxim. §. Azo.

e Curatore. Cõſtituendo, & die conſcribere. i. ei ſcribere debent omnes ſimul creditores, & alii, quorũ intereſt conſtitui: de quibus hic, & ſuperiori §. dicitur. vel maior pars, qui in eum cõſentiũt: vt ſ. de curbo. dan l. 2. in princ. Azo. & quod dixit vẽdenti, ſcilicet quę poſſunt vẽdi. quod dixi ſupra, eo. §. mulier. nec obſtat ſ. de cur. bon. dan. l. 1 qa ibi debet cõſentire ſi exigitur: licet qui dam dicant aliud in illo curatore. Accurſius.

f Hæc omnia. Quæ ſunt dicta §. ea. l. §. quod ſi. & §. idem ait. Azo.

g Tandiu autem. Tenetur enim actione in factum ad intereſſe vſque ad annum, vt §. ſi mulier ven. no. l. 1. §. competit, & §. per calumniam, & §. hanc autem, & facit §. de ijs qui not. infa. l. notatur, & de iureiur. l. 3. §. penul.

h Pariat. Futurum agnatum, vel cognatum, vt ſ. e. l. vbicunque. §. interdum.

i Vmptus. Bona fide. Quia ſe credebat prægnãtẽ, & ex defuncto. & facit ſupra eodẽ, l. 1. §. tõties. ibi, ratumq; & infra eodem. l. penult.

k Abitatio. Facit §. eo. l. 1. §. mulier.

CVrator. CASVS vbicunq; curator datur ventri miſſo in poſſ. ille debet ventri alimẽta præſtare ſiue mulier habeat dotem, ſiue non. nam q̃ præſtatur ei, præſtari cenſetur. qui in vtero eſt. Et curator datus ventri debita poteſt ſoluere, ea poſſeſſionẽ quę debentur ſub pœna, vel ſub pignoribus: ne hęres cõmittat in pœnam, vel pignora diſtrahantur. Viu.

Qui in vtero eſt. Quia eſt portio viſcerum matris vt §. de ven. inſpi. l. 1 §. ex hoc reſcripto. ſed contra ſ. eo. l. extraneo. Sol. ibi.

Sub pœna. Vel vſura, alioq; non niſi fuerit cõuentus. Azo & not. q̃ hic eſt ex natura curatoris bonorũ, ſed in prin. huius l. ex natura dati ventri. Itẽ facit ſ. de cura. bo. dan. l. 1. in fi. & ſ. de hęre. inſtit. l. ſi quis inſtituatur. §. fi. Itẽ q̃ dicit ſub pœna, ſubaudi maxime ſecundum Azo.

Extraneo. CASVS

Teſtator extraneum poſthumũ inſtituit ſibi hęredem. nunquid uetter mittetur in poſſeſſionem? Et ſic, ſi mater non habet aliunde, vnde ſe alat. Viuia.

Extraneo poſthumo. Vt ex emãcipato cõceptus, qui poterat etiam olim inſtitui, vt Inſtitut. de leg. §. poſthumo. ſecus in ſuo filio, vt §. proxi. in prin. quę eſt contra.

Niſi. Nota, quòd hæc dictio niſi, ponit ſic §. ſi quis caut. ſi eum. in fi. & facit hæc lex ad ſolutionẽ queſtionis factæ C. de rei vxo. actio. §. exactio: in fi. magnę gl. & facit infra de Carb. edict. ſed & ſi is. §. an autem.

Bicunq; CASVS

Si defunctus deceſſerit inteſtatus, & venter velit ab inteſtato ſuccedere, ſi venter eſt talis quòd ſi natus eſſet, ſuus eſſet, debet mitti in poſſ. & iam pro nato haberi.

Interdum. Venter nõ mittitur in poſſeſſionem defuncti poſſim, ſed cum cauſę cognitione. ſi qs facit. cõtrouerſiam vẽtri, an eſt de liberis, cognoſcẽſ ſummatim, & bẽne debet alicuius cauſæ cognitio ſummatim fieri, quia inconueniens eſt ratiſdari in poſſeſſionẽ ventrẽ ve ſci de aliena, ſi venter non eſt. Vnum ſciatis, q̃ puero moneter quando ſtatus, differtur in tempus puberta t. s ſed interim non mittitur in poſſ. Mittit prior ventrem in poſſeſſionem ex hoc dicto, etiam ſi alij ſint in poſſeſſione. Viuia.

IIII.

Abitatio quoq; (ſi domum defuncti non habuit) conducẽda erit mulieri. Seruis quoque mulieris, qui neceſſarij ſunt ad miniſterium eius, ſecundum dignitatem cibaria præſtãda ſunt.

V.

Vrator ventris alimenta mulieri ſtatuere debet: nec ad rem pertinet. an dotem habeat, vnde ſuſtentare ſe poſſit: quia videntur quæ ita præſtantur, ipſi præſtari, q̃ in vtero eſt. Curator ventri datus, ſoluendi debiti rationem habere debet: vtiq; eius, quod ſub pœna, aut pignoribus prætioſis debetur.

VI.

Xtraneo poſthumo hærede inſtituto, non aliter venter in poſſeſſionem mittitur, niſi mater aliunde ſe alere non poſſit: ne forte ei, qui natus bonorum poſſeſſor futurus eſt, denegaſſe alimenta videamus.

VI.

Bicunque ab inteſtato admittitur quis, illic & venter admittitur: ſcilicet ſi talis fuerit is, qui in vtero eſt, vt ſi in rebus humanis eſſet, bonorum poſſeſſio

Sic P. F. & recte quẽ Hal. autẽ ſcripſit, cõcedenda.

P. F. 10

Tu dic hoc eſſe verũ, ſi pecedat negatio: aliàs n. priuat, ſeu negat, vt no. in l. ſi cũ. §. fi. & ibi omnino Bar. & Ale. ſi ſigs cau. & in c. à nobis p. gl. ex de teſta.

a Bonorum possessionem. scilicet vnde li. secundū quosdam. tu dic etiā vnde agnati, vel cognati: vt dices ff. l. fi. vbi expones hęc verba, in omnibus &c.

b Pro superstite. Quo ad commodum ventris.

c Interdum. Differētiam facit §. hic, an mulier quæ petit mitti, sit patri tura suum, vel quasi suū, & ei restituitur ab alijs liberis. quo casu sit plena causę cognitio, cū debeat vsq; ad pubertatem esse in possessione, & ali. licet in iā nato fieret summaria, vt ff. de Carbo. edi. l. 3. §. cęusæ. an sit paritura agnatum vel cognatum defuncti, & resistitur ei ab alijs agnatis, & tunc citra causę cognitionem maximam mittetur, quia tunc nō debet esse in possessione: necali, vsque dum nascetur, cæterum quæstio status semper differtur in tēpus. pubertatis: & secūdum hoc non est contra §. e. l. 1. §. si ea. nā ibi vt agnatum erat paritura. Vel dic q̄ si suum. tamen non erant liberi, qui resisterent. sed vel si extranei vel nulli: & ideo fit ibi summaria.

Vide ad longū in Spec. tit. de actio. ī 31. col. ver. item differeſ. & p eundē tit. de proc. §. 1. 15. colū. vers. item excipitur cōtra pro suratorē.

Cum liberis. Resistentibus.

Vnde legitimi. Id est, quasi legitimū, id est, agnatum, vel cognatū sit paritura: & hoc cum alijs agnatis, vel cognatis resistentibns.

Cognitionē Plenā, & meritò: quia nō erit in possessione: nisi vsq; quo nascet. nec enim &c.

d Ventrem. Pariturum agnatum, vel cognatū. Accursius.

e Seu enim. Pro certè, & hæc dictio, sed, aduersatiua id quod dixerat vesci. q. d. nō vescitur post natiui tatem, sed quæstio status differtur. Accur.

f Cum ijs. Paritura suū cum alijs suis, paritura agnatum cum alijs agnatis.

g Solus. Si solus est. & facit ff. de manu. testamē. l. si ita fuerit. §. quæstio. & ff. tit. 1. l. 1. §. si pater emācipatus, & §. de vsufruc. l. illi.

h Ventris nomine. Si mulier prægnans petit se mitti in possessionē defuncti vētris nomine, & accusatur de adulterio, debet differri q̄stio adulterij, ne fiat præiudiciū nascituro, vel iam nato. Viuianus.

i Differendam. Imo cōtra, vt ff. de adul. l. miles. §. quę propter, & C. de fal. l. j. & ff. de Carb. edic. l. j. in fi. & l. Titia, q̄ dicūt nō differri. Sed ibi propter natum, hic propter nascituru. Vel dic, aut ideo accuso, vt sic impediat partum in possessionē mitti, quasi ex adulterio conceptum: & differtur, vt hic. aut etiā vt ipsa puniatur: quod possum, vt in contrarijs. arg. infra ti. 2. l. Titia.

Præiudicium. Qualequale: non tamē eui steſ: vt §. de pe. hære. l. si quis libertatē. 1. respon. & hic sentētia lata contra hęredē dicitur non præiudicare: vt C. res inter alios acta l. 1. & alibi, quod præiudicat: vt ff. de appel. l. à sententia, & facit ff. de Carbon. edic. l. 3. §. ibidem.

VIII.

Si vētris nomine mulier in possessionem missa sit: diuus Adrianus Calphurnio Flacco differendam accusationem adulterij rescripsit, ne quod præiudicium fieret nato.

IX.

Vm venter mittitur in possessionem: quod in ventris alimenta diminutum est, detrahitur velut æs alienum.

X.

Osthumus natus quocunq; tpe(qui tamen ante mortem testatoris conceptus iam erat) pōt agnoscere bonorum possessionem. nam & ventrem prætor ex omnibus edicti partibus mittit in possessionem bonorum: non missurus scilicet, si ei nato daturus non esset bonorum possessionem.

In P. F. qui tamē morte testatoris cōceptus iā erit.

Vide in hūc locū Antoniū Aug. li. 1. emend. c. 1. in Pandectis. n. Florentinis hic ti. ante supe riorē positus est.

k Venter admittatur ad bonorum possessionem.

VIII.

Si vētris nomine mulier mittitur in possess. vētris nomine, qđ diminuit ob alimenta, dēt detrahi de bonis tanquam ęs alienum. Viu.

l Cum venter. Facit §. eodem. l. sumptus.

Osthumus. Missa est in possess. vētris nomine, iste posthumus tēpore mortis erat conceptus: nunquid videtur rectè missa in poss. bon. Respon. q̄ sic, scilicet: si iste erat talis, qui iam natus defuncto su° futurus erat: alias secus. Viu.

Conceptus iam. Alioqui non, vt ff. vnde cog. l. 1. §. sed hoc ita.

Bonorum possessionē. Vnde liberi, vel secundum tabulas, vel contra tabulas, si fuit institutus, vel præteritus.

Edicti partibus. Hic quæro, an venter pariturus agnatum, vel cognatum possit mitti ex hoc edicto. dixit Azo. quòd sic, etiā in quarto gradu, vel vlteriori dummodo alius eum non præcedat. nā lex dixit ex omnibus partibus &c. scilicet q̄ multæ sunt ex testamento, & ab intestato: vt Institut. de bonor. possession. §. sunt autem. liberorum, agnatorum, cognatorum. istæ enim sunt partes edicti, vt infra ti tab. test. nul. ex. l. 1. in prin. & pro hoc. ff. ad Tertyl. l. 1 §. sed si matris. & §. eod. l. vbicunque. in princ. in quibus sunt eadem verba. Item expressum videt s l. vbicunque. §. interdum. Alij dicunt, nō aliter, nisi sit paritura suū, vel quasi suum, vt §. eo. l. 1. §. toties. Et qđ dicit omnibus edic. &c. id est, siue ab intestato, siue ex testamento, per secundum tabulas, vel contra tabulas successurus, dummodo suus, vel quasi suus, sed sic non comprehenderētur omnes partes edicti. vel si vis seruare secundum opinionem, dic ex omnibus &c. siue sui sunt successuri liberi, siue agnati, siue vt cognati: quod facere possunt: vt infra de succes. edicto. l. 1. §. sed videbdum, & de Carboniano edicto. lege, de bonis. §. huic. primā placet: maximē

mē per, §. interdum licet in alio differant, vt ibi dicitur. Sed quid si instituit ventrē Bertæ extranæ, quod possum: vt supra de statu hominum. l. qui in vtero? Resp. habet quia habiturus est secundū tabulas. Accursius.

DE CONIVNGENDIS cum emancipato &c.

TITVLVS X.

DE CONIVNGENDIS cum emancipato liberis.

ARGVMENTVM. De bonorum possessione contra tab. quæ datur liberis emancipatis præteritis dictum est: & dictum est de collationibus, & bonorum possessionibus, quæ dantur mulieri prægnāti. verum quia inter filium emancipatū, & nepotem ex eo in potestate constitutū est discordia, & de hoc erat discordia inter ius ciuile, & prætorium, prætor vult ad concordiam reuocare. nā ius ciuile vocat nepotē in potestate constitutū, quia suus. Insti. de hære. quali & diffe. §. sui. ius prætoriū vocat filium emancipatū: quia in primo gradu. Inst. de hære. quę ab intestato. §. emācipati. sed certè ex isto edicto fit concordia inter ius ciuile, & prętoriū illud vocat quemlibet pro dimidia, & hoc dicit titulus, de cō iungendis lib. id est nepotibus. Verum hoc secundū Placen. est correctū: cum sit sublata' differentia emācipationis, & patrię potestatis. vel dicatis quo ad qđ est correctum: quia filius præcedat nepotem. sed si habeo filium emancipatum, ex alio nepotem in potestate: non est sublatū, in Authen. de hæredi ab intest. §. consequens. Viuia.

Primo ponit iurisconsultus mentem edicti. Secundo illud exponit. Secundæ ibi, Hoc edictum. Bartolus.

I quis. Si filius emancipatus, & nepos in potestate, vocatur ex edicto in dimidiā quilibet, si est nepos ex alio filio. si ex eodem: in partem vocatur pater, in aliam nepos, & istud edictum continet magnam æquitatem, ne emancipatus solus veniat, & excludantur nepotes. Vnū sciatis, si filius datus ī adop. institutus est, nepos dēt sibi iūgi, siue sit pater institut° vel ptēritus veruntamē differentia est inter adoptiuū, & emancipatū: quia in ado. datus nō iūgitur, nisi sit institutus, alio committente edictum: emācipatus iūgitur, siue institutus sit vel præteritus. ¶ Filio. Testator vnum filiū habebat in potestate, & illum ex busse in stituit, filiū emancipatū ex tiente, nepotem ex filio emancipato præterijt, præteritus iste nepos cōtra petit ex persona instituti, vel à filio emancipato ptēritus quid auocabit à patruo? auocabit sextātē, à suo patre vnciam. vocabitur itaq; in quadrantem.

¶ Si pater. Pater ex quo nepos erat in potestate, fuit exhæredatus, nepos ptēritus, nūquid debet hic exhęredatus cum prætērito iungi? nō, sed si vterq; esset p̄teritus, sic. Sed quid erit? pater in potestate manēs est instituendus: nūquid nepos ad bona aui sui debet vocari? Resp. q̄ non, quia toties nepoti cōsulitur, quoties in potestate est, patre eius emācipato: Quid si postmodum natus sit: nūquid admittetur cū patre suo? & certè sic h. d. vsq; ad §. liberos. Liberos aut. Ex isto edicto, vt in superioribus habuitti cōiūgunt liberi cum emācipatis, qđ est ita intelligēdu, si defunctus habet ex filio emācipato nepotes, aut ꝓnepotes in potestā testūc veniūt nepotes cū emācipatis, & sic deinceps. Vnū est, si pr̄ habuit nepotē ex filio emancipato, & ex nepote pronepotē, pronepos iungitur cū emancipato sed si captus est ab hostib°, & redierit, similiter ipse iungitur. h. d. vsq; ad §. si pater. Si pater. Pat erfamilias habebat duos filios in potestate. alterū emācipauit, & nepotē ex eo in locū filij adoptauit: decēt fit ipse pater, & filiū prætexit, nūquid iungetur ipse nepos filio, vt §. in prin. huius l. at iste nepos non est, sed filius adoptatus. certè ei succurritur sue cedenti. sicut si extraneus datus esset in adop. quia vocatur in vnam terriā, pater eius in aliam tertiam: alter filius qui retentus est in potestate, vocatur in reliquam tertiā. ¶ Illud. Nepos suus iungetur emancipato prętexito cum pater decedit intestatus, siue nepos fuit in nihilū institutus, vel in magna parte, vel modica portione. Inter ipsum. si aliquis decedit relicto filio emancipato: & nepote in potestate retētō: si ipsi duo sint, nō alij liberi, diuidiē hæreditas in duas dimidias. sed si sint plures nepotes diuiditur. si sunt ex eodem filio, pater vocatur in semissem, duo nepotes in alium semissem. sed si erat filius emācipatus, & nepos in potestate retentus, & alius filiꝰ in potestate retentus: tunc vocatur filius suus in semissē & emancipatus cum nepote in allū. sed si duo sunt emancipati, & quilibet habet nepotem, diuidieur in duos semisses, sed si vnus emancipatus habet vnū filium, alius tres, diuiditur in duos semisses, & vnus semis diuiditur in duos quadrātes, vt emācipatus qua drantē ferat, alterū quadrantē diuidant inter se filij eius. ¶ Si quis. Defunctus habebat filiū emanci patū, & nepotes ex eo decessit intestatus: iungūtur nepotes emancipato. aliquis nepotum omittit partē suā, cui accrescit? accersit fratri. Quid si omnes omittāt nunqd accrescit patri, an patruo? certè soli patri: sed si pater omitteret, soli patruo. Emācipatus. Filius emācipatus patri defuncto vult ab intestato succedere ex isto filio nō sunt nepotes: nūqd bona q̄ habebat tēpore mortis, debet fratrib° cōferre? ita. sed si essent nepotes, tunc ꝓtur tuetur cū cū filijs suis, & eis debet cōferre. Sed pro Deo, inquātū erit facienda collatio an pro parte virili, an pro dimidia, an qualiter? & certè si conferat fratribus, viriliter: si filijs suis detrahet pro eodē, & sic ad colla. vocatur: & ideo si succedit cū filijs suis, habet dimidiā, filij aliā. Sed qđ si emācipatus habet fratrē emancipatū, aliū in potestate retētū? & nepos dēt cōferre ffi suo, & nepotib°: & erit locus collationi hoc modo, si cētū erāt in bonis habebit quinquaginta residua cōferre nepotib°, sed si erāt duo nepotes, &, pnepotes, rūc quinquaginta retinet: alia qnquaginta diuidi debēt, qnepotes habēt vigintiquinq; alij nepotes habēt alia 25. quia hoc modo vocant ad successionē ab intest. h. d. vsq; ad §. fi. sit filiꝰ: ¶ Si sit filius. Paterfa. habebat duos filios vnū in potestate, aliū emācipatū: & ex alio defuncto nepotem in potestate, & aliū emancipatū. qualiter vocabūtur isti? certè filiꝰ emācipatus debet suis nepotibus, & fratribus cōferre, & fiet ita colla. ipse habebit vnā partē, aliā nepotes, aliā frater eius & ita viriliter vī venire ad successionē cū fratre, & nepotibus. Quid si nepotes ex illo erāt emācipati, ex altero in pāte retēti? him. liter dicēdū est ꝙ viriliter fiet collatio. Vnū sciatis, qa nepos ex filio cōfert patri suo: nō aūt pr̄ patruo maiori, i. fratri sui. h. d. tota lex. Vi-

In vete. exēp. cum is moriē.

